This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

London

Mason 99.11.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRISTOPH. MATTHÆI PFAFFII,
S. S. THEOL. DOCT. ET PROF. PRIMARII, S. CÆSAREI PALATII COMITIS,
ACAD. TUBING. CANCELLARII, ECCLESIÆ PRÆPOSITI
ET ABBATIS LAUREACENSIS

ORIGINES JURIS ECCLESIASTICI,

UNA CUM

DISSERTATIONIBUS RARIORIBUS

JUS ECCLESIASTICUM ILLUSTRANTIBUS,

QUÆ

EMENDATIORI HUIC EDITIONI ACCESSERUNT,

REVISÆ, AUCTÆ, SUPPLETÆ.



TUBINGÆ,
TYPIS ET SUMTIBUS SCHRAMMIANIS,
1 7 5 6.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO NOVA.

Petiit à me Typographus, ut permitterem ipsi impressionem dissertationum Juris ecclesiastici, quas scripsi, maximè Originum Juris ecclesiastici,

Digitized by Google

cleſiaſtici, quas ante aliquot luſtra luci dedi, quòd rariores eſſent & valdè deſiderarentur. Nolui deeſſe ipſius deſiderio, revidi, ſupplevi, auxi olim ſcripta. Faxit Deus, ut in egregium publicum, ut in ædificationem lectorum, ut in propagationem veritatis hæc opera mea evaleſcat!

DABAM TUBINGÆ
II. NON. FEBR.
MDCCLVI.

CHRISTOPH. MATTH. PFAFF,
CANCELL. TUBING.

Digitized by Google

TYPOGRAPHUS

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

Quid in Volumine præsenti, quod Lectoribus offero, contineatur, liceat paucis in ipso libri vestibulo indicare. Primum locum occupat MAGNIFICI DN. PFAFFII *Liber de Originibus Juris Ecclesiastici veraque ejusdem indole*, Anno MDCCXIX. primum editus, & magno eruditorum plausu exceptus, atque iis etiam probatus, a quibus dissensum suum, modestissime quidem, AUCTOR ILLUSTRIS erat professus. Danda fuit non ita multo post nova Editio, Anno MDCCXX. cusa, & *Dissertatione de Successione Episcopali* aucta, quæ tamen editio & ipsa

Digitized by Google

dudum divendita fruſtra in tabernis librariis quæſita eſt. Non dubito igitur, gratum fore omnibus, qui hanc partem eruditionis amant, quod denuo editur laudatiſſimus liber, in quo argumentum noſtris temporibus oppido neceſſarium ſolidiſſime tractatur & inde a primis, h. e. genuinis, fontibus omnia repetuntur. Qui ſi primum editus eruditis magnopere placuit, multo magis nunc erit in pretio, cum a MAGNIFICO DN. AUCTORE *novis Obſervationibus* paſſim adſperſis locupletatus in lucem prodeat.

Accedunt undecim aliæ Diſſertationes ad idem fere argumentum illuſtrandum pertinentes. I ma
pag. 231. quidem *de ſucceſſione epiſcopali*, in libri hujus editione ſecunda jam fuit recuſa. Ei adjecta eſt pere-
pag. 265. rudita *Diſſertatio de ſucceſſionis epiſcopalis apud Proteſtantes pretio, maxime de ſucceſſione epiſcopali in Eccleſiis, anglicana, ſeptentrionalibus & Fratrum Bohemorum, ejusdemque in Eccleſias Proteſtantes reducibilitate*; cui ſupplementa duo addita ſunt a primo Editore, Viro
pag. 304. eruditiſſimo, *I. de ſucceſſione epiſcopali anglicana* cum addi-

Digitized by Google

additamento ſpectante ad Controverſiam Courayerianam *de validitate ordinationum anglicanarum. II. de ordine & ſucceſſione epiſcopali in unitate Fratrum Bohemorum conſervato* ad Guil. Wake, Archiepiſcopum Cantuarienſem. pag. 306. pag. 309.

Sequitur III^tio loco Diſſertatio *de Jure ſacrorum abſoluto & collegiali*, illo in ſuperioritate territoriali, hoc in Eccleſia, tanquam collegio, quærendo; AUCTORE quidem ANONYMO edita, quem tamen eruditum dicendi genus latere non patitur. pag. 328.
IV^ta eſt Diſſertatio *de vera Eccleſiæ notione* variisque illius ſpeciebus; V^ta *de eo, quod juſtum eſt circa reformationem ſacrorum, maxime in Germania*; VI^ta *de annexis exercitii religionis Evangelicæ*; VII^ma *de eccleſia ſanguinem non ſitiente*; VIII^va *de nundinationibus officiorum eccleſiaſticorum*. IX^na *Diſſertatio eſt in verba Chriſti: regnum meum non eſt de Mundo*. X^ma eſt *de regibus tempore Meſſiæ ad Zionem congregandis vi oraculi Jeſa.* 49, 23. XI^ma *de criteriis vocationis Divinæ ad miniſterium eccleſiaſticum*, quæ ejus generis meditatio eſt, qua nemo ſacris operantium carere debeat. pag. 353. pag. 370. pag. 376. pag. 386. pag. 421. pag. 448. pag. 473. pag. 477.

Ipſi

Digitized by Google

Ipſi tituli harum Diſſertationum nonniſi ſelectiora indicant argumenta; in quorum tractatione, quicquid lectio ampliſſima omnis generis auctorum, & meditatio, & longus rerum uſus, & compertus eccleſiæ reique chriſtianæ noſtro ſeculo ſtatus utile explicatu & neceſſarium monitu ſuggeſſerunt, id VIRUM SUMMUM nervoſa quidem, ut ſolet, brevitate, ſed luculenta tamen ſufficientique rerum declaratione in unum hic contuliſſe, facile quilibet rerum gnarus poterit exiſtimare, atque etiam multo magis ipſa lectione deprehendet. Supereſt ut DEUM rogem, velit meo rei litterariæ atque chriſtianæ inſerviendi ſtudio ita favere, ut in eccleſiam Domini nova ex nova hac editione Libri inſignis commoda redundent. Vale.

PRÆFA-

Digitized by Google

PRÆFATIO PRIMÆ EDITIONIS.

Ea jam eſt temporum, quæ vivimus, præcipua quædam felicitas atque præſtantia, ut deturbatis de ſolio præconceptis, quæ ex autoritatis humanæ nimia veneratione proficiſcuntur, opinionibus novo artes bonæ atque ſcientiæ literæque elegantiores pallio, Viris præſtantiſſimis, quibus veritas cordi eſt, qui & ingenii perſpicaciâ & eruditione ampliſſima fulgent, obſtetricantibus induantur. Atque heic dum Philoſophia fere omnis, dum & ſuperiores, quas vocant, facultates, dum ars, quam appellant, critica, dum diſciplina morum, dum hiſto-

Digitized by Google

ria omnis, maximè & literaria, dum literæ in universum omnes veſte vetere abjectâ amictu ſplendidiore & præſtantiore ornatæ in ſcenam hodie prodeunt, contingere & jam non ſine communi eruditorum tripudio videmus, Jurisprudentiam quoque Eccleſiaſticam, quæ hactenus & ipſa tenebris ſuis involuta circumſcriptaque & cum ſpectris quamplurimis luctata fuerat, caput ſuum efferre novâque luce ac vitâ donatam novisque etiam ſubſidiis inſtructam plurimam efflorescere. Quæ enim ex Chriſti Apoſtolorumque ad ritus ſeſe Judaicos ſubinde accommodantium inſtituto origines ſuas easque ſanctiores hauſit fauſtoque omine in publicam ſic lucem prodiit, atque dein ex confœderatione Chriſtianorum mutuâ, rebus eorundem, quæ indies adaugebantur, peculiares coitiones jam poſtulantibus, acceſſiones haud contemnendas ſibi affundi paſſa eſt, ſuâ profectò virtute, ſuâ pulchritudine plurimum orbata fuit, ubi creſcente Epiſcoporum autoritate, in tyrannidis ſacræ exercendæ artem ſenſim ſenſimque invita degeneravit. Jam quippe & imperio civili plurimum ſic detractum & à ſimplicitate chriſtiana vetere multis modis deviatum Eccleſiaque innumeris ritibus & conſtitutionibus, hierarchiâ etiam eccleſiaſticâ eâque diffuſiore onerata & libertas Chriſtiana ſenſim ſenſimque jugulata mentesque Chriſtianorum, ſecus ac par erat, Epiſcoporum imperio tùm quoad fidem tum quoad cultum ſubjectæ & quod peſſimum eſt, Chriſtianiſmus omnis meras

Digitized by Google

meras in cærimonias fusus sic versusque fuit. Nec profectò sufficiens rebus medela accessit, ubi ante duo hæc secula Ecclesia novam formam induit & res suas in melius vertere divino munere occepit. Et si enim insignem prorsus mutationem Jurisprudentia ecclesiastica & eo quidem majorem hîc subierit, quod ex ecclesiis, quæ jugum Pontificis Romani excussere, quævis peculiarem sibi faciem ipsa pinxit; nondum tamen, licet dudum magna hanc in rem & repetita lis animos eruditorum agitaverit, origines suas rerumque suarum pleniorem historiam enarrare eadem dignitatemque & rationes constitutionum suarum pandere satis, tenebris utpote scholasticis pressa hactenus peploque præjudiciorum academicorum involuta potuit, atque eò felicioribus jam astris gaudet, quod nostro vel tandem hoc ævo, iis, ad quos negotium hoc vel maximè pertinere visum fuerat, heic vel calamum seponentibus vel recepto παιδείας τρόπῳ jugiter indulgentibus, Virorum præstantissimorum, qui argumentum hoc certatim excolunt, operâ è squalore & situ sensim sensimque læta emergit suoque ita nitori restituitur. Id quod non potest non fieri, ubi, insuper habito sectæ sententiarumque avitarum sine discrimine defendendarum studio, solidioris judicii atque eruditionis lucerna inspiciendis rebus admovetur atque recluſis antiquitatum Judaicarum, recluſis item historiæ ecclesiasticæ, quæ disciplinam veterem canonumque veterum co-

Digitized by Google

dices nobis exhibet, reclusis & Jurisprudentiæ universalis politicæque fontibus, amplissimis eruditissimisque observationibus disciplinæ nobilissimæ latifundia inebriantur, denique & per seculorum ordines Ecclesiarumque diversarum & veterum & modernarum systemata eundo, quæ ubique egregia conspiciuntur, in unam massam funduntur & genuinus venustusque ordo, sine quo omnia sursum deorsum ut ruant & quadrata rotundis ut misceantur, necessum est, tractationi adspergitur. Quod ipsum ubi quis agendum sibi existimaverit, haud profectò male & idem fecerit, si in juribus ecclesiasticis per capita distribuendis SUUM CUIQUE TRIBUAT, nec vel odio quodam præconcepto in doctores Ecclesiarum feratur, vel nimio eorundem autoritatem evehendi studio laboret, sed ad ea, quæ in literis sanctioribus heic vel lege quâdam disponuntur vel exemplo commendantur, quæ etiam ad verum Christianismum, non præcipue illum, qui facultatem, quam vocant, locomotivam dirigit, sed illum, qui animum mutat pietateque & virtute haud fucatâ implet, mentibus infundendum faciunt, irretortis oculis gnaviter jugiterque respiciat, eoque vel maximè animum ingeniique vires omnes intendat, ut tyrannide ecclesiasticâ omni sub pedem missa ritibus externis sanctitatis nulla, nulla & necessitatis opinio affundatur, & quicquid hîc constituitur, ad veræ pietatis culturam eò faciliorem reddendam dirigatur. Accedit & hoc, quod in discernendis variis Ecclesiarum formis confœderationis

Digitized by Google

tionis mutuæ, quæ originem huic diverſitati dedit, ratio ſemper habenda modeſtiaque hîc rebus adferenda eſt. Scilicet, uti in dijudicandis Rerumpublicarum formis perperam fecerit, qui vel monarchiam vel aliam quamvis formam alteri ita prætulerit, ut hanc ſolam ſaluti publicæ promovendæ aptam eſſe exiſtimet, ita idem ferè de variis Eccleſiarum formis affirmaverimus, ubi ſua quamvis laus, ſua & imperfectio manet atque confuſio & tyrannis ubique dominabitur, ubi, qui Eccleſiam dirigunt, ſanctiore ſpiritu haud animantur. Nolimus itaque, ut, qui de cœtibus eccleſiaſticis, quibuscum nulla nobis communio eſt, ſententiam dicere voluerit, judicio duriore adhibito ſcabiem ipſis affundat vel ſarcaſmis in hoc campo indulgeat, quibus vel maxime Eccleſiæ Romanæ hierarchiam Pontificemque Romanum canonicumque, quod vocant, jus cum Monachis Cleroque Romanenſi, cujus & artes atque arcana, utique ſatis palpabilia, nimis ſubinde, adhibitâ inſtituto huic haud mediocri affectatione, cumulantur, impeti videmus. Nolimus porro, ut, quod noſtro palato minus arridet, Pontificio ſtatim fermento tinctum eſſe, re haud ſatis ponderata aſſeratur & ſpectro hoc in ſcenam producto lectoribus terror injiciatur eaque, quæ innocua planè ſunt atque ad diſciplinam ſacram conſervandam ornandamque plurimùm faciunt, ſuſpecta nullo merito ſuo reddantur. Denique, ubi de jure ſacrorum, quod Principibus Proteſtantium,

Digitized by Google

ſtantium, quas vocant, Eccleſiarum competit, quæſtio eſt, id maximè deſideramus, ut varia ejus capita è genuinis fontibus, qui varii utique ſunt, vitatâ omni, quæ ex eo oritur, quod uno eodemque ex principio omnia deduci videas, confuſione ſolicitè riteque deriventur. Id quod ſi à nobis præſtetur, ſpes utique nos aliqua erigit, fore, ut, quæ hoc argumentum circumfundunt, lites valde minuantur, rigidioresque, qui hîc diſſentiunt, niſi quidem pugnandi clamandique libidini iisque jurgiis, ubi de verbis ſaltem diſputatur, operam dare velint, in mutuos amplexus ruant. Jam verò nos ii non ſumus, qui exiſtimemus, nos palmam, quam profectò non affectamus, hic Viris clariſſimis prærepturos & præcipuâ quâdam luce, quam nemo hactenus argumento huic adſperſerit, tractationem hanc noſtram perfuſuros tenebrasque omnes, quæ hîc conſpiciuntur, penitus diſpulſuros eſſe. Faciemus tamen, quod poſſumus, rebusque jam, ut videtur, plurimùm illuſtratis evolutisque & noſtrum quoque obolum jam addemus, ita tamen, ut nec litigandi anſam cuiquam præbeamus, & qui ſiliquis profectò contenti haud ſumus ſed ſolidiora, uti par eſt, ſectamur, haud vanam rebus ædificationem obſervationesque ad emendandos animos & corrigenda ſacra ſpectantes ubique adſpergamus. Quod dum facere conamur, DEUM precamur, cœptis ut hiſce noſtris benignus adſpiret, ſuumque nobis ſcribentibus ſpiritum benedictionemque luculentam ex alto affundat.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT I.

DE
JURE ECCLESIASTICO A CHRISTO CONDITO ECCLESIÆQUE TRADITO.

ARTICULUS PRIMUS.

Jurisprudentia Ecclesiastica, cujus origines hîc pandere brevique admodum penicillo adumbrare nobiscum constituimus, ea est scientiæ sanctioris pars, quæ circa ecclesiasticorum cœtuum conservationem directionemque, disciplinam porrò eorundem & ritus ordinandos considerandosque occupatur. Jurisprudentiam sensu analogico, quo nulla sine jure societas est, non eo dicimus, quo hoc, quicquid est vocabuli, juri civili communiter applicatur, nisi quod & Jurisprudentia ecclesiastica ea Magistratus politici jura civilia nobis sistit, quibus circa sacra religionemque is ut disponat, convenit. (a) Nec sanè malè hoc fit, quod ad scientiam sanctiorem ista referimus. Etsi enim eapropter hoc à nobis haud fiat, quod credamus, nemini nisi Theologo permissum esse, ut huic prudentiæ inhiet, cum eam ipsam ob causam, quoniam ad scientiam sanctiorem istam pertinere existimamus, arbitremur, cuivis liberrimum ad hæc penetralia accessum permittendum esse, utpote ad quæ adeunda peculiari privilegio opus haud sit, (b) etsi etiam, cum juris sacrorum magna pars

pars ex imperio civili fluat, hujus rei cognitio Theologis ob hanc quoque rationem propria esse haud possit, facile tamen patet, eapropter Jurisprudentiam ecclesiasticam ad disciplinam sanctiorem pertinere, quoniam id, circa quod illa occupatur, ecclesia sive sanctior ille cœtus est, ubi non ad salutem civilem curandam sed Deum verâ religione colendum adorandumque gratiamque ipsius vitæque futuræ præmia comparanda homines in unum coeunt. Et verò cum Ecclesia, cum cœtus ejusmodi non societas quædam vel status civilis sed collegium sit, cujus constitutio & directio & disciplina ex mutuâ eorum, ex quibus illud componitur, confœderatione vel maximè fluit, id quod Viri præstantissimi egregie demonstravere, nemo, uti arbitror, fuerit, qui iis, qui in hoc collegio Doctorum munere funguntur, hæc sacra ut inspiciant, haud licere existimaverit.

(*a*) Mirum, fuisse unquam, qui negârit, etiam societati ecclesiasticæ sua jura competere, existimâritque, jurisprudentiam ecclesiasticam vanum esse nomen, cùm nulla Ecclesiæ jura competant. Fuit tamen quidam, hæc qui existimaret, qui sub nomine Ecclesiophili apparuit in der Hamburgischen vermischten Bibliotheck fasc. III. P. 6. n. 5. p. 855. sqq. ubi paragraphos quosdam dissertationis meæ de eo, quod justum est, circa reformationem sacrorum in Germaniâ, adortus est. Non vacat argumenta illius, queis utpote nullum pondus ineſt, refutâre heic. Vide dissertationis meæ de pœnis divinis ob aliena peccata inflictis additamentum I.

(*b*) Neque enim ii nos sumus, qui existimemus, ad notitiam rerum theologicarum eos solum admittendos esse, qui ordini Theologorum sese addixerint. Non peculiaris quædam Theologorum tribus vel curia est, cujus recessus nemini adeundi veniant, nisi qui veste sacra indutus sit. Veros Theologos à grege Christianorum reliquo nonnisi charismata sanctiora divinusque, quo animus ipsorum perfunditur, ardor distinguit. Et quam vellem ego, *omnis ut populus spiritu Dei imbutus vaticinaretur*, id quod olim MOSIS votum exstitit Num. 11, 29. quam vellem, omnes ut essent θεοδίδακτοι! Joh. 6, 45. Quæ tamen cum dicimus, nolimus, quisquam ut somniet, nos existimare, distinctionem inter doctores & auditores divini juris haud esse. Quod qui affirmaverit, vel hoc ipso prodet, se in literis sanctioribus hospitem

hoſpitem eſſe atque haud omnino capere, quid confuſionem in Eccleſia maximam parere atque confibulationem ejus uno ictu disrumpere poſſit.

ARTICULUS SECUNDUS.

Jam igitur, ſi origines juris hujus eccleſiaſtici vetuſtiſſimas noſſe voluerimus, Evangelia nobis adeunda atque ex puris hiſce fontibus heic nobis ſapiendum erit. At verò ex his conſpicere eſt, I. Chriſtum, Eccleſiæ ſuæ plantatorem Autoremque ſacris Judaicis & ipſum adhuc cum ſuis indulſiſſe nec peculiarem ſibi hactenus cœtum formâſſe, cui cum Judaico nullum amplius ſacrorum commercium eſſet. Hinc & ipſe in templo & in Synagogis docuit (*a*) admonuitque ſuos, ritus ut Judaicos obſervarent, (*b*) quibus ipſemet quoque manum affudit. (*c*) II. Eundem XII. Apoſtolos & LXX. diſcipulos ſibi aſſociaſſe, eosque facultate divinâ atque extraordinariâ ad patranda miracula verbumque Evangelii cum παῤῥησίᾳ prædicandum inſtruxiſſe, Eccleſiam ut ſibi colligeret, atque ad eandem ſervandam, doctorum epiſcoporumque, quorum doctrinâ & directione fides, pietas & diſciplina efflorescceret, ordo in illâ ut perpetuus ſit ſemperque ſervetur, voluiſſe. (*d*) III. Ea, quæ, ut apud ſuos obſervarentur, conſtituerit, externam nempe cœtuum diſciplinam ſpectantia, huc maximè redire, ✠ quod eos, qui doctrinæ ſuæ acceſſuri eſſent, per baptiſmum initiandos voluerit atque hoc ut inſtitutum Proſelytos ad Chriſtianiſmum baptizandi continuaretur, paulo ante aſcenſionem in cœlos juſſerit. (*e*) ✠ quòd, ut memoriam mortis ſuæ diſcipuli conſervarent, ipſis panis poculique euchariſtici adminiſtrationem communionemque, ritibus è cœna Paſchali tùm translatis, commendaverit. (*f*) ✠ quòd cœtui cuidam toti ſive τῇ ἐκκλησίᾳ arbitrium dederit vel hactenus reliquerit de injuriis, queis unus alterum impetiiſſet, judicandi litemque, quæ tanta nondum ſupponitur, ut magiſtratui veniat decidenda, dirimendi, ita, ut, ſi quis cœtûs arbitrio hîc ſubjicere ſeſe noluerit, pro ejusmodi homine habendus veniat, qui vel ad cœtum planè haud pertineat vel crimine haud levi jugiter onuſtus eaque propter omnibus exoſus incedat. (*g*) ✠ quòd Apoſtolis con-

 tulerit

Digitized by Google

tulerit potestatem docendi, quæ est clavium potestas, queis utique regnum cœlorum aperitur, ligandi & solvendi, hoc est, decidendi determinandique, quidnam licitum esset, quid secus, atque etiam, si peccato quispiam mortali sese obstrinxisset, quo in miseriæ calamitatisque spiritualis statu is versaretur, ipsi declarandi, atque ubi resipuisset, veniam illi annunciandi (*h*), denique & totam disciplinam ecclesiasticam confœderandi & disponendi, ex quo suâ sponte fluit ea potestas remittendi & retinendi peccata, quam Christus Apostolis (*i*) dedit. (*k*) Ulterius jus ecclesiasticum à Christo institutum, quantum quidem id in scriptis Evangelicis elatum exstat, non vergit. Patet verò ex his, quæ dicimus Christum de excommunicatione vel ejectione è cœtu & exclusione à sacra cœna, ubi solis primum Apostolis eam saltem administravit, vel pœnitentiâ publicâ, quâ, qui è cœtu ob peccata enormia exclusus fuerat, in eundem reciperetur, statuere nihil hactenus expressis verbis potuisse, quoniam ipse à sacris Judaicis se haud separaverat, nec in peculiarem cœtum cum suis hactenus abiverat, aut Ecclesiam externam singularem fundaverat vel confœderaverat.

(*a*) Vide Matth. 9, 35. 12, 9. 21, 12. 23. 26, 55. Marc. 1, 21. 3, 1. 6, 2. 11, 11. 15. 27. 13, 1. Luc. 2, 46. 4, 16. 6, 6. 19, 45. 20, 1. Joh. 6, 59. 7, 14. 8, 20. 10, 22. 23. At verò & in ædibus privatis & in campestribus locis & in navi docuit Christus, ut ex historiâ Evangelica constat.

(*b*) Hùc vel maximè pertinet Matth. 23, 3. adde Matth. 17, 24. seqq. 8, 4. Luc. 24, 53. Joh. 7, 8. Nec tamen hoc eousque extendendum, ac si Christus suos ad omnes superstitiosas traditiones Judaicas observandas adstrinxisset. Matth. 12, 1. sqq. 15, 1. sqq.

(*c*) Circumcidi etenim se & baptizari, qui ritus Proselytos inaugurandi probabiliter jam eo tempore à Judæis receptus erat, passus est diesque festos Judaicos, maximè verò Pascha celebravit.

(*d*) Vide Matth. 10, 1. sqq. Luc. 10, 1. sqq. maximè verò Matth. 28, 19. & Joh. 20, 21. 22. 23. ex quibus locis uti & ex 1. Cor. 12, 28. 29. Eph. 4, 11. utique clarissimè patet, ministerium ecclesiasticum sive Doctores Evangelii, qui verbum divinum & sacramenta dispensent Ecclesiamque dirigant, quò & disciplina ecclesiastica, quæ in absolutionis administratione quoque consistit, pertinet, distinctionemque inter Docto-

Digitized by Google

Doctores & auditores divinitus constitutam esse. Scilicet, si ita rem extuleris, melius feceris quam si distinctionem inter *clericos* & *laicos*, quæ pontificium fermentum olet, de quo in jure ecclesiastico Protestantium Germanico p. 169. &c. 197. sqq. diximus, itemque distinctionem inter statum politicum, ecclesiasticum & œconomicum, ex quibus ceu partibus, quas vocant, integrantibus Ecclesia consistat, hîc urgeas. Etsi enim per clericos nihil aliud quam Ecclesiæ doctores, per laicos nihil aliud quam auditores ii intelligant, qui sapiunt, etsi etiam status politicus & œconomicus sub unâ auditorum classe contineantur, qui deinde, si, uti statum civilem conficiunt, spectentur, vel imperantes sunt vel parentes, ad quos etiam Doctores Ecclesiæ ut referantur, par est; etsi inquam, hæc omnia ita sese habeant, non tamen video, cur de τρόπῳ παιδείας & de vocibus tantopere decertandum sit, ubi de re satis constat. Neque enim unquam quisquam dixerit, doctores Ecclesiæ hâc distinctione positâ absolutam quandam potestatem sibi arrogare, quæ ipsos à civili subjectione eximat, nec erit quoque, qui existimaverit, status politici & œconomici configurationem ex collegii illius, quod Ecclesia est, formâ fluere. Jam, si ipsam ministerii Ecclesiastici institutionem consideres, emphaticis illa verbis planeque eximiis à Christo Salvatore peragitur: QUEMADMODUM PATER ME MISIT, ITA ETIAM MITTO VOS. Joh. 20, 21. 17, 18. Nec est, quod ajas, solis hæc Apostolis dicta esse, quibus & munia & χαρίσματα extraordinaria concredita fuerint Ecclesiam universalem plantandi & confœderandi, Evangelium in toto mundo prædicandi, miraculisque illud confirmandi, improbisque morbos, imo mortem ipsam immittendi, eosque rursus, si vellent, liberandi, ut infallibilitatis, ut prophetiæ præcipuum charisma jam taceamus. Etsi enim hoc ipsum negari nequeat, quod Apostoli multa habuerint præcipua, quæ evolverunt post alios Viri eruditissimi, Burmannus, Spanhemius, Witsius, Dodwellus, Caveus, alii, nec tamen & hoc inficiari quis ausit, illas quoque vocationes, quæ mediantibus iis, quos Christus miserat, factæ fuerint, in cœlis ratas divinasque fuisse ordinemque doctorum & auditorum in Ecclesiâ ex instituto Christi perpetuum esse debere, si vel ipsa externa successio, quod dudum contigit, deficeret. Neque enim & visibilis Ecclesia deficere penitus potest Matth. 16, 18. quod verò fieret, si deessent, qui docendi munere fungerentur, Deusque ipse *POSUIT in Ecclesiâ primum Apostolos, postea Prophetas, tertiò doctores, postea potestates*

ſtates i. e. miraculorum patratores, dein *chariſmata ſanationum*, *ſubſidia* (quo nomine eos indigitari arbitramur, qui vel Apoſtolorum erant συνεργοὶ vel diaconi, pauperum ægrotorumque curæ atque Eccleſiæ miniſterio addicti,) *gubernationes*, quâ voce directores cœtuum eccleſiaſticorum, Epiſcopos nempe Presbyterosve deſignari puto, *genera linguarum*, ſeu eos, qui variis iisque ignotis linguis in gratiam peregrinorum, divino id in ipſis agente Spiritu, myſteria divina olim extulere 1. Cor. 12, 28. ſqq. Si verò jam noſſe velis, quî cognoſci poſſit, num hos illosve Deus miſerit, reſpondebit Paulus, ex chariſmate ſuo quemvis dignoſcendum eſſe, utpote qui in hoc capite vel maximè de chariſmatum divinorum variâ diſpenſatione egit. Locus Eph. 4, 11. paulò brevior eſt, ubi dicitur, Chriſtum *dediſſe hos Apoſtolos*, *illos Prophetas*, *alios Evangeliſtas*, qui erant συνεργοὶ Apoſtolorum Act. 6, 5. 21, 8. *alios paſtores & doctores*, ſcilicet perpetuos unius cœtûs miniſtros, aliâs Epiſcopos & Presbyteros. Act. 20, 17. 28. Itaque, ubi jam Apoſtolorum, ubi Prophetarum, ubi Evangeliſtarum chariſmata & munera ferè deſiere, ut poſtremum, ſine quo Eccleſia omninò ſubſiſtere nequit, maneat, omninò requiritur. Mittunturque adeò & hodiè à Chriſto, qui doctorum in Eccleſiâ munere funguntur, miſſione generali, quæ per collationem chariſmatum divinorum, quæ per benedictionem divinam in miniſterio eorum eluceſcentem ſe prodit, & ad hunc vel illum cœtum ab iis, qui Eccleſiam dirigunt, determinatur.

(*e*) Joh. 3, 22. 4, 1. 2. Matth. 28, 19.

(*f*) Matth. 26, 26. ſqq. Marc. 14, 22. ſqq. Luc. 22, 19. ſqq. 1. Cor. 11, 23. ſqq. Adde diſſertationem noſtram de oblatione veterum Euchariſticâ, quam fragmentis anecdotis Irenæi adjunximus, §. 2. ſqq. Nolim verò, ut ſacramentis hiſce N. T. quæ vocantur, jam vel oleum illud miraculoſum, quod ad ſanandos ægrotos à diſcipulis Chriſti olim adhibebatur & ex quo Romanenſes extremam unctionem hodiè conficiunt, Marc. 6, 13. Jac. 5, 14. adſpergas vel pedilavium Joh. 13, 14. 15. quod certè à diſcipulis Chriſti, qui mentem Domini optimè hic noverant, ut ritus quidam eccleſiaſticus à Chriſto præceptus haud continuatum fuiſſe legitur, vel impoſitionem manuum, quâ adhibitâ infantibus Chriſtus benedixit Marc. 10, 16. & quæ cærimonia Judaica exſtitit, adjicias.

(*g*) Vide Matth. 18, 15. ſqq. Quisnam horum verborum ſenſus ſit, inter ſe diſputant interpretes. THOMAS ERASTUS, Medicus olim & Con-

Digitized by Google

Consiliarius ecclesiasticus Heidelbergensis, excommunicationis ecclesiasticæ, de qua locum hunc agere communis sententia est, oppugnator præcipuus, in thesibus de excommunicatione §. 41. ita habet: *Genuinus hujus loci & capitis sensus talis est. Cùm frater, hoc est Judæus injuriam tibi facit, solus eum tibi reconciliare studeto. Si solus nihil profeceris, duobus aut tribus assumtis idem tentato. Si nec sic quidem te liberare ab injuriâ poteris, synedrio, id est, tui populi aut tuæ religionis magistratui indicato. Quod si hunc etiam audire nolit, sic adversus eum citra cujusquam offensionem agere poteris, quomodo adversus publicanum aut gentilem injuriam tibi inferentem (qui ad aliud quam Romanorum tribunal se pertrahi non patiuntur) ageres.* Quæ si ita se habent, idem hîc ferè à Christo injungitur, quod Paulus monet 1. Cor. 6, 6. Jo. SELDENUS de Synedriis veterum Ebræorum L. 1. C. 9. itidem de excommunicatione hîc agi haud putat, sed existimat, per ἐκκλησίαν hîc רבים *multos* significari, quibus præsentibus adeoque publice frater corripiendus sit, deinceps verò hos si non audierit, à familiari conversatione arcendus, quali quippe Judæi ethnicos & publicanos haud dignabantur, ubi & id Vir acutus addit, vel eapropter de excommunicatione sermonem hîc esse haud posse, quoniam ethnicus, utpote sacris Judaicis nunquam addictus, excommunicari haud potuerit, publicanus verò, qui Judæus fuerit, ob officium hoc, quod gesserit, excommunicationem certè haud subierit. Luc. 18, 10. Jo. LIGHTFOOTUS in horis hebraicis ad h. l. per ἐκκλησίαν synagogam intelligit, in quâ corripiendus sit ejusmodi peccator & si hanc audire nolit, deinde non ab Ecclesiâ, sed ab eo, cui injuriam fecerit, ethnici & publicani, qui membra cœtûs Judaici haud exstiterint, instar habendus, unde addit, scriptum haberi ἴσως σοι, non esto τῇ ἐκκλησίᾳ. CHRIST. THOMASIUS in vindiciis juris majestatici circa sacra §. 22. in Erasti sententiam pedibus it atque etiam in dem Bedencken über die Frage: *Wie weit ein Prediger gegen seinen Landes Herrn, welcher zugleich summus Episcopus mit ist, sich des Binde-Schlüssels bedienen könne?* p. 165. SELDENI sententiam haud obscurè approbat. Eandem sibi mentem induit Vir celeberrimus & quem juri Ecclesiastico insignem subinde lucem adspergere novimus, JUSTUS HENNINGUS BOEHMERUS in Juris Ecclesiastici antiqui diss. III. de confœderatâ Christianorum disciplinâ art. II. §. 6. p. 79. sqq. utpote qui SELDENI itidem & LIGHTFOOTI sententiam adoptat & per ἐκκλησίαν cœtum qualemcunque & collectionem promiscuam populumque indigitat, ita, ut

λαὸς & ἐκκλησία hîc idem significent, id quod egregiè hîc GROTIUM observare ait. Atque hi omnes de excommunicatione sive ejectione è cœtu Ecclesiastico in hoc loco agi haud existimant. Inter eos, qui communem sententiam defendunt, solus jam prodeat & pro omnibus sententiam dicat CAMPEGIUS VITRINGA, Theologus olim Franequeranus. Hic, postquam adductis Judæorum testimoniis ostendit, quænam correptionis fraternæ fuerit olim apud Judæos disciplina, quâ privatim primùm, dein publicè in synagogâ mediante הכרזה *proclamatione* peccator reprehensus fuerit, tandem statuit, Christum hoc ipsum præceptum hîc repetere, ἐκκλησίαν non esse עדה sive Synedrium politicum, uti ERASTUS putet, sed עדה sive צבור h. e. cœtuum plurium, coram quo ejusmodi facta fuerit reprehensio & pudefactio, quam deinde insecuta fuerit excommunicatio, unde Christum non potuisse ritum adeò affinem excommunicationi memorare & commendare, nisi simul ad excommunicationem ipsam respexisset eamque si non apertè, saltem tacite próbavisset. Addit alibi idem VITRINGA hoc Christi effatum de excommunicatione privatâ, quâ unus ab alterius familiari consortio abstrahere sese apud Judæos potuerit, intelligendum esse. L. III. de Synagogâ vetere P. I. C. 9. p. 730. sqq. & C. 10. p. 753. 754. Jam verò opus non est, ut interpretum, qui communem sententiam tenent atque excommunicationem ecclesiasticam ex hoc loco eruunt, explicationes atque interpretamenta pluribus adducamus. Paucis notamus, per ἐκκλησίαν nec synedrium Judaicum, utpote quod sine coercitione reum haud dimissurum fuerat, nec presbyterium vel senatum ecclesiasticum Christianum, qui eo tempore nondum constitutus fuerat, aut Doctores antistitesque cœtûs Christiani, qui ἐκκλησία non sunt, intelligi. Saltem dubium hactenus est, num Christus Synagogam vel alium quendam cœtum ex pluribus forte fortuna in unum coeuntibus congregatum intellexerit, quorum prius ex eo quidem probabile videtur, quoniam proclamatio ejusmodi peccatoris ante excommunicationem solennem ejusdem in Synagoga facienda erat, posterius verò vel eapropter statuendum est, quod, si quæ excommunicatio hîc intelligitur, privata saltem & minus solennis, non publica heic reo impingenda dicitur. En verò, quî effatum hoc Christi, quod explicamus, versum fuerit in מבחר הפנינים libro, quem ex veterum Philosophorum, Græcorum & Arabum sententiis Judæus quidam sec. XI. vel XII. conflavit, & ubi etiam ex Evangelio Matthæi hoc subinfluit: אמר החכם אם יחטוא לך חברך תפוס עליו בינ

Digitized by Google

בינו לבינך בלבד אם ישמע לך כבר רוחת ואם לא ישמע לך אמר לו בפני אחד או בפני שנים שישמעו החברים ואם לא חשוב אותו חבר פחות: *Dicit ſapiens, ſi injuriam tibi fecerit ſocius tuus, corripe ipſum inter te & ipſum ſolum. Quodſi audiverit te, jam lucratus es. Si vero non audierit te, dicas ei coram uno aut duobus, ut id audiant ſocii. Si verò ne* ſic quidem audiverit, *reputa eum VILEM SOCIUM.* Vide Buxtorffii florilegium Hebr. pag. 297. & Cartwrighti mellificium Hebr. annot. ad h. l. L. 2. C. 3. Queis omnibus præmiſſis facile jam patet, de excommunicatione hîc Chriſtum directè haud agere, etſi prima ejusdem ſtamina hoc effato haud obſcurè ponat. Si enim privatus conſortium ejus vitare debet, qui injuriam ipſi illatam agnoſcere nullâ ratione vult, quidni totus quidam cœtus ex mandato Chriſti ab ejusmodi homine ſe ſepararet, qui criminibus publicis & gravioribus ſe polluit? Nec eſt, quod ajas, ethnicum excommunicari non poſſe, ut qui membrum cœtus nunquam exſtiterit. Sufficit, quòd extra cœtum is agat. Jam enim, ſi ex iis, qui eadem nobiſcum ſacra frequentant, pro Judæo vel ethnico vel Mahumedano in poſterum nobis quis habendus veniat, facile patet, ipſum à cœtu ſeparandum eſſe, utpote ad quem homines ejusmodi haud pertinent. Dein &, quod depublicanis affirmat SELDENUS, eos à ſacrorum communione haud depulſos fuiſſe, id cum micâ ſalis accipiendum eſt. Ita enim habetur in Talm. Hieroſ. Demai f. 23. 1. חבר שנעשה גבאי דוחין אותו מחבורתו *Socius, qui evadit publicanus, è ſocietate ſuâ expellitur.* Hinc & publicanus Luc. 18, 13. dicitur μακρόθεν ἑστὼς, id quod etſi LIGHTFOOTUS non de neceſſitate explicet ſed de humilitate, COCCEJUS tamen theſibus de ſynedrio n. 27. Opp. anecd. T. 2. f. 515. de neceſſitate agere ita oſtendit: *quomodo is, qui non permittebatur intra quatuor cubitos accedere, admiſſus eſſet in atrium Iſraëlis inter confertam hominum multitudinem?* Aſt non opus eſt, ut Autores hîc ſecum invicem committamus, cum ſinguli ex vero aliquid ponant & in noſtrâ explicatione, quæcunque à diverſis rectè elata ſunt, in unam maſſam fuſa coeant. Adde tamen loca παράπτωμα 2. Cor. 2, 6. 2. Theſſ. 3, 14. 1. Tim. 5, 20. & vel maximè H. GROTIUM, quo nemo melius mentem optimi Salvatoris hîc aſſecutus eſt, ad h. l. itemque diſſert. noſtram ad verba Chriſti: Dic Eccleſiæ.

(*b*) Vide Matth. 16, 19. 18, 18. ubi hæc exſtant: *quæcunque ligaveritis in terrâ, ligata ſunto in cœlo, & quæcunque ſolveritis in terrâ, ſoluta ſunto in cœlo.* Atque hæc omnibus dicuntur diſcipulis. Ad Petrum verò ante iſta verba hæc addit Chriſtus: *& dabo tibi claves regni cœlorum.* Unde dein

Digitized by Google

dein contigit, ut quoniam hæc cum poteſtate ligandi & ſolvendi conjunguntur, *clavis ligans* & *ſolvens* mira nomenclatione emergeret. Conſulamus jam, quoniam locutiones peregrinas nobis Salvatoris effatum iſtud fundit, interpretes. Nemo eſt, qui majore cum eruditionis adparatu rem heic egerit, quam Jo. SELDENUS, de ſynedriis veterum Ebræorum L. 1. C. 9. Hîc verò cùm oſtendiſſet, clavium nomine poteſtatem quandam peramplam deſignari, Jeſ. 22, 22. Apoc. 1, 18. 3, 7. 9, 1. quâ ratione Talmudiſtæ Deo ſoli adſcribant claves pluviæ, vitæ, ſepulchri & ſterilitatis, cùm & addidiſſet, clavibus regni cœlorum apertiſſimè hîc indicari poteſtatem aperiendi per doctrinam Luc. 11, 52. & ſacramenta adeoque in Eccleſiam ejusque miniſteria ſingularia admittendi nondum admiſſos claudendique ſive præcludendi eis, ut nondum idoneis atque ut τοῖς ἔξω, *qui extra ſunt*, aditum, & admiſſos ſeu τοὺς ἔσω, *qui intra ſunt*, retinendi, tandem in hanc ſententiam deſcendit, ut ajat; heic de excommunicatione ſive ejectione ex Eccleſiâ nullum ſermonem eſſe poſſe, quoniam clavibus nemo expellatur, quæ tam non extrapellendi, abigendi & extratrudendi, quæ Seldenianæ voces ſunt, inſtrumentum ſint, quam incongruum foret, furcam aut flagellum, quo abigimus, pro ultro admittendi inſtrumento venditare. Ait dein, apud Græcos δεῖν ſubinde idem eſſe ac *præcipere* & apud Ebræos אסר *ligatum* idem eſſe ac *prohibitum*, מותר *ſolutum* idem ac *permiſſum*, unde hîc *doctrinam & interpretationem magiſtralem* ſignificari, ſecundum quam *caſus conſcientiæ*, qui ſubinde ſe offerant, *ſolvantur ac determinantur*. Quin & ſolicitè obſervat, non de ligatione & ſolutione *perſonarum* ſed *rerum* hîc quæſtionem eſſe, quia dicatur ὅ & ὅσα non ὃν & ὅσους, etſi & neutro perſonæ contineri poſſint, id quod tamen huc quadrare non poſſit, quia, ut ex epiſtola Clementis ad Jacobum de geſtis Petri pateat, Petrus Clementi poteſtatem ſolvendi & ligandi itidem in neutro dederit. Cæterùm ſi vel tandem de perſonis quoque earundemque excommunicatione & abſolutione iſta accipienda ſint, tamen & rerum ligationem atque ſolutionem ſimul & præcipuè indigitari & pro ejectione è cœtu ſacro vel excluſione à ſacramentis nihilominus nihil effici idem putat, quoniam hæc cum excommunicatione Judaicâ nunquam connexa fuerint. Addi poteſt L. II. de Synedriis C. 7. §. 2. Jo. LIGHTFOOTUS in horis Hebraicis ad Matth. 16, 19. hæc habet: καὶ δώσω σοι τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν id eſt, *tu primus aperies oſtium fidei gentibus. Dixerat* Chriſtus, *ædificaturum ſe Eccleſiam in æternum duraturam,*

Digitized by Google

raturam, in quam portæ inferorum, quæ prævaluerant in Judaicam, nunquam prævalituræ sint, tibique, inquit, O Petre, dabo claves regni cælorum, ut ostium aperias introductioni Evangelii ad istam Ecclesiam. Quod à Petro præstitum est in memorabili illâ historiâ de Cornelio. Act. 10. Atque ad hæc verba Christi respexisse verba ista Petri minimè dubito Act. 15. 7. Addit mox hæc LIGHTFOOTUS: *I. Claves Petro soli commissas credimus, at potestatem ligandi & solvendi reliquis etiam Apostolis. Matth. 18, 18. II. Christum cum vulgo hic loqui necesse est ut arbitremur, aut non intelligi posse absque particulari commentario, qui nullibi adest. III. Jam verò ligare & solvere phraseologia in scholis Judaicis usitatissima de rebus enuntiabatur, non de personis, quod & hic etiam observandum in articulis ὃ & ὅσα Matth. 18. 18.* Quam in rem testimoniorum plaustra idem adducit, queis hoc ipsum probet, nempe אסר *ligare* esse *prohibere*, התיר *solvere* verò *licitum declarare.* Denique ad rem præsentem hæc omnia ita adplicat: *Cum jam adesset tempus, quo lex Mosaica secundum aliquam sui partem enervanda esset & in desuetudinem evasura, secundum aliam verò in perpetuum continuanda & duratura, Petro hic reliquisque Apostolis Christus potestatem concedit, ut enervarent aut confirmarent, quæ sibi visa forent & prout sibi visum foret, Spiritu sancto edoctis ad hoc & manuductis, quasi dicat: in lege Mosaicâ, quodcunque vos ligaveritis id est prohibueritis, prohibitum erit sanciente autoritate divinâ, & quodcunque solveritis, id est, permiseritis vel permissum & licitum docueritis, erit licitum & permissum. Hinc ligârunt, id est prohibuerunt circumcisionem credentibus, comestionem idolothytorum, suffocatorum & sanguinis pro tempore gentilibus; & quod ligârunt in terrâ, sancitum est in cælo. Solverunt, id est, permiserunt purificationem Paulo quatuorque aliis fratribus in fugam scandali Act. 21, 24. Et, ut verbo omnia dicamus, his Christi verbis iis commissum est, dirigente Spiritu sancto, ut de religione decernerent quoad usum aut rejectionem rituum & judiciorum Mosaicorum idque vel in tempus vel in perpetuum. Applicentur verba paraphrasticè ad rem præsentem cum Petro transactam. Ædificaturus sum, inquit Christus, Ecclesiam gentilitiam, tibique, O Petre, do claves regni cælorum, ut tu primus ostium fidei iis aperias. Si autem quæras, quânam normâ regulanda sit ista Ecclesia, cum norma Mosaica isti videri possit admodum aliena, tu ita à spiritu sancto duceris, ut quodcunque legis Mosaicæ illis prohibueris, sit prohibitum & quodcunque concesseris, sit concessum, idque sub sanctione in cælo. Hinc in illo instante, cum clavibus suis usurus esset, id*

est,

Digitized by Google

eſt, cum jam aperturus januam Evangelii gentilibus Act. 10. edocetur cœlitus, ſolutam jam eſſe conſociationem Judæi cum gentili, quæ antea fuerat ligata, & ſolutam jam etiam eſſe, quæ antea fuerat ligata, comeſtionem animalis cujusvis eſui convenientis, atque is pariter hæc duo ſolvit. Hactenus LIGHTFOOTUS, cujus obſervationes eapropter tam plenas dedimus, ut tota ipſius mens, quæ manca vulgo ponitur, lectoribus pateret, ubi hoc unicum addendum eſt, LIGHTFOOTUM haud exiſtimare, locum Joh. 20, 23. huic noſtro, quem explicamus, παράλογον eſſe, cum in noſtro de doctrina ſolùm & de rebus licitis aut non licitis in religione determinandis ab Apoſtolis, in illo verò de perſonis obſtinatis aut non obſtinatis, per eos puniendis aut non puniendis juxta ipſum agatur. Poſt SELDENUM & LIGHTFOOTUM, à quibus hic totus abit ſtrenuus olim apud Anglos excommunicationis eccleſiaſticæ defenſor HENR. HAMMONDUS, in partes vocare convenit JO. MORINUM, Congregationis Oratorii J. C. Presbyterum olim Pariſienſem, qui in Commentario Hiſtorico de diſciplinâ in adminiſtratione ſacramenti pœnitentiæ olim obſervatâ L. I. C. 8. & L. 4. C. 23. ſqq. hoc argumentum eruditè admodum evolvit, ubi oſtendit אסר & התיר *ligare* & *ſolvere* ſignificare *permittere* & *prohibere*, *ligari* item & *ſolvi* idem eſſe ac *teneri* & *liberum eſſe*, aliquando & ſignificare *excommunicationem* & *abſolutionem*, quæ omnia idem Vir doctiſſimus magnâ exemplorum farragine probat. Inſpice, ſi placet, editionem libri poſtremam, quæ Venetiis A. 1702. apud Nicolaum Pezanna prodiit, fol. 12. ſqq. 157. ſqq. Adjici poſſunt JO. CAMERO in myrothecio Evangelico ad h. l. p. 34. 35. JO. DALLÆUS, in diſp. de ſacramentali ſive auriculari Latinorum confeſſione L. 1. C. 5. p. 24. 25. FRANCISCUS BURMANNUS in Exerc. acad. P. 2. diſſ. 4. de miniſtris extraordinariis Novi Teſtamenti ſive 3. de Apoſtolis §. 30. p. 126. 127. & CAMPEGIUS VITRINGA de Synagogâ vetere L. III. P. 1. C. 10. p. 754. 755. ubi hæc exſtant: *Notum hæc verba jam ab antiquiſſimis retro temporibus Eccleſiæ ſic accepta eſſe, ac ſi comprehenderent confirmationem eorum, quæ Chriſtus in antecedentibus dixerat, hoc eſt, ac ſi Chriſtus iis adhuc planiùs Eccleſiæ concederet poteſtatem* excommunicandi, *quod ſecundum ipſos eſt* ligandi, & ſolvendi, *hoc eſt*, excommunicatum *rurſus admittendi ad communionem Eccleſiæ poſt præſtitam ſatisfactionem. Quæ quidem expoſitio non ideo ſanè reprobari meretur, ac ſi abluderet ab Hebræorum modis loquendi, quia illi quoque excommunicationem nomine* אסור *LIGATIONIS aliquando (etſi rarius) exprimunt &* excom-

Digitized by Google

excommunicati reſtitutionem communiter vocare ſolent התרה ſolutionem; *ſed hoc obſtat, quod Chriſtus non dicat* ὅσα quoscunque *ſed* ὅσα quæcunque, *unde patet, ipſum de* rebus *loqui, non de* perſonis. *Præterquam quod phraſis* אסר & שרה ligare & ſolvere *in ſcriptis Hebræorum receptiſſima ſit pro* doctrina liciti & illiciti. *Ergo concedit Chriſtus Apoſtolis ſuis his verbis poteſtatem, varias* leges *de* licito & vetito *cujuscunque tandem indolis condendi in uſum & commodum Eccleſiæ, ac ſi dixiſſet: quæcunque vos licita aut illicita pronunciaveritis, quæ vos præceperitis vel prohibueritis, ea ratibabenda ſunt in curia cœleſti. Nexum autem inter hanc partem orationis Chriſti & præcedentem talem concipio. Suggeſſerat Dominus diſcipulis ſuis* hoc remedium contra ſcandala, *ſi qua à fratre data eſſent, ut poſt admonitionem privatam publicamque ejus commercium vitarent. Jam ſubjicit:* quæcunque ligaveritis in terrâ, &c. *ac ſi illos Dominus in hunc modum compellâſſet: ſi hoc remedio, quod nunc præſcripſi, vobis non ſatis cautum videatur contra ſcandala in Eccleſiâ ſuboritura, veſtrum erit, alia remedia, prout occaſio tulerit, excogitare & adhibere. Concedo enim vobis poteſtatem (quam & Petro jam conceſſi) poſt meum à vobis diſceſſum talem conſtituendi diſciplinam, quam rerum temporumque conditionem efflagitare cenſebitis.* Hæc VITRINGA. Eandem tibiam inflant Autor harmoniæ Evangeliſtarum, quæ è Bibliotheca JAC. USSERII prodiit, p. 357. 388. editionis Germanicæ Halenſis, item SALOMON VAN TIL, Theologus olim Lugdunenſis-Belga in commentario in Matthæum, qui & Belgice & Germanicè prodiit, ad h. l. ubi & ad JO. BUXTORFII Lexicon Talmudicum & Rabbinicum, voces אסר & שרה provocatur, denique & JAC. BASNAGE, Theologus Hagienſis Gallus in Hiſtoire des Juifs T. 6. C. 5. §. 15. ubi ita paucis Vir doctus animi ſententiam effatur: *En remontant plus haut que le Talmud on trouve non ſeulement l'impoſition des mains conferée aux Docteurs mais on remettoit entre les mains du Docteur les cinq livres de Moiſe avec une clef pour apprendre qu'il avoit la liberté d'ouvrir les myſtéres de la loy & on y ajoutoit, qu'il avoit* le pouvoir de lier & de delier; *c'eſt à dire de decider ce qui étoit* permis ou defendu. p. 101. Quæ ipſa in editione Pariſienſi à LUD. ELLIES DU PIN, Doctore Sorbonico curata, quod ad palatum Romanenſem non ſunt, omiſſa fuere. Adde T. 3. L. 3. C. 30. §. 14. p. 776. ubi ita idem infit: *Les Rabbins ont le pouvoir* de lier & de delier. *Les Controverſiſtes ont fait de gros volumes* (hæc ὑπερβολικῶς dicuntur) *à l'occaſion de ce terme, mais s'ils avoient remarqué le veritable ſens qu'il a chez les Juifs, de qui Jeſus Chriſt l'a emprunté, la diſpute*

ſeroit finie ou plutôt elle ne ſeroit point née, car ils entendent par là, que le Rabbin a le pouvoir de declarer ce qui eſt permis ou defendu. Scilicet & Presbyteris ſequioris autoritatis & qui ad Synedria hactenus non admittebantur, poteſtas dabatur docendi & explicandi Juris Hebraici nodos & dubia per reſponſa, quoties conſulerentur, ſeu caſus conſcientiæ extricandi, id quod Judaico verbo dicitur רשות להורות באיסור והיתר *poteſtas* ſeu *facultas decernendi circa ligatum & ſolutum* ſeu vetitum & licitum, id eſt, *facultas ſolvendi & ligandi.* Vide Jo Seldeni L. 2. de ſynedris C. 7. §. 2. Daniel Whitby, Theologus Salisburienſis Anglus verba, quæ explicamus, ita ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν. *Verily i ſay unto you, whatſœver* (things) *ye ſhall* (thus) *bind on earth*, (declaring them actions unworthy of your farther mercy) *ſhall be bound in heaven* (*i. e.* ſhall not find mercy there,) *and whatſœver ye ſhall looſe on earth* (or by this means ſhall exempt from guilt) *ſhall be looſed in heaven.* Autor anonymus (Tyndalli nomen Viro) libelli Anglici: a defence of the rights of the Chriſtian Church contra Guil. Wottonum ita verba hæc explicat, ut ajat, locum hunc eſſe παράλληλον locis Marc. 16, 16. & Joh. 20, 23. nihilque ſignificare aliud quam Apoſtolos poteſtatem à Chriſto nactos, prædicatione Evangelii viam ad regnum cœlorum hominibus aperiendi, iisque, qui crediderint, ſalutem, iis, qui non crediderint, damnationem annunciandi, cujus poteſtatis exercitium & in cœlis ratum futurum ſit, quæ profectò & Jo. Brentii ad hunc locum mens eſt, quam Theologus idem alibi aliter utique exprimit. Nec tamen ſolos eſſe Apoſtolos, idem ait anonymus, quibus illa competat, etſi ea ipſis in gradu eminentiſſimo competat, cum quivis Chriſtianus iſtam exercere poſſit. Itaque de excommunicatione & excluſione à ſacramentis tanquam à ſolis Clericis faciendâ planè hîc ſermonem eſſe non poſſe, maximè cum Eccleſia Chriſtiana eo tempore nondum in ſyſtema quoddam cœtumque fuſa fuerit. p. 43. ſqq. Atque hæc eadem ferè ſunt, quæ habet Philippus Limburgius, Theologiæ quondam inter Remonſtrantes Amſtelodamenſes Profeſſor, Theol. Chriſt. L. 7. C. 18. §. 26. cui adjici poſſunt Rich. Simon. & Jo. Clericus, uterque in notis ad N. T. Gallicis, ubi locum hunc explicant. Clericus tamen, Vir doctiſſimus, ubi Matth. 16, 19. tùm de declaratione liciti & illiciti, tùm de inflictione morborum miraculoſâ, qua punire Apoſtoli delinquentes eosque itidem liberare poſſint, explicavit, ad Matth. 18. 18. ait, hæc omnibus Chriſtianis eo ſenſu dici, quod, ſi fratri, qui ipſos afflixerit, vel remiſerint injuriam reſipiſcenti

Digitized by Google

ſipiſcenti vel convicerint ipſum, quòd quia mentem malam nondum mutaverit, violati erga proximum officii adhùc reus exiſtat, judicium idem ratum in cœlis futurum ſit. Jam, ſi Thelogos noſtros audiamus, communi ore omnes profitentur, hæc de peccatorum remiſſione ſive retentione à Miniſtris Eccleſiæ faciendâ, per conſequens de excommunicatione intelligenda eſſe. Hinc etiam LIGHTFOOTI ſententia dudum ab ipſis exploſa eſt. SEBAST. SCHMIDT, Theologus quondam Argentoratenſis longè eruditiſſimus in faſciculo diſputationum theologico-philologicarum Diſp. 12. p. 711. ſeqq. primus fuit, qui contra LIGHTFOOTUM in arenam proceſſit, atque ad oculum demonſtravit, voces אסר *ligavit* ac שרא & התיר *ſolvit* non ſolum de rebus, ſed & de perſonis accipi. Hinc manare illam abſolutionis Judaicæ formulam שרוי לך *ſolutum tibi eſto*, id quod idem ſit ac מחול לך *condonatum* ſeu *remiſſum tibi eſto*. אסור verò ſignificare *excommunicatum*. Addit SCHMIDTIUS, neutrum ſic tantopere urgeri haud debere, quoniam Hebræorum mos ſit, neutro res & perſonas ſimul includere, cujus rei & exemplum quoddam adducit. Denique ait, objectum ſolutionis & ligationis eſſe perſonale & reale atque utrumque hîc intelligi. Quam in rem notanda veniunt verba, quæ p. 716. 717. habentur: *Cæterum ſi maximè verba illa non niſi de rebus uſurparentur, falſum tamen foret, quòd prohibere & permittere tantum, excludendo abſolutionis & excommunicationis negotia, ſignificent. Nam in abſolutione & excommunicatione non tantum perſonarum ſed & rerum ſolutio atque ligatio invenitur, quæ etiam aliqua ſimul permiſſionis & prohibitionis ſpecies ſunt.* Hinc, qui LIGHTFOOTI inter noſtros aſſumeret ſententiam, non exſtitit, donec JO. BENEDICTUS CARPZOVIUS, Theologus Lipſienſis, receptæ orthodoxiæ aliâs defenſor acerrimus Lipſiæ A. 1675. eandem pro roſtris eccleſiaſticis aliquando defenderet. Quod cum ad aures JO. ADAMI SCHERZERI, ejusdem Academiæ tùm temporis Theologi veniſſet, hic in collegio theologico privato, quod dein Syſtema Theologiæ ab ipſo editum peperit, LIGHTFOOTUM refutavit & pro inſigni facilitate ſuâ nugarum ſub titulum ipſius interpretationem revocavit. Veſtigia rei habes in laudato Syſtemate loco 25. de Eccleſia p. 695. 696. ubi tamen ad hoc extremum, quo opus ſanè haud habebat, refugit Vir eruditiſſimus judicioſiſſimusque, ut diceret, *Rabbinos Novi Teſtamenti & verborum Chriſti interpretes eſſe non poſſe.* Non hoc eſt, mi SCHERZERE, quod quæritur, ſed hæc eſt quæſtio, quid juxta linguam Judaicam, quâ Chriſtus verba hæc pronunciavit, *ligare* & *ſolvere* ſignificet, ubi

Digitized by Google

ſanè ad ſcripta Talmudica & Rabbinica recurrendum oſtendendumque eſt, juxta dialectum tempore Chriſti uſitatam & de rebus & de perſonis verba iſta efferri potuiſſe. Non ergo ſiluit CARPZOVIUS, ſed & in præfatione ad LIGHTFOOTI horas hebraicas & in alio quodam ſermone eccleſiaſtico SCHERZERUM tanquam magnum in Iſraële magiſtrum, hoc ſcilicet qui neſciret, depexum dedit. Acta litis hujus enarrant PHIL. JAC. SPENERUS in dem anhang an die aufrichtige übereinſtimmung mit der Augſpurgiſchen Confeſſion §. 11. p. 8. 9. ubi & notatur, ABR. CALOVIUM in Syſt. loc. Theol. T. 10. Art. 4. de pœnitentiâ C. 2. Qu. 4. p. 453. ſqq. LIGHTFOOTUM eam ipſam ob cauſam, quod ipſius ſententia heic à CARPZOVIO adoptata fuiſſet, refutâſſe, eandemque Apologiæ Aug. Confeſſ. art. 6. de confeſſ. p. 199. aliisque locis librorum ſymbolicorum contrariam eſſe, itemque CHRIST. THOMASIUS in dem bedencken, quod ſupra p. 11. citavimus. p. 168. 169. ubi jurgium hoc theologicum non ſine injuriis ultrocitroque vibratis recenſitum videas. At verò & idem hic illuſtris vir in SELDENI, LIGHTFOOTI ac CARPZOVII ſententiam l. c. pedibus it & JO. BARTHOLDUM NIEMEJERUM, Theologum Helmſtadenſ. qui communem explicationem in diſſ. I. de diſciplinâ eccleſiaſticâ (prodiit liber. Helmſtadii A. 1702.) defenderat, itidem depectit. p. 165. ſeqq. Addi poſſunt ejusdem notæ in. I. P. LANCELOTTI inſtitutiones Juris canonici p. 717. ſqq. 2147. Magiſtrum hunc pone ſequitur præſtantiſſimus BOEHMERUS, cujus diſſertatio de confœderatâ Chriſtianorum diſciplina inter diſſertationes juris Eccleſiaſtici antiqui numero III. §. 7. p. 82. ſqq. hîc inſpici poteſt. Nemo tamen eſt, qui majore cum animi ardore LIGHTFOOTI ſententiam hactenus defenderit, ac id ante aliquot annos fecit Theologus Halenſis doctiſs. JOACH. LANGIUS, qui in ſyſtemate dogmatum Evangelicorum, quod *antibarbarum orthodoxiæ* nuncupat, P. 1. T. 2. Sect. 2. C. 2. ubi contra JO. DEUTSCHMANNUM, Theologum quondam Vitembergenſem inſurgit, p. 612. ſqq. itemque in comment. de vitâ & epiſtolis Apoſtoli Pauli p. 28. ſeqq. explicationem LIGHTFOOTIANAM pluribus ſuam fecit. Jam verò non eſt ex noſtris recentior, quem eandem ſibi mentem induiſſe meminerim. Ad ea, quæ THOMASIUS pro ſententia LIGHTFOOTI dixit, reſpondit SEB. EDZARDI in der Vertheydigung der Chriſtlichen Lehre vom Binde-Schlüſſel p. 117. ſqq. Luculentiorem rerum deductionem nobis dedit JO. FECHTIUS, Theologus nuper Roſtochienſis in

diſſ.

Digitized by Google

diſſ. de clave ligante & ſolvente, quæ tractatui de excommunicatione eccleſiaſticâ adjecta eſt, ubi p. 354. Jo. Henr. Heideggerum, Theologum quondam Tigurinum eandem cum Lightfooto ſententiam tenere aſſerit, qui tamen hanc ſaltem cum communi in Comm. in Matthæum ad Matth. 16, 19. qui laboribus ejus exegeticis Tiguri A. 1700. impreſſis inſertus eſt, combinat, itemque Theologum quendam noſtratem Regiomontanum (Pesarovii nomen illi fuit) in diſput. ſuper verba Chriſti Matth. 16, 19. Regiomonti A. 1695. habitâ p. 20. ſqq. eandem explicationem contra Seb. Schmidium defenſitâſſe, & Mich. Mullerum, Academiæ hujus Theologum quondam celeberrimum Cancellariumque in triade diſputationum theologicarum (quæ teſſaradecadi evolutionum ſacrarum adjecta eſt) diſput. 1. de clavibus regni cœlorum §. 3. p. 6. 7. Lightfootum quoque adortum eſſe probè monet.. Magiſtro ad latus ponendus eſt Albertus Joachimus Krakewizius, Theologus item Roſtochienſis, qui in diſſ. de excommunicatione eccleſiaſticâ Roſtochii A. 1709. habitâ ſententiam Lightfootianam eruditè impugnavit. Addendus denique eſt, qui hanc interpretationem in Hallenſibus denique & Brendelio ſuo reprehendit, Theologus Vitembergenſis profundiſſimus, Gottlieb Wernsdorfius in diſſertatione A. 1716. defenſâ quâ aſſertum ivit, abſolutionem Miniſtri Eccleſiæ non eſſe mere declarativam §. 28. 29. p. 28. 29. Quin adjiceremus & Gottfridum Olearium, Theologum nuper Lipſienſem, qui Obſ. 55. in Matthæum §. 6. ſqq. Lightfooti ſententiam utique refutavit, ſed & novam excogitavit, dum ex Luc. 13, 16. arguit, δεῖν notare idem ac morbum infligere, λύειν ab eodem liberare. En ipſius verba: *Quidni igitur dicemus, Salvatorem hîc Petro atque Apoſtolis promittere poteſtatem morbos immittendi atque fugandi extraordinariam, qua in Ananiam & Sapphiram Petrum uſum eſſe, in Elymam Magum Paulum, ut alia exempla nunc taceam, affatim conſtat.* §. 5. p. 456. Et verò patet, Olearium hæc à Clerico, cujus hanc explicationem ſupra retulimus & qui exemplum Pauli, inceſtuoſum Corinthiacum Satanæ tradentis adeoque ligantis hîc addit, didiciſſe, niſi & ex Henrici Dodwelli paræneſi ad exteros de nupero ſchiſmate Anglicano idem ſapuerit, ubi §. 29. p. 128. ſqq. exſtat: *Idem valet ligare ac Satanæ tradere.* Unde & ait Dodwellus, *excommunicatos in poteſtatem ſpirituum malignorum ab Epiſcopis tradi, uti in tutelam bonorum ſpirituum ab iis recipiantur communicantes*, & hæc omnia fieri vi pacti mutui inter Deum & Apoſtolos & per conſequens

Epiſcopos

Episcopos omnes initi, his verbis concepti: *Quodcunque ligaveritis super terram, ligatum & erit in cœlo &c.* Quod restat, Autores, communem opinionem qui defendunt & in omnium manibus jacent, deliberato animo tacemus, nisi quod adjungere iis conveniat Theologum Jenensem præstantissimum Jo. Franc. Buddeum in Theol. mor. P. 3. C. 3. §. 63. sqq. At quo delabimur, qui, ubi sententiam saltem nostram dicere in animum induxeramus, cohortem Autorum, qui suam dicant sententiam, in scenam producimus? Adjungamus itaque vel tandem brevem ἐπίκρισιν, quæ hæc est. Quid si omnes hosce doctissimos Viros, qui in diversas heic vias abire videntur, in mutua jam ruere oscula jubeamus ajamusque, claves regni cœlorum esse potestatem docendi Evangelium hominesque de verâ salutis viâ instituendi, quâ regnum cœlorum credentibus adaperiatur, incredulis occludatur, *ligare* dein & *solvere* significare non solùm pronunciare, quid licitum & quid illicitum sit, constitutionesque ecclesiasticas hanc in rem condere, sed etiam declarare, quid peccatum sit reatumque secum ferat, quid secus, peccata remittere & retinere, eos, qui perversæ conversationi pravisque moribus indulgent, corripere primum & nisi resipiscant, ut cœtu nostro, utpote quem turbent saltem & cui scandalo sint, excedant, monere, denique & pœnam extraordinariam divinitùs iis infligere, vel si eâdem jam affecti fuerint, eosdem ab eâ liberare. Nescio verò, num hæc omnia ita sint comparata, ut simul, certè quod Apostolos spectat, consistere nequeant, etsi existimem, explicationem Lightfooti, quoniam non ὅσως sed ὅσα in neutro dicitur, primo loco ponendam esse, cæteras sequi debere. Præterquam enim, quod ex Sal. Glassii Philol. sacrâ L. 3. Tr. 1. Can. 21. luculenter constat, *neutrum genus quandoque pro masculino usurpari*, nota est absolutionis apud Judæos formula, quâ dicitur excommunicato, qui solvitur שרוי לך ומחול לך *Solutum & condonatum est tibi*, notum etiam est, התרה *absolutionem* excommunicati subinde significare, quæ utique ostendunt satis, si & Joh. 20, 23. conferas, Christum ad excommunicationem quandam hîc quoque respexisse. Id quod & Seldenus fatetur, nec negare quisquam potest, cui saltem dialecti Judaicæ levis fuerit notitia. Jam verò melius utique res se haberet, si nomenclatio clavis ligantis & solventis nunquam introducta fuisset. Certè apud Judæos, à quibus φράσις ista mutuo sumta fuit, hæc distinctio non obtinet. Scilicet mos apud ipsos olim fuit, eum, cui potestas dabatur, legem & Prophetas interpretandi,

Digitized by Google

terpretandi, clave datâ quasi in possessionem muneris mittere. Insigne Doctoratûs iis erat clavis cum pugillaribus. Itaque de R. Samuele dicunt: *Post mortem ejus posuerunt clavem & pugillares ejus in loculo ejus, eò quòd non meruerat habere filium*; cui scilicet Doctoratus insignia relinqueret. Κλεὶς Rabbinis dicitur מפתחא à verbo פתח *aperuit*, quod de quovis docente adhibent. Dicunt, רב פתח *Rabbi* talis vel talis *aperuit* textum nempe Scripturæ. Confer. Luc. 24, 32. Et Midrasch threnorum vocant מפתחא דחכמי *apertionem sapientum*. Quæ ipsa Virorum præstantissimorum, Grotii, Cameronis & Lightfooti ad Luc. 11, 52. verba sunt. Adde Altingii hist. prom. Acad. Hebr. Opp. T. V. f. 254. Maneat itaque hoc, claves regni cœlorum significare facultatem potestatemque interpretandi scripturam sanctiorem viamque ad salutem hominibus monstrandi. Id quod utique & ligando & solvendo fit, etsi incongruum esse videatur, per claves ligationem istam solutionemque peragi. Itaque ubi de re jam constat, non est, quòd de verbo litigemus. Id unicum difficile est, ut determines, num solis Apostolis discipulisque suis, num verò omnibus ipsorum successoribus aut fidelibus omnibus hanc facultatem ligandi solvendique Christus concesserit? Sententiam Ecclesiæ nostræ hanc in rem curatè & perspicuè effert Fechtius in diss. cit. Sect. 1. §. 14. p. 365. ubi ita scribit: *Claves regni cœlorum in genere designant omnem sacri officii potestatem* sc. prædicandi Evangelii, remittendi & retinendi peccata & administrandi sacramenta, uti exstat in Aug. Conf. artic. 7. abus. p. 37. sq. *Hæc potestas licet RADICALITER penes totam Ecclesiam resideat, patet tamen, Salvatorem certas quasdam è promiscuo Ecclesiæ cœtu personas ordinâsse, quæ potestatem hanc administrarent. . . . . Erant igitur inter ejusmodi Christi servos primi quidem & principes Apostoli, quibus claves cœli datæ fuere, non PRIVATIVE, ut loqui amant Doctores, exclusis aliis conservis aut successoribus, sed CUMULATIVE, ita ut præter duodecim Christi discipulos Paulus quoque & Apollo & Timotheus & Sosthenes & alii plures mediatè vel immediatè vocati ministri hâc facultate fuerint instructi.* Scilicet in eminentissimo quodam gradu claves regni cœlorum Apostolis concreditæ à Domino fuere, Ecclesiam utpote primum plantaturis & disciplinam, ad quam vel maximè potestas ligandi solvendique spectat, quam &, quòd divino Spiritu agebantur, eo facilius curatiusque exercere poterant, confœderaturis. Nec tamen, exclusis penitus eorum successoribus, solis ipsis hoc, quicquid est Juris, adscripse-

Digitized by Google

rim, quod Jo. Lud. Wolzogenium, Baronem Auſtriacum, Socinianum & Lightfootum, qui tamen ſenſu eminentiore ſaltem Apoſtolis in chronicâ temporum N. T. ſect. 52. Opp. T. 2. f. 33. privilegium hoc attribuit, facere ait Mullerus noſtrâs l. c. §. 9. p. 13. ſqq. atque ita ſentientes refutat. Profectò enim facultas docendi & quid licitum, quid illicitum ſit, quid peccatum ſit, quid ſecus, quiſnam in ſtatu gratiæ ſit, quis ſecus, divino verbo, quod utique ſemper efficáciam ſuam ſive ad vitam ſive ad mortem exerit, annunciandi & declarandi (in quibus poſterioribus utique remiſſio & retentio peccatorum conſiſtit) itidemque diſciplinam confœderandi conſervandique, id quod ſine excluſione improborum à myſteriis divinis cœtuque eccleſiaſtico fieri non poteſt, facultas inquam hæc in Eccleſiâ perpetuò vigere debet, niſi quadrata rotundis atque ima ſummis miſcenda eſſe omniaque ut ſurſum deorſum vertantur permittendum eſſe velis. At verò omnia decenter & ex ordine fieri debent 1. Cor. 14, 40. ut Eccleſiæ καταρτισμὸς conſervetur Eph. 4, 12. Quod ſi autem in Eccleſiâ poteſtas clavium perpetua datur eaque in effato Chriſti, quod explicamus, Apoſtolis confertur, patet, eandem, quia ab omnibus Eccleſiæ membris (membra enim ſunt, quorum quodvis peculiare officium munusque habet) exerceri haud poteſt, id quod immanem confuſionem, quâ Eccleſia deſtrueretur, pariturum eſſet, doctoribus publicis à Chriſto collatam eſſe, qui heic diſcipulos ſuos, futurorum Eccleſiæ miniſtrorum anteceſſores alloquitur. Quod licet ita ſe habeat, probè tamen ſimul tenendum eſt, Eccleſiæ miniſtris tantam hîc poteſtatem haud dari ac Apoſtolis, utpote tantâ charîſmatum divinorum luce haud ornatis, multò minus abſolutam, ſed ad verbi ſanctioris leges planè reſtrictam talemque, quæ in libertatem Chriſtianam haud graſſetur, & quæ cum conſenſu & approbatione cœtus, ſi opus id ſit, omnia agere amet. Si enim unquam abuſus eâ fuerit cœtûs ſanctioris miniſter, (quod incommodum & apud quemvis, cui poteſtatem hanc quis adſcripſerit, enaſci poteſt,) voluntatem utique Salvatoris plurimum is violat, dignus ipſemet, qui communi Eccleſiæ (cujus unumquodque membrum tantam in excommunicatione facultatem, quantam in docendo habet,) conſenſu ligetur & coërceatur.

(i) Hi enim erant, quos in unum tunc congregatos Chriſtus affatus eſt. Vide Marc. 16, 14. Luc. 24, 36. Joh. 20, 19. 1. Cor. 15, 5.

(k)

Digitized by Google

(k) Vide Joh. 20, 22. 23. ubi hæc habentur: *Dixit ipsis Christus: quemadmodum Pater me misit, & ego mitto vos. Et hoc dicens insufflavit & dicit eis: accipite Spiritum sanctum. Si peccata quorundam remittatis, remittuntur eis, si reteneatis, retenta sunt.* Jam, qui, quæcunque circa ordinationem & missionem Apostolorum hìc acta fuere, attentiùs paulò consideraverit, mirabitur, quî factum fuerit, ut pro communi consuetudine Judaicâ Christus manus Apostolis haud imposuerit, cum tamen hodie necessariam planè hanc cærimoniam esse sint, qui asserant. Est, qui post alios hoc observat, celeberrimus Theologus Hagiensis, JACOBUS BASNAGE in Histoire de l'Eglise L. 25. C. 2. §. 3. f. 1475. 1476. Ast nec apud ipsosmet Judæos impositio manuum ad ordinationem simpliciter fuit necessaria. Audiamus Mosen Maimonidem in Mischnam Sanhedr. C. 1. n. 3. qui ita habet: אין אנו צריכין סמיכה בידים אבל האיש אשר ראוי למנותו יאמר לו הבית דין הממנים אותו אתה רבי פלוני סמוך אתה ורשאי אתה שתדין דיני קנסות ובזה יהיה האיש ההוא סמוך והוא נקרא אלהים וידין כל הדינים: *non sumus adstricti ad ordinationem, quæ fit per impositionem. Sed domus judicii, cum instituit & creat aliquem Rabbinum, qui hâc præfecturâ dignus est, dicet ei: tu N. Rabbinus es, ordinatus es & potestatem habes judicandi causas criminales. Per hæc verba vir ille ordinatus erit vocaturque Deus & omnes occurrentes lites dirimet.* Ita & R. Abraham Zacut in libro Juchasin, in R. Juda Filio Babæ: הסמיכה לא דוקא ביד כמו שעשה משה ליהושע אלא אפילו בדבור בלבד די שיאמר אני סומך תהיה סמוך: *Impositio manus non fit tantùm manu, ut Moses fecit Josuæ, verùm etiam nudo sermone. Sufficit, ut dicatur: Ego ordino, sis ordinatus.* Nec est, quod existimes, ordinem successionis ita disrumpi, si impositio manuum desit. Quando enim Moses Tranensis in קרית ספר Sanhedr. C. 4. successionem ordinationis describit, de eâ quoque intellectum hoc vult, quæ sine χειροθεσία fit. En verba: כל בית דין צריך שיהיה אחד מהם סמוך מפי הסמוך שהרי משה רבינו סמך את יהושע כדכתיב וסמוך את ידיך עליו וכן סמך את הזקנים ושותה עליהם שכינה והם סמכו לאחרים ואחרים לאחרים ונמצאו הסמוכים איש מפי איש עד מהעה ואחד הנסמך מפי משה או מפי הסמוכים והסמיכה היא לקרותו רבי ולא בית דין לאנוחי ידיה עליו רישיה דסבא: *Necesse est, omni Synedrio assidere Judicem unum, qui ordinatus fuerit ab uno ante ipsum ordinato. Nam Moses Magister noster manus imposuit super Josuam, sicut scriptum est:* & impones manum tuam super eum. *Eodem modo ordinavit seniores & super eos habitavit divinitas. Ipsi verò alios ordinarunt & alii alios. Ita deprehenduntur ordinati unus ab alio ad Mosen usque Magistrum nostrum,*

Digitized by Google

unus scilicet à Mose aut ab jam ordinatis. Et ordinatio illa est ut vocetur Rabbi, non autem requiritur, ut imponatur manus super caput senioris. Id quod & confirmat idem, quem supra citavimus jam, Maimonides in יד חזקה P. 4. tr. Sanhedr. C. 4. ubi ita infit: כיצד היא הסמיכה לדורות לא שיסמכו על ראש הזקן אלא שוקורין לו רבי ואומרים לו הרי אתה סמוך ויש לך רשות לדון אפילו דיני קנסות: *Quomodo se habuit promotio, quæ per secula & generationes facta est? Non ita facta fuit, ut manus super senioris caput imponerent, sed ut eum Rabbi vocarent eique dicerent: Ecce tu ordinatus es & est tibi potestas judicandi etiam criminalia.* Additur post pauca: ויש להם למנות כל מי שירצו לגברים יחידים *Est etiam iis potestas ordinandi, quemcunque voluerint, solis verbis.* Qui pleniores crateras voluerit, adeat Jo. Buxtorfium in Lexico Rabb. & Talm. voce סמיכה Jo. Morinum in commentario de sacris Ecclesiæ ordinationibus P. 3. Ex. 7. C. 7. §. 3. sqq. f. 112. sqq. Jo. Seldenum de Synedriis veterum Ebræorum L. 2. C. 7. §. 1. Jo. Lightfootum ad Act. 13, 3. J. A. Scherzerum in oratione de Ebræorum & Lipsiensium Magistris, quæ collectioni programmatum & orationum ab ipso habitarum Lipsiæ A. 1679. editæ inserta conspicitur, p. 423. sqq. & Camp. Vitringam de Synagogâ vetere L. 3. P. 1. C. 15. p. 836. sqq. Non itaque & à ritu Judaico deviavit Salvator optimus, ubi in missione Apostolorum & primâ & sequiore ab impositione manuum abstinuit, ostenditque insimul autoritatis hujus, quam ipsis modò daret, divinique ministerii essentiam à cæremoniâ hâc externâ haud pendulam esse. Alium eapropter novumque ritum is adhibuit atque ἐνεφύσησε, INSUFFLAVIT ipsis dicens: ACCIPITE SPIRITUM SANCTUM. Scilicet ubi anhelitum in Apostolos gestu oris immisit, externo hoc symbolo significatum dedit, se revera facere, quod diceret, h. e. Spiritum S. interius ipsis infundere, atque, uti olim sufflando spiritus vitæ homini adspersus fuerit, ita & hîc sufflando spiritum gratiæ eumque extraordinarium iisdem se indere, ut tàm certi de Spiritûs sanctioris communicatione existerent, quam de ipso hoc afflatu, quem jam sentirent, certi essent Act. 2, 2. 4. Nec curiosus quæsiveris, quî contingat hoc, ut, cùm Christus Spiritum S. Apostolis promiserit, tanquam post abitum demum suum in ipsos effundendum Joh. 16, 7. is jam hîc detur? Facilis enim est responsio, dona Spiritus S. varia esse 1. Cor. 12, 4. dari hîc Spiritum, quo opus habituri sint ad exercendam peccata remittendi & retinendi potestatem, utpote quam (id quod velim probè notes lector) nemo secundùm Cyprianum

Digitized by Google

prianum Ep. 69. ordinis Felliani exercuerit, nisi qui Spiritum S. acceperit, datum verò fuisse spiritum miraculorum in die Pentecostes, uti ex Act. 2. constet. Jam ipsa potestas hîc collata in quâ re consistat, quæritur. Scilicet IN REMISSIONE & RETENTIONE PECCATORUM. Heic id primùm notamus, aliter remissionem peccatorum à DEO, aliter ab hominibus fieri. Deus enim αὐτοκρατορικῶς sese hîc atque ut Judex habet atque ita solus peccata remittit, Ps. 32, 5. 51, 6. Jesai 43, 25. Matth. 9, 6. Marc. 2, 7. 10. Luc. 5, 21. sqq. Rom. 8, 33. Jac. 4, 12. Apoc. 3, 7. homines verò ministerium hîc saltem suum adhibent eamque divinam decisionem, quâ Deus circa peccata hominum versatur, voce suâ, quæ mentem Domini heic declarat sed efficaciter declarat, tanquàm legati Dei, Deo PER IPSOS monente 2. Cor. 5, 20. 1. Thess. 2, 13. & Διὰ τὸ ὄνομα Χριστοῦ animis manifestam reddunt, 1. Joh. 2, 12. Act. 13, 38. Luc. 24, 47. Nec est, quod multum hîc cespites, lector, anxiusque quærites, num nuda hæc declaratio sit, quæ à Ministro verbi fiat, vel num idem quoque ipsemet efficaciter ad actum absolutionis vel retentionis concurrat. Profectò enim, nisi perperam hîc ministerium suum is applicet, verbum, quod iste pronunciabit, semper & quidem actu etiam secundo, quod ajunt, erit efficax, futurum nempe vel ODOR VITÆ AD VITAM vel ODOR MORTIS AD MORTEM juxta 2. Cor. 2, 16. Id quod nemo negaverit, qui contingere subinde conspexerit, ut, ministro Evangelii verba sacra faciente, animi hominum mentesque cœlesti eâque longè potentissimâ divinissimâque virtute perfundantur, quod ipsum Dei utique munere, sed hominis ministerio fit. Nihil quippe aliud, ut clarè mentem solidèque efferamus, remissio peccatorum est, quàm spiritualis, solida efficacissimaque demonstratio, quâ homini, qui per veræ resipiscentiæ viam doloresque illos spirituales, qui viam nobis ad conversionem parant, ivit atque spirituali vitâ imbutus est ad oculum ostenditur, ipsum esse filium Dei, in quo nulla amplius sit condemnatio, ipsum esse Spiritûs sancti domicilium futuræque gloriæ hæredem, cui ad omnem gratiam divinam salutemque æternam luculenta admodum porta pateat plenissimumque jus competat. Quæ demonstratio utique sine efficacissimo solatio nemini, qui rerum harum sibi conscius est, infunditur adeoque non declarativa solùm sed & operativa utique sic est. Jam & retentio peccatorum nihil aliud est quàm illa divina ἀνάδειξις, qua, dum in mentes hominum descendimus, & re-

Digitized by Google

ceſſus eorundem interiores eviſceramus atque internum peccantium eumque ſpiritualem ſtatum evolvimus, ipſis oſtendimus, eos adhuc ſub reatu & dominio peccati & ſub voluntate divinâ judiciariâ hoc eſt ſub irâ Dei vivere, imo jam judicatos eſſe, tempus igitur eſſe, ut ad frugem redeant, ut abnegeatâ mundi voluptate ad Dominum, cui utique expanſa ad ipſos recipiendos brachia ſint & qui largiſſimum ipſis ſpiritum ſuum, ad mutationem hanc qui neceſſarius eſt, offerat, convertantur aliamque ſibi mentem induant, ſi quidem ſalvari, ſi futuris à pœnis liberari velint. Atque hæc jam omnia, quæ præſtari profectò à nemine poſſunt, niſi ab eo, qui, UTI TEXTUS NOSTER PONIT, *Spiritum ſanctum accepit*, & mentem cœlitus tactam divinoque ubique lumine divinâque prudentiâ, quâ ſpiritus idem diſcernere nôrit, circumfuſam atque amore Jeſu & miſeratione, quâ peccantes complectantur, intimâ jugiter imbutam habeat, hæc omnia inquam ut miniſtri Eccleſiæ cum convictione animorum agant, officii ipſorum præcipuam partem eſſe nemo eſt eorum, qui vel tantiſper ſapiunt, qui vocare in dubium poſſit. Hinc communis ea ſemper fuit in vetere modernâque Eccleſiâ opinio, quæ Apoſtolis hîc dicta fuerint, omnibus eorum ſucceſſoribus, omnibus Eccleſiæ miniſtris dicta eſſe, id quod vel maximè CYPRIANUS epiſt. 73. & 75. ita effert. Nec tamen negandum eſt, in eminentiore hæc omnia gradu Apoſtolis competere. Quod ipſum vel maximè ſentiunt, qui extraordinariam ſingularemve hîc Apoſtolis conceſſam poteſtatem eſſe exiſtimant. Ita HUGO GROTIUS arbitratur, Apoſtolos peccata remiſiſſe, quoties aut profitentes fidem per baptiſma in Eccleſiam receperint Act. 2, 38. 41. aut quoties lapſos poſt ſeriæ pœnitentiæ teſtimonium ad communionem rurſus admiſerint 2. Cor. 2, 10. Idem verò & putat, retinere peccata idem eſſe ac baptiſmum non impertire incredulis & communione arcere contumaces 1. Cor. 5. quam diſciplinam ipſe Deus ſubinde immiſſis plagis, queis improbi vexentur, approbet. Eandem ferè in ſententiam deſcendit Jo. LIGHTFOOTUS, qui ait, Apoſtolis hîc concedi I. poteſtatem feriendi rebelles morte aut plagâ aliquâ corporali Act. 5, 5. 10. 13, 11. II. poteſtatem tradendi Satanæ 1. Cor. 5, 3. ſeqq. 16, 22. 2. Cor. 13, 10. 1. Tim. 1, 20. III. poteſtatem Spiritum S. aliis donandi. Verba enim *accipite Spiritum S.* ita eſſe ſupplenda, *accipite, ut detis.* Vide Act. 2, 38. 8, 17. 10, 44. 19, 6. Jam verò & vel maximè STEPH. CURCELLÆUS in Inſtit. Relig. Chriſt.

L. 5.

Digitized by Google

L. 5. C. 14. §. 10. L. 7. C. 14. PHIL. A LIMBORCH in Theol. Christ. L. 5. C. 77. §. 13. & Jo. CLERICUS in notis Gallicis ad h. l. remissionem peccatorum cum charismate extraordinario discretionis spirituum (quod profectò hic utramque paginam ut faciat, necessum est,) conjungunt & per liberationem à morbis juxta Matth. 9, 6. Marc. 2, 5. Luc. 5, 20. subinde explicant. Denique & hùc referendus videtur Vir eruditissimus itemque Academiæ Hallensis Professor hodie celeberrimus JUSTUS HENNINGUS BOEHMERUS, qui nonnisi extraordinariam quandam facultatem solis Apostolis concessam hîc indigitari putat in diss. III. Juris ecclesiastici antiqui, quæ de confœderatâ Christianorum disciplinâ agit, §. 8. p. 84. sqq. At enim facilior Viri præstantissimi foret sententia, si affirmaret, hanc potestatem in EMINENTIORE SALTEM GRADU Apostolis concessam fuisse. Uti enim Spiritus S. non solis Apostolis sed & successoribus eorum, imò & quibusvis fidelibus licet impari mensurâ datus fuit, ita non dubitandum est, potestatem peccata remittendi & retinendi ea ratione, ut eandem explicavimus, & pro omni ambitu suo & extensione singulare quoddam Apostolorum privilegium haud fuisse, id quod & res ipsa dictitat & disciplina pœnitentialis, disciplina itidem arcani & excommunicatio quoque, quæ inde à primis Ecclesiæ originibus in cœtibus sacris, uti postea demonstrabimus, obtinuit, suadet. Nescio verò, quî fiat, ut Viri summi excommunicationem tantoperè horreant & tanquam Ecclesiæ pestem summam abominentur, qui facilè capiunt, eam cæteris paribus & si rectè administretur, civilis nempe pœnæ involucris privatam & sanctiore è principio propullulantem cœtum ecclesiasticum nitori suo plurimùm restituere posse. Sed de his quidem mox mentem nostram luculentius efferemus.

ARTICULUS TERTIUS.

Supereſt, ut num hierarchiam ecclesiasticam Christus instituerit, paucis inquiramus. Scilicet jam diximus, CHRISTUM XII. Apostolos & LXX. discipulos sibi associâsse, quorum ministerio in plantandâ ecclesiâ uteretur. Jam quæritur: Num ordinem quendam inter hos Salvator stabiliverit, quo unus alteri vel cæteris omnibus præfectus præcipuaque ipsi & summa autoritas, quâ re-

Digitized by Google

reliquis ſuperemineret, conceſſa fuerit; Atque hæc quæſtio ipſos profectò Apoſtolos anxios tenuit eo ipſo ferè tempore, quo Chriſtus ultimum vale ipſis dixit. Orta enim inter eos, narrante Lucâ, fuit diſceptatio, QUIS INTER IPSOS MAJOR ESSET. Sed reſpondit Chriſtus & eâ quidem dictionis claritate, quæ nullas omninò tenebras admittit: REGES GENTIUM DOMINIUM GERUNT ET QUI POTESTATE ISTA SUMMA FULGENT, BENEFICORUM TITULO ORNANTUR. ABSIT VERO, HÆC UT VOS AFFECTETIS; SED QUI MAJOR INTER VOS EST, SIT SICUT JUNIOR ET QUI RES DIRIGIT, MINISTRUM SE ESSE COGITET. (a) Ex quibus patet I. Chriſtum nullam hierarchiam eccleſiaſticam propriè ſic dictam inſtituiſſe ſed potius damnâſſe. II. Eccleſiam, quam Chriſtus formavit, nullâ civili, nullâ politicâ poteſtate indutam ab ipſo fuiſſe. Exulat igitur hîc OMNIS SUPERIORITAS, omnis coactio, pœna omnis & quicquid dominium olet. III. Eſſe in Eccleſiâ Chriſtianâ quoque ἡγεμόνας, DUCES & ANTISTITES, quibus res cœtuum dirigenda utique veniat, ab ἡγεμόνευς tamen civilibus in eo maximè diſtinguendos, quod hi vi externâ, illi vi Spiritus, quæ animos tangit, & chariſmatum divinorum, queis fulgent, beneficio ſolo ſua exſequantur. Magnæ hæ ſunt illuſtriſſimæque veritates, quæ ſi in Eccleſiâ Chriſtianâ utramque hodie ubique paginam facerent, res omnis Chriſtiana utique melius ſe haberet fideſque latius ſpargeretur omneque ſchiſma, id quod nonniſi ex ambitione eccleſiaſticâ profluxit, unico difflatum halitu in aërem abiret. Aſt ais, hæc omnia contraria eſſe privilegio illi, quod Chriſtus Petro dederit, ubi ipſi dixerit: TU ES PETRUS ET SUPRA HANC PETRAM ÆDIFICABO ECCLESIAM MEAM, QUAM NE INFERORUM QUIDEM PORTÆ SIC SUPERARE POSSINT. QUAM IN REM TIBI CONFERAM REGNI COELORUM CLAVES. QUODCUNQUE LIGAVERIS IN TERRA, IN COELIS QUOQUE LIGATUM ESTO, QUODCUNQUE SOLVERIS

Digitized by Google

RIS IN TERRA, IN COELIS QUOQUE SOLUTUM ESTO. (*b*) Nec eſt, quod quis ad communem noſtratium explicationem ſtatim dilabatur ajatque, per PETRAM non PETRUM ſed CHRISTUM vel FIDEM IN CHRISTUM intelligendam eſſe. Etſi enim Paulus diſertis verbis ajat, *aliud fundamentum neminem ponere poſſe quam quod poſitum ſit, quod ſit Jeſus Chriſtus*, (*c*) itemque *petram eſſe Chriſtum* (*d*) clariſſimâ dictione adfirmet, eundemque hunc *lapidem angularem*, cui Eccleſia ſit ſuperſtructa, appellitet, (*e*) id quod & Petrus adſtruit, qui Chriſtum nobis tanquam lapidem vivum ſiſtit, (*f*) cui per fidem inædificemur, etſi etiam alibi pœnitentia & fides aliique Chriſtianæ doctrinæ articuli *fundamentum* vocitentur (*g*), petraque illa, cui impoſita domus exortâ tempeſtate, Chriſto dicente, haud cadit, non ſanè Petrus ſed ſermo Chriſti fideique obſequium ſit, (*h*) etſi denique magna ſit veterum Eccleſiæ Patrum cohors, qui hanc rerum explicationem, quâ à Romanenſibus diſſentimus, ori noſtro calamoque infundant, (*i*) nullâ tamen neceſſitate adſtrictos nos eſſe videmus, ut relictis propugnaculis omnibus in fortalitium, quod in monte poſitum eſt, ſtatim abeamus atque ultimum aſylum petamus. Sufficiat nobis hoc, ℵ omnes Apoſtolos ÆQUALES eſſe, id quod tùm ex hiſtoria à Lucâ memorata (ב) tum ex Pauli teſtimoniis (*l*) liquet, ג præcipuas partes, ſi quæ ſint, queis præ reliquis Apoſtolis unus emineat, vix dari Petro poſſe, utpote quem Chriſtus, prolatis illis verbis mox *Satanam* appellitavit, (*m*) qui non fuit diſcipulus iſte ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς, cui ſanè, ut proditorem ex Chriſto expiſcaretur, oculis ſignum Petrus dedit, qui bene noverat, tanto ſe favore apud Salvatorem haud florere, (*n*) qui porrò Chriſtum ter negavit, (*o*) qui malè tulit, quòd Chriſtus Johannem magis amaret (*p*), qui in concilio Hieroſolimitano haud decidit, id quod demum JACOBUS fecit, ita tamen, ut ſuam ſaltem ſententiam diceret, quæ deinde & ab Apoſtolis totoque cœtu approbata eſt, (*q*) quem Paulus Jacobo poſtponit, (*r*) qui à Paulo propter hypocriſin reprehenſus fuit, (*s*) qui denique ſemet

 ipſum

Digitized by Google

ipsum saltem συμπρεσβύτερον vocat. (*t*) ג Petrum petram Ecclesiæ non aliâ ratione dici potuisse à Christo, quàm quâ & cæteri Apostoli petra Ecclesiæ sunt, ubi solus Christus, qui lapis angularis est, præcipuum quid habet. Scilicet æquali modo omnes fundamenta sunt, queis Hierosolymæ cœlestis mœnia innituntur, uti Apocalypsis Johannæa (*u*) habet, & quidem fundamenta haud personalia (neque enim à peccato immunes ii fuere, nec hominibus Ecclesia Dei superstructa est) sed doctrinalia sive ex doctrina fidei, quam firmavere & extulere, ita dicta. ד Petro claves regni cœlorum potestatemque hoc aperiendi datam esse, non ita, ut absoluto ipsius arbitrio id fuerit relictum, quemnam intromittere hîc vellet, quem secus, id quod nemo sapiens dixerit, sed restrictam, & quidem ad certum salutis conferendæ ordinem restrictam, quem Christus Ecclesiæ Caput Rectorque supremus (*x*) instituit, quæ limitata potestas itidem & successoribus Petri competit. Claves enim in doctrinæ divinioris, quæ ad salutem viam adaperit, & illâ, quâ & portæ cœlorum reserantur, verbi divini, quo de statu suo spirituali quivis intus edocetur, dispensatione, omnibus Ecclesiæ Doctoribus competente, consistere, quivis videt. ה Hinc, quod de ligandi & solvendi potestate additur, in alio loco & reliquis Apostolis applicatur. (*y*) Nec est, quod pro primatu Petri urgeas, quòd ter ipsi Christus dixerit: PASCE AGNOS, PASCE OVES MEAS. Quem enim tertiâ vice Petrus abnegaverat, ab eo tertium quoque repetitâ voce ad ministerium Apostolicum idem ut revocaretur, congruum erat. (*z*) At verò omnibus ex æquo idem munus erat collatum, uti dicta, quæ infra ponimus, demonstrant. (*aa*) Ex quo conspicitur, quid causæ sit, cur Romanæ Ecclesiæ assectis, qui primatum quendam & hierarchiam Petro hîc concessam fingunt, (*bb*) accedere jam haud valeamus.

(*a*) Luc. 22, 24. 25.
(*b*) Matth. 16, 18. 19.
(*c*) 1. Cor. 3, 11.
(*d*) 1. Cor. 10, 4.

(*e*) Eph.

Digitized by Google

(e) Eph. 2, 20.
(f) 1. Petr. 2, 4. 6. 7.
(g) Hebr. 6, 1.
(h) Matth. 7, 24. 25.
(i) Vide poſt infinitos alios ex Romanenſibus NAT. ALEX. Hiſt. Eccl. T. III. Sec. I. diſſ. 4. §. 3. f. 98. ſqq. ex Proteſtantibus verò Jo. FORBESIUM inſtruct. Hiſt. Theol. L. XV. C. 4. ſqq. f. 739. ſqq. & vel maximè Jo. GERHARDUM noſtratem in confeſſione catholicâ L. 1. P. 2. C. 2. f. 106. ſqq. L. 2. art. 3. C. 2. ſqq.
(k) Luc. 22, 24. 25.
(l) 2. Cor. 11, 5. 12, 11. Gal. 2, 6. 9.
(m) Matth. 16, 23.
(n) Joh. 13, 24.
(o) Matth. 26, 69. ſqq.
(p) Joh. 21, 21. 22.
(q) Act. 15, 19.
(r) Gal. 2, 9. At verò voce Κηφᾶς non Petrum hîc ſed unum ex LXX. diſcipulis indigitari poſt veteres quosdam ſtatuit Jo. HARDUINUS in diſſ. pec. quæ operum ſelectorum, quæ Amſtelodami A. 1708. prodiere, f. 490. ſqq. exſtat, ſequente Abbate quodam anonymo dans les memoires de Trevoux 1732. p. 1621. ſqq. ſomnium hoc refutavere JAC. BOILEAU pec. diſſertatione uti videre eſt in Journal literaire T. I. p. 476. 477. SAL. DEYLINGIUS in obſervat. ſacris P. 2. Obſ. 45. p. 397. ſqq. & WEISMANNUS noſtrâs in diſſ. de uſu & abuſu cenſuræ Petri Paulinæ p. 5. ſqq. Iſta verò traditio planè inepta eſt, quâ veteres quidam Cepham iſtum à Paulo reprehenſum Martialem fuiſſe exiſtimârunt. Vide TH. ITTIGII diſſ. de Patr. Apoſtol. §. 28. p. 74. Adde SAM. BASNAGII Annales Politico-Eccleſiaſticos T. 1. ad. A. C. 50. §. 9. f. 594. 595.
(s) Gal. 2, 11. ſqq. Notandum tamen, diſſenſiſſe hîc inter ſe HIERONYMUM & AUGUSTINUM, quorum Paulum ille ſimulatione ſaltem rebus adhibitâ, hîc reverâ reprehendiſſe putavit. Retractavit verò ſententiam L. 1. dial. adv. Pelagianos. C. 8. HIERONYMUS. Vide NATAL. ALEX. Hiſt. Eccl. T. III. Sec. I. Diſſ. 11. f. 134. ſqq. & SAM. BASNAGII Annales Polit. Eccl. ad A. C. 50. §. 14. 15. f. 596. 597. ubi & PETRUM DE MARCA hic refutat, & ITTIGII hiſt. eccl. ſec. I. p. 230. 231. Adde omnino Act. 11, 2. 3.

Digitized by Google

(t) 1. Petr. 5, 1. Aſt ex modeſtiâ συμπρεσβύτερον ſe Petrus appellavit, ut patet. Vide tamen H. DODWELLI paræneſin ad exteros de nupero ſchiſmate Anglicano §. 7. p. 19.

(u) Apoc. 21, 14. Eph. 2, 20.

(x) Eph. 1, 22. 4, 15. 5, 23. Coloſſ. 1, 18.

(y) Matth. 18, 18.

(z) Joh. 21, 15. 16. 17. Adde SAM. BASNAGII annales Polit. Eccl. T. I. ad A. C. 33. §. 157. f. 415. 416. ubi veterum Patrum teſtimonia, è quibus obſervationem iſtam deſumſimus, congeruntur.

(aa) Matth. 4, 19. 10, 1. ſqq. 28, 19. Joh. 20, 21. ſqq. Act. 9, 15. 15, 7. ſqq.

(bb) Et hîc quidem jam luculenta nobis porta pateret ad argumentum de primatu Petri Pontificisque Romani enarrandum. Aſt id quidem, jam hîc ſeponimus, cùm, in campum tàm prolixum ut abeamus, inſtituti noſtri brevitas haud permittat. Sufficiat nobis, ex ſacris literis poſitiones heic deduxiſſe, omni exceptione majores. Jam verò inde ab antiquiſſimis temporibus inter Eccleſiam Græcam & latinam de primatu Pontificis Romani diſceptatum fuit. Eminent hîc inter Græcos NILUS & BARLAAMUS, inter latinos JO. MATTHÆUS CARYOPHILUS. Et inter Gallos priore ſeculo de primatu Petri & Pauli diſceptatum fuit, in quâ pugnâ vel maximè ANT. ARNALDUS innotuit. Taceo Bibliothecam Pontificiam maximam tomis XXI. conſtantem & quæ nonniſi ejusmodi Autores, qui pro Pontificis Romani primatu & auctoritate ſcripſere, complectitur, à JO. THOMA ROCABERTI, Archiepiſcopo Valentino Hiſpano Romæ editam, taceo Autores Romanenſes, qui ſtrenuos hîc ſe Athletas præbuere nec inter ſemet ipſos ſatis conſentiunt JAC. LATOMUM, REGINALDUM, ONUFRIUM PANVINIUM, Cardinales BELLARMINUM, SFONDRATUM, qui ſub nomine EUGENII LOMBARDI latuit, & DE AGUIRRE, DION. PETAVIUM, ANTONIOS CAPELLUM & VAYRAM, PAUL. SARPIUM, IS. HABERTUM, CHRIST. LUPUM, FRANC. D' ENGHIEN, LAUNOJUM, SIRMONDUM, DE MARCA, PUTEANUM, RICHERIUM, VALESIUM, MAIMBURGIUM, THOMASSINUM, BACCHINIUM, DU PINeosque omnes, qui de Eccleſiis ſuburbicariis Romano Pontifici ſubjectis deque ſenſu Can. VI. Nicæni itemque de libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ ſcripſere, taceo denique Scriptores Proteſtantes, hoc argumentum qui excuſſerunt, SIM. SCHARDIUM & MELCH. GOLDASTUM, HAIMENSFELDIUM, qui

qui ambo Scriptorum, qui pro Imperio contra sacerdotium scripsere, collectiones amplissimas dederunt, ex Gallis SALMASIUM, BLONDELLUM, ALIXIUM, LARROQUANUM, BASNAGIUM, SPANHEMIUM, & inter Anglos, JACOBUM, Magnæ Britanniæ Regem, USSERIUM, BARNESIUM, BRERewoodum, STILLINGFLEETUM & BULLUM, queis & M. A. DE DOMINIS addimus, denique ex nostris FLACIUM, GERHARDUM, MEISNERUM, CALIXTUM, PUFENDORFIUM aliosque ferè innumeros. Ast quid Autores hanc in rem colligimus, quorum indicem dudum dedere CASP. SAGITTARIUS in Introduct. ad Hist. Eccl. C. 27. p. 713. sqq. & Jo. ANDR. SCHMIDIUS Theologus Helmstadiensis celeberrimus in suppl. p. 634. sqq. Id tamen ὡς ἐν παροδῷ monemus, Petro, quem Apostolorum principem veteres subindè nominare videmus, primatum ordinis, non jurisdictionis à Protestantibus, facile concedi, cum inter duodecim Apostolos unus tandem primus esse debeat omnesque primi esse haud possint, etsi haud sine ratione hîc dissideat HENR. DODWELLUS, qui in paræneſi ad exteros de nupero schismate Anglicano in Apostolorum Collegio primum locum Domini Cognatos habuisse asseruit Ecclesiæque Hierosolymitanæ primatum vindicavit §. 7. sqq. p. 15. sqq. ubi tamen velim conferas ea, quæ celeberr. BUDDEUS in exercitatione de origine & potestate Episcoporum, §. 17. sqq. adversus DODWELLUM posuit.

CAPUT II.

DE

JURE ECCLESIASTICO AB APOSTOLIS SIVE CONDITO SIVE OBSERVATO.

ARTICULUS PRIMUS.

Qui ad Jus ecclesiasticum, quod ab Apostolis post ascensionem Christi conditum observatumque fuit, è scriptis Novi Testamenti canonicis (a) ennarrandum jam progredimur, paucis memoramus, Apostolos, etsi sæpius in unum cum suis

Digitized by Google

convenirent, (*b*) id quod & Christus ipse factitaverat, ab initio tamen sese à sacris Judaicis haud statim separasse sed potius iisdem plurimùm adhùc se accommodasse, (*c*) utpote quibus non tam propositum erat, peculiarem sibi sectam formare quam fidem in Christum hominibus ingerere. Itaque & in templo (*d*) & in synagogis (*e*) frequentes sese sistebant, donec vel totæ ad ipsos Synagogæ transirent, (*f*) vel è Synagogis ipsi expellerentur, (*g*) vel tandem Respublica Judaica evanesceret, atque ex frequentioribus conventibus privatis denique peculiares atque ordinarii cœtus formarentur. (*h*)

(*a*) Hæc non sine ratione addimus. Scilicet haud negaverit quisquam, multa ab Apostolis ordinata & constituta fuisse, quæ in libris Novi Testamenti haud inveniuntur. Ast cum hi soli puras nobis heic aquas puros fontes præbeant canonesque illi Apostolici, qui vocantur, & constitutiones Apostolicæ Apostolos Autores haud habeant, etsi subinde ea contineant, quæ è disciplinâ Apostolicâ deduci possunt, atque ob antiquitatem suam haudquaquam temni debeant, denique &, cum apocryphorum & pseudepigraphorum scriptorum spectra in lucem hanc nostram producere haud aveamus ex solis illis novi fœderis libris bonâ cũm lectoris pace jam sapiemus.

(*b*) Vide Act. 1, 14. 2, 1. 4, 24. 15, 25. & alia passim loca.

(*c*) Id quod vel ex Act. 3, 1. & ex praxi maximè Paulinâ patet Act. 16, 3. 18, 18. 21. 21, 20. sqq. 22, 17. quæ & Ecclesiæ Hierosolymitanæ primæ illius, hanc in rem statuta nobis sistit.

(*d*) Vide Act. 2, 46. 3, 1. sqq. Quin & docebant Apostoli Petrus & Johannes in porticu Salomonis Act. 3, 11. sqq. 5, 12. Adde Act. 4, 1. 5, 20. 21. 25. 42. 21, 26. sqq. ubi & memoratur, Paulum è templo ejectum fuisse, quod sanè & Petro atque Johanni contigerat Act. 4, 3.

(*e*) Vide Act. 9, 22. 13, 5. 14, 42. 43. 14, 1. 17, 1. 2. 10. 17. 18, 1. 7. 19. 26. 19, 8. 22, 19. 24, 12. 26, 11. Addi potest Act. 16, 13. 16. coll. Luc. 6, 12. ubi nota, vocem προσευχὴ Oratorium sive Synagogam indigitare, quæ sanè *proseucha* Juvenali, Philoni, Josepho, Hebræis בית תפילה *domus orationis*, id quod idem est, ac בית הכנסת *domus congregationis* vel *synagoga*, uti videre est apud VITRINGAM in Archisynagogo sive observat. sacris C. 13. p. 250. sqq.

&

Digitized by Google

& de syn. vetere L. 1. P. 1. C. 4. p. 111. sqq. ut Autores alios, qui de proseuchis egere & à celeberr. FABRICIO in Bibliogr. antiq. C. 9. §. 11. p. 288. 289. nominantur, taceamus. Nec fieri sanè poterat aliter, cùm hæc commodissima ad plantandam Ecclesiam via Apostolis pateret, introire Synagogas ibique Evangelium de Jesu Christo hominibus annunciare.

(*f*) Illustre heic nobis exemplum præbent Synagoga Crispi alteraque Sosthenis, duorum Archisynagogorum ad Christum conversorum Act. 18, 8. 17. Quin & suâ sponte Apostoli Synagogas deserebant, ubi patulæ ipsis aures haud præbebantur, secedebantque subinde in *scholas* sive בתי מדרשות, uti videre est ex Act. 19, 9. Inspice VITRINGAM de synagoga vetere L. 1. P. 1. C. 6. p. 156.

(*g*) Ita enim in notâ (*d*) ostendimus, Apostolos templo exactos fuisse. Quidni & synagogis? Ita certè prædixit Christus Joh. 16, 2. Quod ipsum si aliter quoque haberet, tamen contigisse id vel ex eo quoque probabile foret, quod maximis persecutionibus à Judæis iidem fuere impetiti quæ in actis Apostolorum passim memorantur. Præcipua fuit illa Saulina qua Ecclesia Hierosolymitana plurimùm dispersa fuit. Act. 8, 1.

(*b*) Jam pertinent hùc ea, quæ notâ (*b*) dicere cœpimus. Scilicet, quamvis templum adhùc, quamvis Synagogas frequentarent Apostoli omnesque ii, qui Christo sese ex ipsorum doctrinâ addixerant, quamvis & ii in templo & synagogis docerent, tamen peculiares etiam conventus agebant. Erant enim jugiter κατ' οἶκον τὸν ἄρτον *frangebantque* privatim *panem* Act. 2, 42. 1. Cor. 10, 16. 11, 2. Ejusmodi verò cœtus peculiares agitatos à Christianis sub initium statim fuisse & ipsa res clamat postulatque ut credamus & exempla luculenta ostendunt, passim in libris Novi Testamenti occurrentia, ubi cœtus isti ἐκκλησίαι & συναγωγαὶ Jac. 2, 2. & ἐπισυναγωγαὶ Ebr. 10, 25. nuncupantur. Jam enim sensim sensimque à Judæis sic secessio facta fuit.

ARTICULUS SECUNDUS.

In cœtibus jam illis (*a*), quos ex iis, qui fidei Christianæ accedebant, conflarunt Apostoli, quis rerum ordo obtinuerit, haud difficile est, edisserere. Scilicet doctorum hic munere Apostoli fungebantur (*b*) verbumque annunciabant, baptismoque adhibito cre-

Digitized by Google

credentes cœtui adjiciebant, (*c*) additâ quoque manuum impoſitione, (*d*) quos ritus externos à Chriſto haud ex æquo præceptos (*e*) miraculoſorum χαρισμάτων in credentes ſequebatur effuſio. Cùm tamen ii ſoli plantationi Eccleſiæ haud ſufficerent, ſocios ſibi adjunxere, qui itidem annunciationi verbi & miniſterio prædicationis vacarent, qui & ſub σύνεργῶν (*f*) & εὐαγγελιςῶν (*g*) & διακόνων (*h*) nomine in libris Novi Teſtamenti veniunt. Peculiare verò quid in Eccleſiâ Hieroſolymitana hoc exſtitit, quod, introductâ bonorum communione, ſeptem œconomi ab Apoſtolis & toto cœtu electi manibus impoſitis ad munus hoc admiſſi fuere. (*i*) Poſtea verò contigit, ut Apoſtolorum miniſterio Presbyteri ſingulis Eccleſiis præficerentur (*k*), qui & dicuntur ἡγούμενοι *antiſtites* (*l*) & ἐπίσκοποι, *inſpectores* (*m*) & ἄγγελοι (*n*), qui cœtui præerant & docendo & dirigendo. (*o*) In omni enim ſocietate directio quædam & ordo ut obtineat, rei ipſius requirit neceſſitas. Ordo verò hic & hæc directio in Eccleſia iſtâ primitivâ ſine ullâ dirigentium ſupereminentiâ magiſtrali, ſine ullo dominio, (*p*) ſine etiam pœnis (ſpirituales illas miraculoſaſque, quas Apoſtoli extraordinariâ facultate prædiți malis infligebant, excipimus (*q*), omnique tyrannide procul habitâ exercita fuit. Cultus, cui vacabatur, in annunciatione verbi divini, ſimplice illâ, qualis in ſermonibus Apoſtolicis conſpicitur, atque in nullam artis formam fuſâ, in precibus, (*r*) in inſtitutione (*s*), in admonitionibus (*t*), in reprehenſionibus, (*u*) in lectionibus, (*x*) in cantionibus, (*y*) in cœna ſanctiore (*z*) & agapis (*aa*) quæ omnia oſculo ſancto, communionis indice claudebantur (*bb*) conſtitit, ita tamen, ut in coitionibus illis non ſoli loquerentur Apoſtoli vel Presbyteri aut Hegumeni ſed omnes, pro ſuo quisque chariſmate, in egregium publicum ſua proferrent, id quod ut ordine contingeret, Apoſtoli datis conſtitutionibus caverunt. (*cc*) Quanta hinc in Eccleſiam manaverit ædificatio, facile conſtare poteſt, ædificatione ſingulorum in ædificationem univerſorum ſic tranſeunte. (*dd*) Jam & iſta chariſmata, de quibus verba facimus, vel extraordinaria vel ordinaria fuere. Extraordinaria ſunt vel maximè donum prophetiæ,

(*ee*)

Digitized by Google

(*ee*) donum miraculorum (*ff*), donum linguarum (*gg*). Ordinaria vel ad doctrinæ ministerium vel ad disciplinæ vigorem conservandum (*hh*) spectavere. Ad illud pertinet cognitio (*ii*) & παῤῥησία sive eloquentia spiritualis. (*kk*) Ad hoc dijudicatio spirituum (*ll*) prudentiaque, quâ ut inspector Ecclesiæ heic fulgeat, convenit. (*mm*) Disciplina ecclesiastica vi verbi maximè administrata fuit, utpote quo tanquam excellentissimo præstantissimoque medio animos peccantium, quicunque spiritu sanctiore agimur, vertimus. At verò diversimodè illa & ab Apostolis & ab antistitibus Ecclesiarum & à fidelibus quibuscunque exercita & observata fuit. Apostoli quippe pœnis miraculosis, (*nn*) potestate hâc à Domino instructi, peccatores affligebant dirisque ipsos & Satanæ, anathemate subinde adjecto, devovebant. (*oo*) Antistites, separatione ab iis, qui criminibus suis cœtum sacrum vastaverant, factâ (*pp*), quam tamen reprehensio publica antecedere debuit, (*qq*) communionis suæ beneficio, nullâ pœnâ adjectâ, eosdem privabant. Denique reliqui fideles ab omni hominum ejusmodi conversatione pede retracto dissensum suum quo ab iis commissa peccata abominarentur, testari, ex Apostolico mandato necessum habebant. (*rr*) In electione, constitutione & ordinatione Presbyterorum mox à solis Apostolis aut eorum συνεργοῖς (*ss*), mox cum consensu totius cœtûs (*tt*) res acta fuit, manibus impositis, quam impositionem ab Apostolis vel συνεργοῖς atque πρεσβυτέροις factam prima sub tempora miraculosa Spiritus sancti χαρίσματα insecuta fuere. (*uu*) Scilicet Apostoli Ecclesias hîc præcipuâ quâdam autoritate dirigebant utpote excellentissimis fulgentes χαρίσμασι (hæcce enim vel maximè hîc in censum veniunt) & primâ heic à Christo potestate donati, (*xx*) nec minus in reliquis Ecclesiis dirigendis præcipuum quid Hierosolymitana illa prima habuit, utpote ex quâ processere illi, qui cæteras omnes plantavere. (*yy*) In rebus dubiis Apostoli totum cœtum in partes vocavisse nihilque ex absoluta quadam potestate egisse conspiciuntur, (*zz*) quorum exemplum sanè & Presbyteros secutos fuisse nullum dubium est. Confœderatio Ecclesiæ, cui totus re-

Digitized by Google

rum ordo innititur, quæ & ſecundum generaliſſima illa Chriſti mandata fieri debuit, ſtatim cum formatione ejus incepit, cùm una ſine altera conſiſtere nequeat. Dierum diſtinctio feſtorumque obſervatio etſi abolita, Eccleſiis conſtitutis, eſſet, hactenus tamen, ut Judæi attraherentur, cum ritibus variis Judaicis & cum eſcarum diſtinctione tantiſper ſed ex libertate Chriſtianâ obſervata fuit. (*aaa*) In ſabbato primâque feriâ conveniſſe Chriſtianos primis illis temporibus, etiam ex fontibus ſacris eluceſcit. (*bbb*) Apoſtolos circa ordinem in Eccleſia ſervandum, (*ccc*) adiaphora, (*ddd*) Eccleſiæ miniſtrorum miniſtrarumque conſtitutionem, (*eee*) matrimonialia (*fff*) aliaque Eccleſiam propius ſpectantia leges condidiſſe voluiſſeque, ut tribunalia Gentilium ſui evitarent atque lites ſuas inter ſe invicem ex pacto deciderent, (*ggg*) conſtat. Gentiles ſenſim ſenſimque ad Eccleſiam admiſſos fuiſſe revelatione divinâ Petro factâ, in Actis Apoſtolicis refertur, quæ & hiſtoriam plantatarum ab Apoſtolis & Viris Apoſtolicis Eccleſiarum nobis pandunt, quarum indicem infra paucis damus. (*hhh*) De ſtipendio Apoſtolis miniſtrisque Eccleſiæ dato, (*iii*) de eleemoſynis in pauperes erogatis, (*kkk*) de Eccleſiarum communione mutuâ (*lll*), de unctione per Presbyteros ægrotis adminiſtratâ (*mmm*), de baptiſmo pro mortuis, (*nnn*) de pædobaptiſmo (*ooo*) non eſt, multa quòd adjiciamus.

(*a*) Scilicet Eccleſiæ illæ, quas ad nutum Chriſti formabant Apoſtoli, erant cœtus ſive ſocietates, in quas coibant, qui fide in Chriſtum Meſſiam erant imbuti, communis ædificationis promovendæ, communium precum fundendarum Dominique, quem colebant, laudandi colendique ergò. Ex quo jam patet, Eccleſiam civilem ſtatum haud eſſe, in quo conſpiciuntur IMPERANTES & PARENTES, qui in Eccleſiâ UT TALES exulant, ubi nonniſi DOCTORES & AUDITORES ſubſellia cnmplent, qui, ſi præcipuum id, cujus ob rationem in cœtum coeunt, converſionem nempe ſuam, ſanctificationem & ſalvationem ſpectent, occultâ vi divinâ reguntur & UNI CHRISTO DOMINO ſubjiciuntur, externam verò Eccleſiæ diſciplinam, externum ordinem, inſtitutâ confœderatione, ex quâ dein conſtitutiones eccleſiaſticæ manant, PER MODUM PACTI & CON-

Digitized by Google

CONVENTIONIS, ſociatâ in unum operâ, componunt. Nulla hîc, ſi origines juris eccleſiaſtici veteris evolvas, ſuperioritas civilis manum rebus affundit, qualis nec eo tempore, ſuperſtitione ubique graſſante poterat, nec tamen & ab Apoſtolis primisque Chriſtianis, etſi ſoli hanc ſocietatem ſuam confœderâſſent, violabatur.

(b) Apoſtolorum prærogativas non eſt, quòd multis enarremus. Adeat, qui voluerit, FRANC. BURMANNUM in Exercit. Acad. P. 2. p. 104. ſqq. FRID. SPANHEMIUM Opp. T. 2. L. 3. Diſſ. 1. 1. f. 289. ſqq. HERM. WITSIUM miſcell. ſacr. T. 1. L. 1. C. 22. de Apoſtolorum in docendo infallibilitate p. 324. ſqq. HENR. DODWELLUM in diſſert. I. in Irenæum & GUIL. CAVEUM in introductione ad vitas Apoſtolorum, quæ & Germanicè verſæ prodiere, ut taceam WALONEM MESSALINUM ſive CL. SALMASIUM in diſſ. I. contra D. Petavium Lojolitam de epiſcopis & Presbyteris C. 4. p. 198. ſqq. eundemque PETAVIUM de Hierarch. Eccl. L. 1. C. 5. ſqq. Opp. T. 4. f. 15. ſqq. ubi verò non ſaltem SALMASIUM ſed & MARCUM ANT. DE DOMINIS & IS. CASAUBONUM iſte refutat, EMAN. A SCHELSTRATE in antiqu. Eccleſiæ illuſtr. T. 2. & denique TH. ITTIGIUM in ſelect. cap. Hiſt. Eccl. Sec. I. C. 7. S. 1. p. 432. ſqq. Scilicet, ut paucis nos explicemus, Apoſtoli erant miſſi à Chriſto ad Eccleſiam Chriſtianam mediante prædicatione, mediante & baptiſmo, plantandam atque erigendam atque hanc in rem χαρίσμασι planè extraordinariis, πνεύματος ſpirituali præſtantiſſimâ, dono linguarum miraculorumque & infallibilitate in docendo, à Domino ad gerendam Eccleſiæ univerſalis curam adminiſtrationemque probè inſtructi. Quisnam Apoſtolos baptizaverit, quærentem ad Act. 9, 12. LIGHTFOOTUM videmus. Reſpondemus, num baptizati fuerint & à quonam baptizati fuerint, NON LIQUERE. Neque enim curamus valde EVODII fragmentum illud, quod NICEPHORUS CALLISTUS, homo fabulis deditus Hiſt. Eccl. L. 2. C. 3. protulit, ubi exſtat, Petrum à Chriſto baptizatum fuiſſe & à Petro dein baptizatum Andream filiosque Zebedæi & ita baptiſmum ad omnes manâſſe. Extracta hæc ſunt ex EVODII illius epiſtolâ quâdam, quæ φῶς Nicephoro dicitur, ipſi BARONIO in app. ad Annales n. 47. & ad A. 71. n. 1. ſuſpecta. Habetur quoque ejusmodi fragmentum ſub Theodoriti nomine περὶ τῦ βαπτίσματος τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ τῆς Θεοτόκυ in appendice Chronici Paſchalis à CAROLO DU FRESNE, Domino DU CANGE editi f. 438. Idem ſub titulo Sophronii Hieroſolymitani ex codice XXXIV.

Digitized by Google

Biblioth. Vindobonenſis PETRUS LAMBECIUS Comment. L. III. f. 52. ſqq. Græcè & Latinè edidit reduxitque in ſcenam Jo. BAPT. COTELERIUS ad Paſtorem Hermæ L. III. §. 44. quem in Patribus Apoſtolicis à Jo. CLERICO denuò editis Vol. I. f. 117. omninò conſuli hîc velim. Quin & cod. CXXVIII. ejusdem Biblioth. Vindob. n. 3. idem fragmentum exſtare CAVEUS monet in diſſ. I. ad Hiſt. lit. ſcriptorum Eccl. titulo *Symeon* n. 2. f. m. 177. 178. Aſt datâ operâ de baptiſmo Apoſtolorum agit Tertullianus de baptiſmo C. 12, ubi itidem NON LIQUERE id, quod in quæſtione eſt, affirmat. Auguſtinus verò epiſt. 108. baptizatos eſſe Apoſtolos non ambigendum eſſe ait, traditione nixus, etſi ne verbum quidem de hoc Scriptura habeat, obſervante FEUARDENTIO apud MASSUETUM in Irenæum, annot. f. 113. b. Num inter Apoſtolos conjugati quoque fuerint, diſquirunt PH. JAC. HARTMANNUS de rebus geſtis Chriſtian. ſub Apoſtolis C. 13. p. 335. ſqq. Jo. ANDR. SCHMIDT in diſſ. de Apoſtolis uxoratis, Jo. FR. MAYERUS in diſſ. de Petri Apoſtoli conjugio & CHR. GOTTLIEB KOCHIUS in ſchediaſmate de conjugio Pauli aliique ſanè permulti, qui vitas Apoſtolorum dedere. Cæterum & hoc addendum eſt, Apoſtolos quoque vocari Barnabam Act. 14, 14. & Andronicum & Juniam Rom. 16, 7. ſenſu, ut patet, ſequiore. Ita enim & ἀπόστολοι ἐκκλησιῶν שלוחי צבורים dantur 2. Cor. 8, 23. uti Epaphroditus Philippenſium erat Apoſtolus. Phil. 2, 25. Vide infra notam (*n*)

(*c*) Id certè mandati à Chriſto, Magiſtro ſuo acceperant, PROSELYTOS AD FIDEM CHRISTIANAM ut BAPTIZARENT. Matth. 28, 19. Atque id ipſum & executi ſunt. Vide Act. 2, 38. 41. 8, 12. 16. 36. ſqq. ubi notandum, eos, qui ab Apoſtolis baptizati erant, accepiſſe Spiritum ſanctum, id quod tamen de baptizatis à Philippo Evangeliſtâ negatur. Fuit autem collatus baptiſmus *in nomine Jeſu Chriſti ad remiſſionem peccatorum*, præeunte confeſſione fidei in Chriſtum. Act. 8, 36. ſqq. Adde Act. 9, 18. 10, 47. 48. 16, 15. 33. 18, 8. 19, 5. 1. Cor. 1, 15. ſqq. Explicatio baptiſmi myſteriique ſub eo latentis datur Rom. 6, 3. 4. 1. Cor. 12, 13. Gal. 3, 27. Eph. 4, 5. Col. 2, 12. Tit. 3, 5. 6. 1. Pet. 3, 21.

(*d*) Impoſitio manuum facta fuit vel in ordinatione, ut Act. 6, 6. 9, 17. 13, 3. 1. Tim. 4, 14. 5, 22. vel in confirmatione baptizatorum, ubi ſubinde inſecutus hanc ἐπίθεσιν eſt illapſus Spiritus S. qualis in baptiſmo haud apparuerat Act. 8, 17. 19, 6. Hebr. 6, 2. vel in ſanationibus Act. 9, 12. 17. 28, 8. juxta promiſſionem Chriſti Marc. 16, 18.

Digitized by Google

18. Imponebant autem manus tùm Apoſtoli & συνεργοὶ, tùm Presbyteri, imò & diſcipuli, & in ordinatione ad miniſterium. Vide Act. 9, 10. 17. ubi Ananias, diſcipulus, Damaſcenus Saulo manus impoſuiſſe legitur, non ſaltem, ut viſum ipſi reſtitueret, ſed ut Spiritum S. ad miniſterium Apoſtolicum ipſi conferret & impoſuiſſe quidem ipſi manus legitur, antequam iſte baptizaretur. comm. 19. Act. 13, 3. à Prophetis & διδασκάλοις, Simeone Nigro, Lucio Cyrenæo & Manahen Barnabæ & Saulo manus ad alia loca miniſterio apoſtolico curanda impoſitæ itidem dicuntur. 1. Tim. 4, 14. expreſſe ἐπίθεσις χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου memoratur & 1. Tim. 5, 22. ea à Timotheo συνεργῷ fieri ſupponitur. Jam & ex Conſtitut. Apoſtol. L. 8. C. 16. conſtat, Presbyterium cum Epiſcopo hîc concurriſſe, conferendumque hîc venit Concil. Carthag. 4. A. 398. habitum C. 3. quæ loca primus hanc in rem GROTIUS ad 1. Tim. 4, 14. indicavit, qui & ad Matth. 4, 18. conferri meretur addique præſtantiſſimus BOEHMERUS in jure Eccl. antiquo p. 420. & in jure Eccleſiaſtico Proteſtantium P. 1. p. 468. ut taceamus, rem eſſe ἐξαγόμενον, quòd apud Judæos Presbyter Presbyterum ordinaverit. Vide SELDEN. de ſynedr. vet. Ebr. L. 1. C. 14. p. 395. 396. L. 2. C. 7. p. 681. ſqq. MORIN. de Sacr. Ordin. Ex. 7. C. 4. §. 6. ſeqq. f. 113. ſqq. & VITRINGAM. in Archiſyn. p. 426. Quis verò non videt, inficetum admodum eſſe præjudicium illud, quo creditur, per ordinationem ſanctitatem quandam phyſicam & characterem quendam indelebilem ordinando adſpergi, id quod, uti ex eodem illo MORINO Ex. 3. C. 1. 2. f. 25. ſqq. patet, ipſi ſcholaſtici homines rident. Scilicet à Romanenſibus ſtatuitur, in tribus iſtis ſacramentis, quæ ſtatuunt, baptiſmo, confirmatione & ordine (non ſanè & in matrimonio, quod Viri quidam JCtiſſimi neſcio cur ſupponant, niſi quia arcana Papatûs præter neceſſitatem cumulant) characterem indelebilem imprimi. Spectrum eſt hoc prætereaque nihil. Nihil hanc in rem ſacræ literæ habent, nihil vetus Eccleſia, & ſana ratio recalcitrat. Vide definitionem hujus characteris, lector & ridebis. Character indelebilis eſt qualitas abſoluta, diſpoſitiva, configurativa (ſc. cum Chriſto, non tamen unitiva cum eo nec externe nec internè) diſtinctiva, ſubjectatâ in ſolâ animâ & indelebilis, utpote quæ etiam in damnatis in inferno maneat. Addunt Romanenſes in Chriſto nullum ejusmodi characterem fuiſſe. Et quî fuerit, cum juxta DURANDUM is ens rationis ſit? nec eſt, quod ajas, impoſitione manuum factâ & Spiritum S. olim hominibus illapſum eſſe & ſana-

Digitized by Google

tiones contigiſſe, cùm quivis videat χαρίσματα hæc fuiſſe Apoſtolis Virisque Apoſtolicis ad Eccleſiam plantandam ſingulariter collata Marc. 16, 18. non ſanè eo fine, in characterem indelebilem imprimerent, ab hodiernis etiam manuum impoſitoribus planè aliena. Quod reſtat, ritus impoſitionis manuum à Moſe repetendus venit. Vide Num. 27, 18. 20. ubi exſtat: *Et dixit Dominus ad Moſen: Sume Joſuam, filium Nun, virum, in quo eſt ſpiritus, & impone ipſi manum tuam* ונתתה מהודך עליו *& da de Majeſtate tuâ ſuper illum.* Adde Deut. 34, 9. Quî deinde סמיכת ידים ſive *impoſitio manuum* apud Judæos invaluerit, ex Autoribus ſupra citatis liquere poteſt. A Chriſto in ordinatione Apoſtolorum non adhibitam eam eſſe ibidem obſervavimus addidimusque, nec apud Judæos illam abſolutè neceſſariam habitam & olim fuiſſe, ita ut mirandum ſit, quî contigerit, neceſſitatis ut notio illi à Chriſtianis adſpergeretur, ceſſantibus maximè donis illis miraculoſis, quæ cum ἐπιθέσει χειρῶν olim conjuncta erant. Sed ritum quidem externum, niſi ſuperſtitio illi affundatur ſanctitatisque opinio, ſervari poſſe & rectè ſervari, nemo eſt, qui dubitet. Neceſſarius verò ille vel eapropter haud fuerit, quoniam nec INSUFFLATIO, quâ Chriſtus Apoſtolos ordinavit, neceſſaria eſſe cenſetur. Quin ſi tanta ipſius neceſſitas, tanta efficacia, quanta à Romanenſibus, quanta à Græcis, quanta & ab Anglicanis Theologis, Epiſcopalibus illis, quos vocant, ipſi adſpergitur, foret, haberemus, & ſine dubio hanc in rem Chriſti mandatum quoddam, quod nullum datur, haberemus ACTA ORDINATIONUM VETUSTISSIMARUM & legeremus e. g. manus Matthiæ Apoſtolo Act. 1, 26. & συνεργοῖς Apoſtolorum omnibus impoſitas, quod tamen aliter ſe habet, cùm manus ſaltem curatoribus bonorum Act. 6, 6. Paulo Apoſtolo, cui alterâ vice manus impoſitæ leguntur Act. 9, 17. 13, 3. ubi & Barnabas hoc ritu ornatus fertur, & Timotheo 1. Tim. 4, 1. impoſitæ legantur, etſi ordinariè deîn ritus hîc adminiſtraretur, uti ex 1. Tim. 5, 22. conjicere eſt. Si denique quæras, num & Presbyter validè ordinare poſſit, velim rurſus ut inſpicias MORINUM Ex. 4. C. 3. f. 48. ſqq. Cæterùm ex JCtis, qui Romanenſibus ſententiam illam de charactere indelebili, per matrimonium qui imprimatur, gratis adfingunt, notari velim utrumque STRYKIUM, SAMUELEM de diſſenſu ſponſalitio Sect. 3. §. 18. p. 106. & JO. SAMUELEM de reliquiis ſacramenti in matrimonialibus C. 2. §. 37. p. 73. At verò BELLARMINUS L. 2. de ſacramentis C. 19. hæc habet: *Tria ſolùm ſacramenta imprimunt chara-*

Digitized by Google

characterem, *baptiſmus*, *confirmatio*, *ordo*. Ratio præcipua eſt inviolabilitas. Solus CARPZOVIUS JCtus de charactere ſpirituali heic ſomniare quid deprehenditur, quem verò ſatis Viri clariſſimi depectunt. Aſt hæc ὡς ἐν παιρόδῳ ſaltem adſpergimus.

(*e*) Ita certè impoſito manuum à Chriſto in ordinationibus & confirmationibus haud legitur præcepta. Ex libero inſtituto receptum morem Apoſtolos heic ſecutos eſſe patet.

(*f*) Συνεργοὶ Apoſtolorum, ad quos ſanè & LXX. diſcipulos retulerimus, in Novi Teſtamenti diptychis hi referuntur. Aquila & Priſcilla, Urbanus, Timotheus, Titus, Epaphroditus, Clemens, Jeſus Juſtus, Ariſtarchus, Joannes, Marcus, Philemon, Demas, Lucas, Epaphras. Adjici poſſunt Barnabas, Joſephus Juſtus, Judas Barſabas, Apollo, Silas ſive Sylvanus, Tychicus, Oneſimus, Artemas, Creſcens, Eraſtus, alii. Autores de LXX. diſcipulis qui congeſtos in unum videre voluerit, adeat celeb. J. A. FABRICII Bibliograph. antiqu. C. 13. §. 11. Unicum hoc addimus, quemvis pro ratione chariſmatis ſui Apoſtolis Eccleſiam plantaturis olim ſuam in annunciatione verbi operam affundere potuiſſe. Profectò enim illi, qui ob perſecutionem Saulinam Hieroſolymis exceſſerant, promiſcuè Evangelium prædicabant. Act. 8, 4. 11, 19. 18, 24. ſqq.

(*g*) Ita Philippus, qui & unus erat è ſeptem œconomis Eccleſiæ Hieroſolymitanæ Act. 6, 5. dicitur Evangeliſta Act. 21, 8. Scilicet & curatores illi poterant συνεργοὶ Apoſtolorum eſſe & miniſterio quoque verbi, ſi eo chariſmate fulgerent, ſi & officii rationes id permitterent, linguam affundere, uti id de Stephano notum, qui ſanè & miraculis patrandis operam dabat & maximâ cum ſapientiâ ſpirituque loquebatur Act. 6, 8. ſqq. Jam. & Eph. 4., 11. per Evangeliſtas συνεργοὶ Apoſtolorum indigitantur, ut puto, cum 2. Tim. 4, 5. hoc, quicquid eſt tituli, Timotheo συνεργῷ detur. Adde & hîc FABICIUM loco citato.

(*b*) Conſtat, ipſoſmet Apoſtolos διακόνων titulum ſibimet attribuere, vide loca Rom. 11, 13. 15, 25. 31. 1. Cor. 3, 5. 2. Cor. 3, 6. 4, 1. 6, 4. Eph. 3, 7. Col. 1, 23. 25. 1. Tim. 1, 12. etſi 2. Cor. 11, 23. Paulus ajat, ſibi Diaconatu præſtantius miniſterium concreditum eſſe, Eph. 6, 21. & Col. 4, 7. Tychicus Pauli diaconus hoc eſt συνεργὸς vocatur. Col. 1, 7. Epaphræ nomen διακόνου datur, qui & Philem. 23. 24. συνεργοῖς adſpergitur 1. Theſſ. 3, 2. Timotheus συνεργὸς & διάκονος

Digitized by Google

διάκονος dicitur, quo posteriore titulo & idem ornatur Act 19, 22. 1. Tim. 4, 6. Idem de Marco notamus. 2. Tim, 4, 11. Videri itaque poterat, ac si διάκονος generale saltem nomen foret, quod & Apostolis & συνεργοῖς ipsorum datum olim fuisset. Ast speciale & id subinde est. Jam enim Phil. 1, 1. episcopi à diaconis distinguuntur, quod & vel maximè fit 1. Tim. 3, 8. 12. ubi velim conferas Rom. 12, 7. quo in loco διακονίαι à διδασκαλίᾳ distinguitur. Quin 1. Cor. 12, 5. διαιρέσεις διακονιῶν memorantur. 1. Cor. 16, 15. Stephanas cum suis sese ordinasse dicitur ad διακονίαν sanctis præstandam. 2. Cor. 8, 4. per κοινωνίαν τῆς διακονίας intelligitur stips collatitia vel beneficentia illa, quâ ditiores ex fidelibus cæterorum paupertatem vel indigentiam sublevabant 2. Cor. 9, 1. 12. 13. Onesiphori diaconia 2. Tim. 1, 16. seqq. laudatur, ubi sanè per διακονίαν non munus quoddam singulare sed charitatis Christianæ officium designatur, uti & Ebr. 6, 10. 1. Petr. 4, 10. 11. Archippi διακονία Col. 4, 17. quodnam officium denotet, haud admodùm constat, etsi ministerium verbi in genere hîc intelligi videatur. Philem. 2. Diaconissa quædam Cenchreensis Phœbe memoratur Rom. 16, 1. Jam enim tum Diaconissatum munus erat institutum 1. Tim. 5, 9. sqq. qualis & erat Stephana Corinthia, quam jam laudavimus. Hæc itaque, si secum invicem jam combinemus, patebit, diaconis veteribus sequius Ecclesiæ ministerium fuisse concreditum, quod in rebus cœtûs externis curandis, in curandis ægrotis pauperibusque, ut alia taceamus, constitit. Nescio verò, num ad διακόνους quoque referri queant Johannes ὑπηρέτης Act. 13, 5. & Onesimus ὑπέτης. V. Subscriptio ep. ad Philem. & Philem 13. Jam enim notandum est, non tam superbos olim fuisse Apostolos eorumque συνεργούς, ut à ministerio sequiore manus sibi propter dignitatem, quâ fulgerent, abstrahendas esse putaverint. Vide Matth, 23, 11. Joh. 13, 14. sqq. Cæterum autores de Diaconis agentes recensuit idem clariss. FABRICIUS l. c. §. 14. Nos VITRINGÆ Archisynagogum variis in locis, quæ index præbet, litemque RHENFERDII scripta contra VITRINGAM edita hîc quoque sconuli velimus.

(i) Vide Act. 6, 1. sqq. Res ita se habet. Petrus sermone suo in die Pentecostes habito, cum Spiritus sanctus modo planè luculentissimo ipsum & reliquos Apostolos afflavisset, tria hominum millia converterat tantoque charitatis mutuæ spiritualisque ardore pectora ipsorum perfuderat, ut omnia venderent atque in unum thesaurum publicum coagularent, eo fine, ut pro necessitate uniuscujusque ea deinceps dispen-

Digitized by Google

dispensarentur. Prout autem ejusmodi in institutis subinde fieri solet, ut, initio fervente, tepor quidam progressu temporis accedat, ita & hîc contigit. Jam enim & ab Anania & Sapphirâ dolus commissus fuit, qui pretium ex vendito agro totum Apostolis haud apportaverant, unde & mors θεήλατος ad verbum Apostolorum ipsos corripuit. Successit dein murmur Helleniſtarum sive Judæorum peregrinorum contra Hebræos, cum illi quidem crederent, viduas suas in quotidianâ necessariorum distributione paulisper defraudari. Quo adacti Apostoli, cùm ipsi ministerio distributionis hujus vacare haud possent, queis verbum erat annunciandum, convocatâ discipulorum multitudine dixere: *Non convenit, ut neglecto Dei verbo mensis serviamus*, ubi vox διακονεῖν usurpatur. *Dispicite igitur, fratres, de septem Viris, quorum fides publico testimonio cognita est & nota devotio, spiritus Dei & sapientiæ plenis, quos hoc ad ministerium constituamus. Nos verò precibus & ministerio verbi* (τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου) *semper operam dabimus.* Placuit hæc propositio toti cœtui & elegerunt Stephanum, Virum fidei plenum & Spiritûs sancti, & Philippum & Prochorum & Nicanorem & Timonem & Parmenam & Nicolaum, Proselytum Antiochenum, eosque coram Apostolis stiterunt, qui, fusis precibus, manus ipsis imposuerunt. Atque hæc omnia tàm fusè eapropter enarramus, tùm, ut constet, quæ fuerit in Ecclesiâ primâ Hierosolymitanâ ministros Ecclesiæ eligendi, constituendi & ordinandi ratio, tùm ut dispaleſcat, officium horum septem virorum (quibus tamen planè prohibitum haud erat, verbum prædicare cœtumque cum aliis dirigere, uti id de Stephano, uti id de Philippo constat,) id nempe, quod heic loci ipsis collatum fuit, nonnisi administrationem & dispensationem bonorum Ecclesiæ Hierosolymitanæ in unam eamque communem massam fusorum spectâsse. Scilicet patet, id, utpote peculiarem ob causam excogitatum, haud perpetuum nec commune cum aliis Ecclesiis, ubi communio bonorum haud obtinuit, fuisse. Ex quo constat, eos quidem cum גבאי תמחוי, collectoribus catini vel ciborum Judaicis eleemosynariisque rectè hactenus à Jac. Rhenferdio in diss. 2. de decem otiosis Synagogæ comparari, nisi hoc muneris iste perpetuum faceret p. 146. sqq. maleque Grotium ad Act. 6, 3. (qui tamen ab A. Riveto in Grot. discuss. διαλ. sect. 14. §. 1. Opp. T. 3. f. 1200. eapropter notatur,) & Hammondum, quem idem Rhenferdius depexuit, ipse tamen ob œconomos hosce cum diaconis Paulinis con-

 fusos

fusos notandus, cum Azanitis Judaicis eosdem conferre. Jam, si διακονίαν illis adscripseris, eodem jure id facies, quo Apostolatum διακονίαν appellitare poteris. Alii verò planè sunt διάκονοι illi Phil. 1, 1. & 1. Tim. 3, 8. sqq. id quod contra JAC. RHENFERDIUM, qui & diaconos Paulinos Eleemosynarios fuisse putat, notari velim. Vide CASP. ZIEGLERUM de diaconis & diaconissis C. III. §. 16. & CAMP. VITRINGAM Virum planè eruditum de Synagogâ vetere L. 3. P. 2. C. 5. p. 920. sqq. Quod restat, conjecturam summi Viri, J. H. BOEHMERI, qui existimat, septemviros hosce primos Ecclesiæ Hierosolymitanæ Presbyteros fuisse, nostram nondum facimus, eapropter, quod MAGIS LIQUET, officium hoc fuisse extraordinarium quàm ordinarium, quod Septemviri hi gessere, ut taceamus, Presbyterorum præcipuum fuisse, τῇ διακονίᾳ τὺ λόγυ linguam affundere 1. Tim. 5, 17. ubi tamen rursus Virum clarissimum dissentientem videmus. Nec tamen negamus, septemviros hosce, ubi presbyteratus ab Apostolis in Hierosolymitanâ Ecclesiâ fuit constitutus, ad hoc officium evehi potuisse, maximè cùm & presbyteri curam pauperum olim gesserint. Act. 11, 29. 30. Sed confer ipsum Virum doctissimum in Jure ecclesiastico antiquo diss. VI. de differentiâ inter ordinem ecclesiasticum & plebem seu inter clericos & laicos §. 20. sqq. p. 349. sqq. sententiam suam latius enarrantem.

(k) Certè in Hierosolymitanâ Ecclesiâ fuere Presbyteri. Prima eorum mentio occurrit Act. 11, 30. Adde Act. 15, 2. 4. 6. 22. 23. 16, 4. 21, 18. ubi sanè Apostoli & Presbyteri tanquam antistites Ecclesiæ hujus referuntur. Quin & aliis Ecclesiis Presbyteros Apostoli eorumque συνεργοὶ præposuere. Paulum certè & Barnabam in Ecclesia Derbensi, Lystrensi, Iconiensi & Antiochenâ id feciisse constat. Vide Act. 14, 23. Ita & Presbyteri Ephesini memorantur Act. 20, 17. Denique presbyteri ubique jam instituti supponuntur 1. Tim. 5, 17. Jac. 5, 14. 1. Petr. 5, 1. tanquam ii, quorum munus Ecclesiis valdè sit necessarium Tit. 1, 5. Presbyteris tùm verbi annunciationem & ministerium ad hunc cœtum singularem maximè relatum, tùm Ecclesiæ directionem competiisse ex variis documentis constat. Et prius quidem. Neque enim profectò Presbyteri illi Act. 14, 23. constituti nudæ directioni Ecclesiarum, nullis doctoribus fulgentium, præpositi fuere, quos sanè & doctores & antistites simul fuisse, non est, quòd dubites. Presbyteros verò Ephesinos verbi quoque ministerio vacâsse ex eo patet, quòd doctores iis Paulus ad latus non ponit

Digitized by Google

nit sed & episcopos eos vocat, qui debent esse διδακτοὶ, atque etiam ipsis commendat, ut lupos à grege abigant, id quod sine διδασκαλίᾳ fieri nequit. Act. 20, 17. 28. sqq. 1. Tim. 3, 2. Tit. 1, 9. Taceo locum clarissimum 1. Tim. 5, 17. taceo Jac. 5, 14. ubi presbyteros orationis ministerio solenniori vacare videmus, quod cum ministerio verbi aliâs conjungitur Act. 6, 4. taceo denique, Presbyterum & episcopum stylo apostolico unum idemque esse. At verò Episcopo ministerium verbi competere quis negaverit? Vide 1. Tim. 3, 2. Tit. 1, 5. 7. 9. Directionem verò Ecclesiarum (quò & cura pauperum pertinet) Presbyteris adscribendam esse nemo negat, cùm ex omnibus ferè dictis, quæ heic citamus, illa pateat. Hinc dicuntur pascere Ecclesiam Dei Act. 20, 28. 1. Petr. 5, 2. & præesse 1. Tim. 5, 17. Hinc & Apostoli ipsi semet presbyteros vocant 1. Petr. 5, 1. 2. Joh. comm. 1. Quâ verò ratione Presbyteri in munus suum immissi fuerint, nullibi disertè admodum exprimitur. Arbitror, factum id fuisse, uti in septemvirorum Hierosolymitanorum constitutione, ubi ELEGIT COETUS, MANUS IMPOSUERE APOSTOLI. Act. 6, 3. 5. 6. Nec sanè abludit ferè Presbyterorum illorum Derbensium, Lystrensium, Iconiensium & Antiochenorum constitutio Act. 14, 23. En locum: χειροτονήσαντες δὲ αὐτοῖς πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν, προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν, παρέθεντο αὐτοὺς τῷ κυρίῳ, εἰς ὃν πεπιστεύκεισαν. Vide heic I. constitutionem Presbyterorum, II. & quidem CUM PRECIBUS factam, III. & affuso jejunio, additâque IV. PRÆSENTATIONE, quâ non saltem cœtui sed DEO, benedictionis omnis arbitro communibus votis præsentati ii, consecrati & oblati fuere, divino ut ipsos lumine & virtute luculenter imbueret. De constitutione hoc velim notes, lector, eâ heic electionem à plebe factam, ac si Apostoli Presbyterorum eligendorum nomina cuique Ecclesiæ proposuissent & Ecclesiæ per manus porrectas, veluti suffragiorum suorum signa, de nominibus propositis Presbyteros suos ipsæ elegissent, quâ ratione Titus fuit ab Ecclesiis constitutus 2. Cor. 8, 19. non indigitari, quoniam χειροτονία hæc non plebi sed Paulo & Barnabæ adscribitur, quos verò manus ordinandis imposuisse nec saltem easdem extendisse probabile est. Vide Jo. SELDENUM de synedriis Ebræorum L. I. C. 14. L. 2. C. 7. & CAMP. VITRINGAM de Syn. vet. L. 3. P. 1. C. 14. p. 820. 821. Jam enim ordinatio Presbyterorum per impositionem manuum facta esse cognoscitur. 1. Tim. 5, 22. etsi omninò arbitremur, Presbyteros olim & sine impositione manuum constitutos

Digitized by Google

aliquando fuisse, uti & Episcopos, quemadmodum de Apostolis res clara est. Vide PH. JAC. HARTMANNUM de rebus gestis Christianorum sub Apostolis C. 8. p. 124. sqq. Quod restat, paucis repetimus, & Presbyteros facultatem habuisse Presbyteros ordinandi Act. 9, 10. 17. 13, 3. 1. Tim. 4, 14. ubi probè hoc observandum, Timotheum, συνεργὸν Apostolorum à Presbyteris ordinatum heic dici & affuso quidem charismate miraculoso ordinatum. Neque enim verba μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου verterim, *cum manuum impositione, quâ factus es Presbyter*, uti SELDENUM de syn. L. 1. C. 14. p. 395. editionis Francofurtanæ factitare video, neque etiam defenderim JCtissimi BOEHMERI sententiam, qui in jure ecclesiastico antiquo diss. 7. de consessu ordinis ecclesiastici §. 9. p. 403. ita tantisper vertit: *Noli negligere donum, quod in te, & tibi datum est per sapientiam divinam & sese exerit in imponendis Presbyteris manibus*, utpote quæ versio à dictione Græca situque verborum, qui hâc ratione planè contortus foret, plurimùm abhorret. Non igitur errare eos puto, CAMPEGIO VITRINGÆ, elegantissimi judicii Viro qui adhinniunt, qui de Syn. vet. L. 2. C. 12. p. 597. ita habet: *Verba Apostoli sic expono*, quòd Timotheo manus impositæ sint à cœtu Presbyterorum, *quomodo Theodoretus, Chrysostomus & Theophylactus, ut meum nunc judicium est, illa rectè acceperunt. Per quem* Presbyterorum cœtum *tùm intelligo* Paulum Apostolum *conjunctum cum aliis Doctoribus & Rectoribus Ecclesiæ Christianæ, qui Timotheo in publica Presbyterorum & forte totius Ecclesiæ coronâ* manus imposuit *atque hoc modo illum ad dignitatem & opus ministerii ordinavit; quomodo certè non pugnabit sed cum hoc loco amicissimè conciliari poterit, quod Paulus alibi prædicat, se Timotheo manus impossuisse.* 2. *Tim.* 1, 6. Ἀναμιμνήσκω, ait, σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ὅ ἐστιν ἐν σοὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν μου. *Utique enim* pronomen personale ἐγὼ *hîc in eâdem constructione vocum causam notat agentem ac proin τὸ πρεσβυτέριον similiter constructum ad eundem quoque modum exponendum erit.* Hactenus & ex vero quidem celeberrimus VITRINGA, qui & contra CALVINUM aliosque ipsius sequaces egregiè ostendit, Presbyteros laicos, quales in Reformatorum cœtibus conspiciuntur, à Presbyteris Apostolicis dirigentibus plurimùm differre l. c. C. 2. p. 492. sqq. & C. 3. per totum, id quod ante ipsum plurimi jam præstitere, inter quos evolvas velim TH. BILSONUM, Episcopum Wintonienſem in tractatu de perpetuâ Ecclesiæ Christi gubernatione C. 10. & JO. LIGHT-

Digitized by Google

LIGHTFOOTUM in vitâ ***. Adde præſtantiſſ. BOEHMERI Jus eccleſ. ant. diſſ. 6. §. 41. 42. p. 371. ſqq.

(*l*) Vide Act. 15, 22. Hebr. 13, 7. 17. 24. R. Elias in Tisbi: *Nos vocamus* חגמונים Hegmonim *ſummos ſacerdotes, quibus nulli ſunt majores, niſi Cardinales & Papa.* Addatur Abarbenel in Jeſ. 34. f. 54. c. 4.

(*m*) Inſpice Act. 20. ubi, qui comm. 17. Presbyteri dicuntur, comm. 28. dicuntur Epiſcopi, Phil. 1, 1. ubi nomine epiſcoporum eos deſignari videas, qui aliàs Presbyteri adpellantur, id quod & de 1. Tim. 3, 2. & Tit. 1, 5. 7. obſervandum eſt, vel maximè in epiſtolâ Titi, ubi Presbyterorum nomen mox in illud epiſcopi mutatur. Taceo, Paulum in deſcriptione chariſmatum & officiorum eccleſiaſticorum 1. Cor. 12, 28. 29. 30. & Eph. 4, 11. non omiſſurum fuiſſe diſtinctionem inter Epiſcopos & Presbyteros ponere, ſi talis quædam exiſtitiſſet. At verò ſub uno nomine paſtorum & doctorum utrosque comprehendit. Nec eſt, quod ajas, ſolis Epiſcopis ordinationem competere, non Presbyteris, cùm contrarium jam ſatis demonſtraverimus. Itaque certum jam ſit, Presbyteros & Epiſcopos primitùs UNUM IDEMQUE fuiſſe. Certè in libris Novi Teſtamenti nullum veſtigium, nulla vola eſt, quâ ii à ſe invicem diſtinguantur. Nata tamen paulò poſt fuit hæc diſtinctio, vel ipſis Apoſtolis vel viris ſaltem Apoſtolicis eandem ſtabilientibus. Facile quippe contingere poterat, ut Apoſtoli, ubi virum quendam præcipuo quodam chariſmate ornatum Eccleſiæ præpoſuere, cæteris doctoribus, qui ad illum ſanctitatis & experientiæ atque πνευματικίας ſpiritualis gradum nondum pervenerant, præponerent nomenque ἐπισκόπου καὶ ἐξοχὴν ipſi tribuerent, quam conjecturam dudum poſuimus in libello Gallico, qui nuper ſub titulo: *la verité de la religion Proteſtante* prodiit p. 201. notâ (*a*) Sed quæ hanc in rem dicenda ſunt, infra occurrunt. Mirandum itaque eſt, eſſe viros graviſſimos, qui diſtinctionem Epiſcoporum & Presbyterorum divini juris eſſe affirment. Romanenſes omnes atque Eccleſiæ Anglicanæ Theologos rigidiores hanc in ſententiam deſcendere conſtat. Et heic quidem adiri velim ante omnes alios DIONYSIUM PETAVIUM, qui theologicorum dogmatum de eccleſiaſticâ hierarchiâ libros quinque ſcripſit, in quibus potiſſimum de Epiſcopis ac Presbyteris deque eorum differentiâ diſputatur, diſſertationumque eccleſiaſticarum libros duos addidit, ubi hoc argumentum tractat, quæ ipſius opuſcula in T. IV. operis de Theologicis dogmatibus editionis Antuerpianæ ſive Amſtelodamenſis A. 1700. impreſſæ exſtant

Digitized by Google

ſtant. Jam autem doctiſſimus hic Societatis Jeſu Theologus, qui Pariſiis olim floruit, duas dictorum, quæ è libris Novi Teſtamenti Proteſtantes Romanenſibus hic opponunt, enodationes excogitavit. Una eſt hujusmodi, *videri Apoſtolos in Eccleſiis à ſe conſtitutis Clerum ſic inſtituiſſe, ut majores & ad regendam Eccleſiam gubernandamque præpoſitos complures ordinarent Presbyteros eosdem & Epiſcopos, hoc eſt Epiſcopali charactere ac Poteſtate præditos: ut eſſet parata copia Præſidum & Epiſcoporum, quos ad alias, quas deinceps fundarent, Eccleſias adminiſtrandas deſtinare poſſent. Hinc veriſimiliter accidiſſe, ut, ad quas Eccleſias ita ſcripſerit Apoſtolus, duos tantum modò commemorârit ordines, quorum primus ex Epiſcopis conſtiterit, quos promiſcuè Presbyteros & Epiſcopos vocaverit.* Altera enodatio priori adverſa ita habet: *Apoſtolos plerisque in Eccleſiis recens excitatis nondum Epiſcopos, hoc eſt, ordinis primi gubernatores & Paſtores inſtituiſſe ſed ſecundi duntaxat, hoc eſt, Presbyteros ſimplices, qui curationem illam Eccleſiarum capeſſerent & utroque nomine cenſerentur. Hujusmodi ergo in adminiſtrandâ Eccleſiâ communia ſibi cum ſuperiore ordine munia præſtitiſſe, quæ quidem præſenti neceſſitate magis urſerint nec differri longiùs potuerint, cætera, quæ majoris fuiſſent poteſtatis, in Apoſtolorum aut ab iis miſſorum Epiſcoporum adventum interim reſervâſſe. Quod inſtitutum,* addit PETAVIUS, *in longinquis Eccleſiis mediâ in barbarie conſtitutis* à Romanenſibus *etiamnum ſervari, ut apud Sinenſes & Canadenſes aliosque barbaros, in quos Chriſtianæ fidei lux illata parem haud modicis condendis Eccleſiis numerum aggregaverit, quæ omnes à ſimplicibus Presbyteris ſine ullo interim Epiſcopo gubernentur. Talia ſine dubio, prædicantibus Apoſtolis, eſſe potuiſſe rudimenta Chriſtianiſmi. Neque tamen ubique & in omnibus civitatibus Eccleſiarum illum ſtatum conſtitutum fuiſſe, nec ibi, ubi primum adhibitus fuerit, diuturnum nedum perpetuum exſtitiſſe, cùm in alterutrâ inſtituendâ retinendave formâ pro rerum opportunitate proque Chriſtianorum numeroſitate vel paucitate conſilia ſua Apoſtoli moderati fuerint. Nec abſurdam aut incredibilem hanc eſſe conjecturam illud perſuadere, quod in actis Apoſtolorum capite 8. legamus, Samariæ primùm operâ & prædicatione Philippi Diaconi conditam Eccleſiam fuiſſe, cumque nullus ibi adhuc creatus eſſet Epiſcopus, qui baptiſmo initiatos Spiritu S. confirmaret ac manus imponeret, Hieroſolymis ad eos miſſos fuiſſe primarios Epiſcopos, hoc eſt, Apoſtolos, per quos ea, quæ ſunt Epiſcoporum propria, interim adminiſtraventur, dum proprius illis Paſtor & Epiſcopus ordinatus eſſet. Sic ergo Corinthi, Epheſi & in aliis quibusdam civitatibus, ubi nuper ab Apoſtolo Paulo, vel ab Apollo aliisque diſcipulis*

Digitized by Google

discipulis & Apostolis greges acquisiti Christo fuerant, verisimile esse, nullos tantisper primi ordinis Sacerdotes, hoc est, veros, uti nunc censentur, Episcopos attributos esse, sed ex secundo ordine, qui nunc Presbyterorum simplicium dicatur, ac tertio, qui ministros habet, Clerum constitisse, donec summus omnibus præfectus fuerit Ecclesiæ rector & Episcopus, cum id tempestivum visum fuisset. Vide L. IV. de Hier. Eccl. C. 1. §. 4. sqq. f. 126. Ast pulverem heic oculis injici PETAVIOque in excogitandis effugiis sudorem ad talos defluere facile is perspexerit, qui consideraverit, eundem, dum duas hasce enodationes fingit, gryphes equis jungere, cùm simul ista omnia stare nequeant, qui etiam animadverterit, quæcunque hîc à Viro doctissimo dicuntur, gratis & sine ullo literarum sanctiorum testimonio nudam per conjecturam atque ita dici, ut manibus comprehendas, hæc saltem ad hypothesin salvandam conficta fuisse, qui porrò secum recogitaverit, eos, qui ab Apostolis distinguuntur, imò & Presbyteros olim ordinasse manusque imposuisse, id quod jam probatum dedimus, qui denique serió perpenderit, Apostolos episcoporum nomen nunquam sumere sed Presbyteros eodem constanter donare. Nec quod de Philippo dicitur, qui confirmare baptizatos nequiverit, stringit, cùm manifestum sit, de charismate miraculoso Spiritûs sancti infusionem secum vehente, quod baptismum à Philippo administratum secutum haud est nec sanè & hodiè confirmationem, quæ ab Episcopis fit, sequitur, ast verò impositionem manuum ab Apostolis factam, qualis in hodierna confirmatione nulla est, insecutum fuit, hîc quæstionem esse. Neque etiam Angeli septem Ecclesiarum Asiaticarum, qui Apoc. 2. 3. memorantur, in scenam hic produci possunt, cum non appareat, qui probari possit, eos, qui sanè episcopi fuerunt, à Presbyteris disjunctos fuisse. Jam unicum hoc addimus, PETAVIUM libellos illos & CLAUDIO SALMASIO & DAVIDI BLONDELLO opposuisse. Post PETAVIUM nomen suum hic profiteatur Jo. MORINUS de sacris Ecclesiæ ordinationibus (qui liber postremum Amstelodami A. 1695. prodiit) in Exercit. III. ubi de episcopatûs à Presbyteratu distinctione agitur. Jucundum est perlegere, quæ præstantissimus hic Oratorii Presbyter ex amplissimæ eruditionis suæ penu in egregium Publicum effundit. C. I. varias scholasticorum hominum hanc in rem sententias refert, qui vel maximè characterem ordinis indelebilem aduncis nasis suspendunt. C. II. Patrum effata producit, Episcopi & Presbyteri nullam differentiam agnoscentium. C. III. etsi communi Romanensium opi-

Digitized by Google

opinioni videatur accedere & Hieronymum maximè torqueat, ait tamen & quidem contra Concilii Tridentini seſſ. 23. can. 4. definitionem expreſſam id ait, nondum ut *de fide* ab eccleſiâ eſſe definitum, Epiſcopos Jure divino eſſe Presbyteris ſuperiores. Denique & votum ſuum heic ut adjiciat EUSEBIUS RENAUDOTIUS, Vir præſtantiſſimus & ex hodiernis, qui Lutetiæ florent, eruditis præcipuus, utique par eſt. Notum eſt, Hieronymum, Epiſcopum olim Stridonenſem, ut probaret, Epiſcopum & Presbyterum jure divino unum eundemque eſſe, inter alia quoque Eccleſiæ Alexandrinæ veteris exemplum allegâſſe, ubi *à Marco Evangeliſtâ uſque ad Heraclam & Dionyſium Epiſcopos Presbyteri ſemper unum ex ſe electum in excelſiore gradu collocatum Epiſcopum nominaverint.* Vide epiſtolam Hieronymi ad Evangelum (non *Evagrium*, ut vulgo perperam ponitur) Presbyterum, epiſtolarum claſſe VII. ep. 101. olim 85. T. IV. Opp. P. 2. f. 803. editionis, quam Jo. MARTIANÆUS, Monachus Benedictinus è congregatione S. Mauri Lutetiæ A. 1706. edidit, quæ verba & allegat PHIL. MELANCHTHON in Articulorum Smalcaldicorum appendice de poteſtate & primatu Papæ p. 352. Eadem, quæ hîc habet Hieronymus, refert Eutychius, Ægyptius, Patriarcha Orthodoxorum Alexandrinus, in Eccleſiæ ſuæ originibus, quarum ἀποσπασμάτιον Arabice & latinè edidit primùm ac verſione & commentario auxit Jo. SELDENUS Londini A. 1642. integros verò annales in dias luminis auras cum additamentis Seldenianis prodire juſſit Oxonii A. 1658. EDUARDUS POCOCKIUS. Jam verò cùm præcipuum hinc argumentum contra differentiam Epiſcoporum & Presbyterorum deſumi poſſit, Eutychius à Romanenſibus cum Seldeno plurimùm depexus fuit. Conferri poſſunt ABRAHAMI ECCHELLENSIS *Eutychius vindicatus* Romæ A. 1661. editus & Jo. MORINUS in libro citato Ex. VII. C. 7. maximè verò is, quem modò laudavimus, præſtantiſſimus RENAUDOTIUS. Is enim in Hiſtoriâ Patriarcharum Alexandrinorum tùm in præfatione, tùm in Marco p. 7. ſqq. in Eutychium & quem is heic ſequacem habet, Georgium Elmacinum, cujus Hiſtoriam Saracenicam latinè pariter ac Arabicè Lugduni Batavorum A. 1625. edidit TH. ERPENIUS, SELDENUMque itidem & POCOCKIUM graviter invehitur aitque, & Eutychium nullius fidei hominem eſſe, nec ejusmodi farinæ Scriptorem totius Eccleſiæ Orientalis traditioni conſtantiſſimæ opponi poſſe, SELDENUN itidem malè verba Eutychii vertiſſe verſionemque hanc à POCOCKIO, ut famæ ſaltem Seldenianæ conſuleret, malè ſervatam fuiſſe,

Digitized by Google

fuisse, cùm in origine Arabicâ non de ordinatione sed de electione sermo sit, Eutychio & Elmacino alios Scriptores haud adhinnire, Severum aliosque veteres & vel maximè Episcoporum Alexandrinorum catalogum veterem, qui exstet, iisdem contradicere manuum denique impositionem, quam Eutichius narret, non χειροθεσίαν sed χειροτονίαν esse, ut alia taceamus, quæ & ipsa gratis à Viro summo dici videas. Ast ipsemet jugulum suum petit, ubi p. 19. in Juliano Patriarchâ XI. quem sequitur Demetrius, refert, Severum, quem aliâs Eutichio opponit, scribere, *quod nullus ab eo tempore Episcopus Alexandriæ manserit*, ubi & p. 54. in Petro Martyre Patriarcha XVII. ait. Severum scribere, post obitum Theonæ *congregatos fuisse Alexandriæ Sacerdotes & plebem manusque imposuisse super Petrum, filium ejus spiritualem & discipulum Sacerdotem eumque collocasse in solio Patriarchali Alexandrino juxta Theonæ mandatum, anno decimo Diolcletiani Imperatoris.* Scilicet rejicit hîc RENAUDOTIUS distinctionem illam inter χειροθεσίαν & χειροτονίαν verbumque Arabicum priorem illam significare contra ABRAH. ECCHELLENSEM ait, respondetque, locum hunc, pro ut jaceat, sumi non posse, cùm aliâs & probaturus sit, laicos Episcopum ordinâsse, Arabesque sæpius impersonalia verba per pluralem tertiam exprimere. Itaque *imposuerunt illi homini manus* idem esse ac *impositæ sunt illi manus* p. 55. Quin & in Damiano Patriarchâ XXXV. p, 145. hæc ex Severo ponit: *Anno octavo Patriarchatus Damiani Acepbali, cùm apud illos quatuor tantùm Sacerdotes superessent, habitis inter se consiliis seniorem inter se episcopum nomine Aristocham ordinarunt tres reliqui.* Ast de Scriptoribus Romanensibus, qui hoc argumentum excoluere, & quorum antesignanus quoque poni debuerat ROB. BELLARMINUS, hanc in rem utique & ipse consulendus, satis jam dictum esto. Demus & jam è Theologis Anglicanis tres. Chorum ducat HENRICUS HAMMONDUS, qui dissertationibus quatuor Episcopatûs jura ex S. Scripturis & primævâ antiquitate contra BLONDELLI, SALMASII, aliorumque sententiam Londini A. 1651. adstructum ivit, sententiamque hanc suam, quâ utique Episcopos Presbyteris & ordine & dignitate superiores jure divino esse credidit, contra Ministros Londinenses & maximè Jo. OWENUM T. 2. operum ibidem A. 1684. editorum latius defendit. Respondet hic ad Act. 20, 28. Episcopos non solius Ecclesiæ Ephesinæ sed Ecclesiarum proximarum Asiaticarum heic innui. Ad Phil. 1, 1. idem regerit, Episcopos non solius Ecclesiæ Philippensis sed & ad-

 jacentium,

Digitized by Google

jacentium, in quibus omnibus nulli adhucdum Presbyteri exſtiterint, intelligit. Ad 1. Tim. 3, 2. reponit, non mirum eſſe, quod Paulus, qui de epiſcopis & diaconis hîc agat, Presbyterorum mentionem haud injiciat, utpote quorum munus ubivis nondum introductum fuerit. Ubi verò Tit. 1, 5. 7. explicat, ait, Epiſcopos, cùm peculiares Presbyteri nondum fuerint conditi, & Presbyterorum nomine innotuiſſe. Taceo cætera, & ipſa dicis ſaltem gratiâ adjecta. Hammondum pone ſequatur Jo. Pearsonius, Epiſcopus quondam Ceſtrienſis, qui vindicias epiſtolarum S. Ignatii contra Jo. Dallæum ſcripſit, Patribus Apoſtolicis à Jo. Clerico editis etiam adjectas, ubi P. 1. C. 11. & cum Hammondo Blondelli objectionem ex Eutychio petitam cæterasque infringere conatur, atque P. I. C. 1. idem de Epiſcopis argumentum reaſſumit, maximè verò C. 13. rem totam curatè diſcutit. Nec ſanè & malè fecerit, qui ejusdem Opera poſthuma Londini cum adjectâ Dodwelianâ diſſertatione A. 1688. impreſſa hîc quoque conſulerit, ubi idem argumentum inſperſum ſubinde videas. Tertius calculum adjiciat Guil. Beveregius, Epiſcopus poſtremùm Aſaphenſis in codice canonum Eccleſiæ primitivæ illuſtrato, eidem patrum Apoſtolicorum collectioni affuſo C. XI. Minorum gentium Deos ex Anglis haud moramur, ſed potius ad eos ex Proteſtantibus pergimus, qui negavere, jure divino ſtabilitum eſſe inter Epiſcopos Presbyterosque diſcrimen. Agedum, tres ex Reformatis, tres & è noſtris demus. Ex Reformatis nominare convenit Viros ſummos, Claud. Salmasium in libro de primatu Papæ & de fœnore Trapezitico alioque de Epiſcopis & Presbyteris, quem ſub nomine Walonis Messalini ſcripſit, dein Dav. Blondellum in apologiâ pro ſententiâ Hieronymi de epiſcopis & Presbyteris, denique Jo. Dallæum C. 13. de epiſtolis Ignatio adſcriptis, cui adjungas velim Matthæum Larroquanum in obſervationibus ad vindicias Pearſonianas p. 298. ſqq. & Jo. Vorstium, qui de ſedibus epiſcopalibus primariis in vetere Eccleſiâ exercitationem dedit à Th. Crenio denuò editam, ut Marcum Antonium de Dominis, ut Jo. Forbesium, qui argumentum idem cum aliis infinitis tractavere, taceamus. Ex noſtris denique poſt Gerhardum & Dreierum in partes vocandi erunt Jo. Hülsemannus in tractatu de miniſtro conſecrationis & ordinationis Sacerdotalis Lipſiæ 1658. impreſſo, Goth. Voigtius in exercitatione de Presbytero, legitimo ordinationis miniſtro Roſtochii A. 1680. edita & celeberrimus Vir

J. F.

Digitized by Google

J. F. BUDDEUS in Exercitatione de origine & poteſtate Epiſcoporum, ubi HENR. DODWELLI ſententiam ſingularem expendendam ſibi ſumſit, Jenæ A. 1705. cuſâ, ut infinitos itidem alios è noſtris Autores jam ſilentio prætereamus. Sufficiat nobis fontes rerum indicâſſe, ex quibus lector præſtantiſſima quæque haurire poſſit. Adde tamen & laudatiſſimi BOEHMERI Jus eccleſ. ant. diſſ. 7. p. 397. ſqq.

(x) Angelorum Eccleſiæ nulla ferè niſi in Apocalypſi mentio, ubi C. II. & III. ſeptem Eccleſiarum Aſiaticarum, Epheſinæ, Smyrnenſis, Pergamenſis, Thyatirenſis, Sardenſis, Philadelphenſis & Laodicenæ memorari videas, quos Epiſcopos fuiſſe nullum eſt dubium. Probabile autem admodum eſt, in Eccleſiis illis eo tempore, quo Johannes hæc ſcripſit, jam receptam fuiſſe Epiſcoporum ſupra Presbyteros ſupereminentiam, id quod tamen haud determinamus, qui facile videmus, REM PENITVS HAUD LIQVERE. Vide nihilominus JAC. USSERIUM de Epiſcoporum & Metropolitanorum origine p. 6. 7. eosque omnes, qui hierarchiam epiſcopalem defendunt. Quid 1. Cor. 11, 10. per ἀγγέλους indigitetur & num Epiſcopi vel Presbyteri hoc titulo deſignentur, ITIDEM NON LIQUET. Notandum autem, Epiſcopos illos Aſiaticos ἀγγέλους τῶν ἐκκλησιῶν dici ab Ebraicâ φράσει, ubi שליח צבור is olim dictus à Judæis fuiſſe videtur, qui Synagogæ erat præpoſitus resque illius agendas curabat precibusque & lectioni atque inſtitutioni etiam publicæ operam dabat, ſecus ac hodie fit, ubi Judæorum שץ *ſchaz* ſive שליח צבור *Miniſter cœtus* idem eſt cum חזן prælectore vel præcentore *dem Vorſinger*, nec ſanè a שמש ædituo, *dem Meſsner*, ſemper, in ſynagogis quippe minoribus, ubi omnia officia in unum confluunt, diſtinctus. Probè ſcilicet cavendum hîc eſt, ne vel præcentor aut prælector vel etiam ædituus cum Epiſcopo confundatur. Atque ex his, quæ dicimus, de eo, quod LIGHTFOOTUS ad Matth. 4, 23. Opp. T. 2. f. 279. & VITRINGA de ſyn. vet. L. 3. P. 2. C. 3. p. 910. ſqq. habent, ubi hic ἀγγέλους hoſce Aſiaticos cum ἀποστόλοις ἐκκλησιῶν 2. Cor. 8, 23. & Epaphrodito ἀποστόλῳ Philippenſium Phil. 2, 25. egregiè confert, judicari velim. Addendus eſt Jo. BUXTORFIUS in Lexico Rabbinico & Talmudico vocibus חזן, שליח צבור atque שמש, itemque VITRINGÆ Archiſynagogus C. 4. p. 4. ubi ita Vir præſtantiſſimus ſcribit: *Unde omninò judico*, τὸ שליח צבור *ſignificare ſacri cœtûs nuncium* een Kercke Bode *vel* een Kerke dienaer, *quales cuſtodes Eccleſiæ* (een Koſter van de Kerck) *eſſe ſolent in*

conventibus ſacris. Jam verò ſententiam hanc doctiſſimus idem Vir de ſyn. vet. l. c. C. 2. p. 903. ſqq. gratis recantavit novamque illam poſuit, quam & celeberr. BASNAGIUS in Hiſtoire de Juifs T. 6. L. 6. C. IV. §. 10. p. 78. ſuam fecit. Mirum eſt, quam viam hîc ineat Vir doctiſſimus JAC. RHENFERDIUS, qui in diſſ. philol. I. de decem otioſis Synagogæ §. 67. Chaſſanem à Scheliach Zibbur diſtinguit aitque: *uti in noſtris Eccleſiis, ſaltem mediocribus, æditui & prælectores diſtincti ſunt, quorum ille ædem ipſam curat, hic caput Biblicum populo prælegit & cantum moderatur, ita & olim antiquis temporibus* Chaſſan *ædituum agebat, at* Angelus Synagogæ *populo preces præibat.* p. 81. 287. Quæ utique vellem, adductis in medium exemplis Vir doctus ut probaviſſet, etſi nullus dubitem, ita rem ſe prorſus habere. Dolendum autem omninò eſt, veteris Synagogæ, qualis tempore Chriſti Apoſtolorumque exſtitit, diſpoſitionem & ordinem verum nos latere. Certè circa argumentum hoc tenebras quaſſiſſe BUXTORFIUM, GROTIUM, CAPELLUM, LIGHTFOOTUM, PETITUM, BURMANNUM, VITRINGAM, RHENFERDIUM, BASNAGIUM, patet. In plurimis enim, quæ hîc ventilantur, quæſtionibus ad illud NON LIQUET ſubinde ut recurramus, documentorum penuria jubet. Ex modernâ verò ſynagogarum conſtitutione veterem arguere foret imperitum. Hodie רב Doctor, פרנס Præfectus, *der Vogt oder Schulbeiſs*, חזן ſive שץ, præcentor & lector, & שמש ædituus miniſterium totum abſolvunt, quod ipſum neſcio cur in Synagogâ Judaicâ dicere BUXTORFIUS & in Hiſtoriâ Judæorum BASNAGIUS neglexerint. Aſt pergamus.

(a) Vide 1. Theſſ. 5, 12. 1. Tim. 5, 17. Jam ut, quæ hactenus dicta fuere, ſuppleamus, duo adhuc loca nobis producenda ſunt, quæ doctorum antiſtitumque primæ Eccleſiæ Chriſtianæ differentias ob oculos nobis ſiſtere videntur. Et verò eadem jam ſupra p. 9. 10. prodnximus. Addamus, ſi placet, hæc pauca. 1. Cor. 12, 28. ſqq. deſcribuntur magis à Paulo diverſa χαρίσματα quam officia & munera. Etenim in toto hoc capite uti & Rom. 14, 3. ſqq. de priore iſto argumento Apoſtolum agere, viſibile eſt. Quin in primitivâ, purâ illâ, ſola chariſmata viam ad miniſterium verbi atque ἐπισκοπὴν paravere, quam &, qui iſtis fulgebat, appetere poterat 1. Tim. 3, 1. Scilicet quicunque inter auditores olim chariſmate docendi præcipuo pollebat, ad docendum ſtatim, cæteris paribus, & ita, ut turbæ omnes procul haberentur, provolare poterat. Fideles enim promiſcuè

Digitized by Google

miſcuè docuiſſe ex Act. 8, 4. 11, 19. ſqq. 13, 1. 1. Cor. 14, 31. ſqq patet. Vide omninò celeb. BOEHMERI, cui magna omninò lux heic affulſit, Jus eccleſ. ant. diſſ. 6. §. 29. 30. p. 366. ſqq. Sed age explicemus textum, quem præ manibus habemus. Agitur hîc, uti videtur, tùm de officiis, tùm de χαρίσμασι. Officia, quæ Deus in Eccleſiâ conſtituiſſe dicitur, hæc ſunt. I. Apoſtolatus. II. Prophetiæ. III. Inſtitutionis atque doctrinæ. Chariſmata itidem varia recenſentur, in genere χαρίσμα illud patrandi miracula, in ſpecie, ſanationes perficiendi, quale quid & Jac. 5, 14. exſtat, χάρισμα διακονίας & miniſterii, quod voce ἀντίληψις deſignari videas χάρισμα κυβερνήσεως, quo ad dirigendas res aptus quis reddi poſſit, chariſma linguarum variarum, tùm quoad locutionem, tùm quoad interpretationem. Atque hæc jam faciliora & clariora iis ſunt, quæ ſupra poſuimus. Confer tamen hanc in rem dicta à SALMASIO de fœnore trapezitico p. 409. à PETAVIO in diſſ. eccleſ. de Epiſc. dignit. & Jurisd. L. 1. C. 5. §. 3. 4. Opp. T. 4. f. 176. LIGHTFOOTO in horis Hebr. & Talm. in h. l. ubi adde & ipſius vitam * * *. Et VITRINGA de ſynagogâ vetere L. 2. C. 3. p. 505. ſqq. De loco Eph. 4, 11. non habemus, quod amplius moneamus, niſi hoc unicum, ποιμένας idem nobis videre eſſe cum פרנסים, qui ſynagogæ præſunt eamque dirigunt, (& verò פָּרְנָס ποιμένα dicit ἀπὸ τοῦ פָּרְנַס, quod *paſcere* notat,) & διδασκάλους cum רבנים & מורים ſive Rabbinis Synagogarum coincidere. Si ita rem computemus, omnia plana ſunt. Habemus Presbyteros dirigentes, habemus docentes, utrosque ab auditorum grege ſeparatos. Adi VITRINGAM in Archiſyn. C. 1. & de Syn. vet. L. 3. §. 1. C. 2. p. 621. ſqq. Neque enim cum LIGHTFOOTO hîc facimus, qui פתחים cum גבאים Eleemoſynariis confundit, nec cum RHENFERDIO, qui eos ſaltem rei cibariæ præfectos voluit. Totius cœtûs adeoque harum rerum directio ad eos pertinuit.

(p) Hinc ſupra jam oſtendimus, Apoſtolos ſe διακόνους nuncupare h. e. miniſtros. Adde 1. Cor. 4, 1. Verba Pauli ſunt clara: ARMA MILITIÆ NOSTRÆ NON SUNT CARNALIA SED POTENTIA DEO. 2. Cor. 10, 4. Apoſtoli mens eſt, arma, quibus fulgeat, non eſſe infirma, qualia ſunt arma hominum, quorum vis repelli & ſufflaminari aciesque obtundi poſſit, ſed eſſe arma potentiſſima, ſpiritualia ſcilicet, ubi divino ardore res agatur, ubi deſtruantur ὀχυρώματα Satanæ, quæ in animis hominum iſte fabricaverit, ubi deſtruantur ratiocinia illa fidei adverſantia omnisque altitudo, quæ

Digitized by Google

contra cognitionem Christi sese efferat, id quod per confictionem divinam lumenque illud sanctius fit, quod prædicationis ministerio animis infunditur suavique admodum & potentiore quâdam vi, captivato quovis ratiocinio pravo, cujus in locum obsequium, quod Christo præstatur, succedit, mentibus heic sese insinuat. At verò, si potestas quædam civilis & coactiva in Ecclesiâ fuisset à Christo erecta vel stabilita, ARMA HÆC FUISSENT CARNALIA, quod Paulus negat. Scilicet verissimum est. quod Leo Juda in נצח ישראל ponit: כל עניו המשיח אלהי ולא נשמי: *Omne opus Messiæ divinum est, non corporale.* Regnum Christi de hoc mundo non esse, ex ipsiusmet Salvatoris sanctissimo verissimoque ore novimus. Joh. 18, 36. Nec est, quod ajas, in laudato loco Paulum versu 6. 8. addere, se vindictam ab iis, qui haud obsequantur, sumturum esse, juxta eam potestatem, quam Dominus ipsi dederit ad ædificationem, non ad destructionem. Quæ enim Apostolis & PAULO data olim fuit potestas extraordinaria, quam experti fuere Ananias & Sapphira, quam sensit Elymas, quam incestuosus Corinthius, quam Hymenæus & Philetus, ea, cùm miraculosa exstiterit, hodiè evanuit. Quin num dominium quoddam cogendi præditum facultate in Ecclesiâ ab Apostolis erectum fuerit, facilè judicare est ex loco illo classico, qui in 1. Petr. 5, 2. 3. 4. exstat. Verba ita habent, ad Presbyteros Ecclesiarum directa: *Pascite, qui in vobis est, Domini gregem inspectionem habentes, non necessitatis quâdam lege adacti, sed spontaneo motu vestro, non ex lucri cupidine sed lubenti animo, NON UT DOMINANTES CLERIS, sed ita ut typi gregis evadatis, atque ubi manifestatus fuerit primarius pastor, immarcescibilem gloriæ coronam acquiratis.* Certum itaque jam sit, DIRECTORIBUS COETUUM NULLVM DOMINIUM competere. Videndum tamen paulisper est, quid sit illud τῶν κλήρων, κλῆρος in libris N. T. vel sortem vel hæreditatem, vel partem quandam quam quis in ministerio vel beneficio quodam habet, designat. Nulla significatio huc quadrat. Per κλήρους hìc significatur ipsum ποίμνιον. Ratio ab interpretibus adfertur duplex. I. quia populus Israeliticus olim dicebatur κλῆρος sive *patrimonium* aut *hæreditas Dei* Deut. 4, 20. 9, 29. in cujus locum utique nunc Christiana plebs successit. II. quia portiones illæ gregum Episcopis veluti sortitò obtigerunt, ut partes terræ, quæ singulis obvenerunt in possessionem & *sortes* olim vocabantur Judic. 1, 3. III. quia mox per ποίμνιον κλήρου explicantur. Addimus IV. quia expressè ii, qui ad gregem

Digitized by Google

gregem accessere olim, dicuntur προσκληρωθῆναι tanquam per sortem adjecti esse. Act. 17, 4. ex quo & patet, clericos hîc cum grege haud intelligendos, quæ mens est Petri de Marca, Archiep. olim Paris. in diss. de discrimine clericorum & laicorum §. 8. f. 289. editionis Bœhmerianæ. Aliam mentem sibi induit Henricus Dodwellus, cujus inter dissertationes Cyprianicas exstat de voce Cleri sacri ordinis propriâ dissertatio perquam erudita. Dicit autem ille primò §. 5. Nic. Rigaltii sententiam, qui nomine κλήρων plebem duntaxat hîc intelligi velit adeò à vero abludere, ut, si de personis hoc in loco egisset Apostolus, sacrum potius ordinem eo nomine denotâsse eum probabile sit quam vulgus Christianorum. Probè enim notandum esse, quod hæc Petri epistola sit encyclica & scripta non ad Presbyteros vulgares sed qui fuerint Apostolorum συνεργοὶ & συμπρεσβύτεροι, cæteris Presbyteris & clericis præpositi. Observat porrò idem, id, quod prohibeatur ab Apostolo, non esse κυριεύειν DOMINARI, sed κατακυριεύειν JUSTO DOMINO ABUTI. *Erant enim*, inquit Dodwellus, *de jure* κλήρου *κύριοι*, clerorum Domini. Aliâs, si omnis superioritas Presbyteris hisce neganda veniat, negandam & eam Apostolis esse. *At potestatis*, inquit idem, *coercitionisque nullibi manifestiora quam illorum temporum vestigia esse nec ab ullis frequentius exercitæ quam ab ipsis Apostolis.* §. 7. 8. Tandem verò addit Vir acutus: *Ut autem verum fatear,* κλήρων *nomine ego non personas sed hæreditates potius Ecclesiæ dicatas intelligo. Quod illæ quoque non sacris modò Scriptoribus sed optimis etiam castissimisque Græcæ linguæ scriptoribus* κλῆροι *appellentur, frustra foret, si exempla congregem. Primos autem Christianismi proselytos sua vendere solitas atque in communes usus distribuisse, ex Actorum ipsa constat historia. Nec id minus manifestum est, Apostolorum fuisse primum, deinceps Episcoporum illud distribuendorum Ecclesiæ thesaurum officium. Hæc igitur erat* ποιμάνων τὸ ποίμνιον *v.* 2. *dare operam, ne quid illis deesset, qui Ecclesiæ eleemosynis alerentur. Ita enim sequitur;* ἐπισκοποῦντες κλ. Hactenus Dodwellus, qui, cur ad eleemosynas dictum Petrinum restrictum verbumque ποιμαίνειν de solâ bonorum ecclesiasticorum administratione intellectum velit, cur & putet, communionem bonorum & aliis quoque Ecclesiis præter Hierosolymitanam primam olim obtinuisse, non capimus. Nec κλήρων vox ista, uti jam diximus, explicetur. Coacta hæc omnia sunt nullâque veritatis specie fulgent. Scilicet dignitatis episcopalis supereminentia mentem Dodwelli, viri optimi & pientissimi doctissimique itidem sed memoriâ magis & inge-

nio

nio planè vaſtiſſimo quam judicio valentis, cujus & favore, cùm A. 1709. in pago quodam *Scotts-bruck* dicto, ubi habitavit, haud procul Windeſoriâ ad ipſum inviſeremus, luculento gaviſi fuimus, hîc plurimùm vaſtavit. Vide & diſſ. noſtram de articulis fidei fundamentalibus p. 35. Aſt tùm anguis in herbâ latet, ubi DODWELLUS ſomniat, καταχυριέυειν heic de *abuſu* ſaltem *dominii* intelligendum eſſe. Ita enim & illud VOS AUTEM NON SIC ſaltem *abuſui dominationis & ſuperioritatis* à Chriſto oppoſitum dici deberet, cum & in illo loco Matth. 20, 25. Marc. 10, 42. VOX καταχυριέυειν exſtet. Sed benè res habet. Quod in locis illis eſt καταχυριέυειν, Luc. 22, 25. eſt κυριέυειν. Scilicet juxta mandatum Chriſti tam non dominari debeant Apoſtoli, ut potius in miniſtrorum & διακόνων cenſum relati fuerint. Hinc Paulus omne à ſe dominium alienum eſſe ait 2. Cor. 1, 24. οὐχ κυριέυομεν ὑμῶν τῆς πίστεως *non quod dominemur fidei veſtræ.* Neque & à Petro quiquam ferè relinquitur τοῦ ἐπισκοπεῖν, quam ut typi gregum evadant. *Blandiſſimè* quippe *exemplo jubetur*, ubi, *visio vatato*, *veteris ſpecimen* ſumus, quæ Ciceroniana φράσις eſt. Nec eſt, quod ajas, dati tamen in Eccleſiis Apoſtolicis πρεσβῦται vel πρεσβύμενοι Rom. 12, 8. 1. Theſſ. 5, 12. 1. Tim. 3, 24. 5, 17. Nudam enim directionem id, nullam coactionem infert. Id quod & per ſe patet, cum ſub magiſtratu incredulo Eccleſiæ iſtæ exſtiterint, coactionem magiſtralem iſtam haud toleraturo. Hinc & nulla in Eccleſiis illis ſupereminentia fuit, quæ externam quandam & civilem dignitatem conjunctam haberet. Ne Rabbinorum quidem dignitas, ſumi ab Apoſtolis poterat. Matth. 23, 8. Scilicet ſupereminentia ἐξουσία omnis, quæ fingi hîc poteſt, chariſmatum fuit, & ex confœderatione, ex pacto, ex conventione fluxit, & affectato dominio, quod cæteri ferre recuſaverint, illicò expirabat & in aerem difflabatur. Exemplum rei habemus in DIOTREPHE, cujus ſupereminendi, dominandi & excommunicandi pruritus à Johanne atro lapillo notatur & graviter reprehenditur 3. Joh. 9. ubi & Johannes epiſtolam à ſe hanc in rem ſcriptam eſſe memorat, quam temporum injuriâ periiſſe dolemus. Nec porrò quoque eſt, quod objicias; ἡγουμένοις eccleſiæ tamen dominium quoddam competere, exſtare enim Hebr. 13, 17. hunc locum: πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε *Parete ducibus veſtris & ſubjacete.* πείθεσθαι profectò enim nullam coactionem, dominium nullum infert. Vide Act. 5, 36. 37. 40. aliaque loca, quæ paſſim ſe offerunt. Nec τὸ ὑπείκειν in ſenſu tam craſſo & pengui ſumendum venit ſed pro re

ſubſtratâ

ſubſtratâ explicandum eſt. Scilicet reſtrictum eſt τὸ ὑπείκειν & limitatum. Non aliter ἡγουμένοις ὑπείκειν debemus, quam uti conſiliariis bonis ὑπείκομεν, qui nempe conſiliis è prudentia haud vulgari, quâ pollent, manantibus nos juvant. Neque enim credas velim, in Eccleſiâ IMPERANTIUM & PARENTIUM ordinem eſſe. Nonniſi DOCENTIUM & AUDIENTIUM diſcrimen hîc conſpicitur. Eccleſia (ſi ſolidè rem enarrare velimus) eſt ſocietas hominum, qui eapropter in unum coeunt, ut juxta præſcriptum Chriſti Deum laudent, colant, adorent viamque ad futura gaudia comparanda mutuis admonitionibus pietatisque ſtudiis ſibi parent. Ne ſacerdotum quidem & laicorum hic ordo obtinet, uti in Eccleſiâ Judaicâ olim is obtinuit, ubi peculiaris quædam & politica ſanctitas Sacerdotibus adſperſa erat, utpote queis propiorem ad ſe admiſſionem Deus pro iſtorum temporum œconomiâ docendique officium ita conceſſerat concredideratque, *ut labia Sacerdotis doctrinam cuſtodirent.* Mal. 2, 7. In novo verò fœdere, ubi ſepes illa rupta eſt velumque iſtud intergerrimum ceſſat, omnes ſumus Sacerdotes, hoc eſt, omnes æqualem ad Deum admiſſionem per Chriſtum habemus. Aſt ſpiritualis hæc eſt in totum ἱερωσύνη, ἱεράτευμα hoc ἅγιον eſt, quale omnes æquali jure ſumus, qui nempe in ſtatu converſionis verſamur 1. Petr. 2, 9. utpote quos *Chriſtus reges & ſacerdotes Deo Patri ſuo fecit* Apoc. 1, 6. 5, 10. 20, 6. ut *corpora noſtra*, ut animos, offeramus Deo & *ſiſtamus* tanquam *ſacrificium vivum*, *ſanctum*, quod & *placere* ipſi poſſit, ita ut *cultus noſter*, qui cæremoniis ſanè externis, mutato animo, mutatâ mente noſtrâ, ſic non amplius abſolvitur, ſit *rationalis.* Rom. 12, 1. Nec magis ad Sacerdotium hoc doctores Eccleſiæ quam auditores pertinent. Sola diſtinctio eſt, uti jam diximus, diſtinctio chariſmatum graduumque, queis quis in vitâ ſpirituali gaudet, ubi profectò, ſi auditor doctorem virtutibus & converſatione ſanctiore ſuperaverit, majore & heic coram Deo dignitate, penitiore apud ipſum admiſſione, & per conſequens ampliore & præſtantiore Sacerdotii ratione floret. Nec dixeris hic, ita diſcrimen inter doctores & auditores, quod divini juris ſit 1. Cor. 3, 5. 14, 28. Hebr. 13, 17. 24. 1. Theſſ. 5, 12. Act. 20, 28. 1. Petr. 5, 2. Phil. 1, 1. 1. Tim. 3, 5. 15. Eph. 4, 11. ut alia jam loca taceamus, tolli. Etſi enim ea ſit fœderis novi ratio, UT FRATER FRATREM hîc NON DOCEAT, Domino legem animis per Spiritum ſanctiorem inſcribente Jerem. 31, 33. 34. Jeſ. 54, 13, Joh. 6,

Digitized by Google

45. Hebr. 8, 10. 11. 10, 16. 1. Joh. 2, 27. quâ inſcriptione poſitâ ſcilicet nullâ amplius legali increpatione repetitisque ad nauſeam monitis opus eſt, ut virtutem ſectemur, quippe ad quam ipſimet ſponte per ſpiritum ferimur, qui in nobis floret, qui venas noſtras pervadit, qui animum agitat, qui mentem perflat, qui omnes cogitationes ſanctitate præſtantiſſimâ jugiter perfundit, qui ſuavitate & jucundiâ cœleſti, quâ cum Domino unimur, capita noſtra perpetim demulcet, qui nube teſtium, qui idem fidei certamen decertârunt, nos obvolvit, qui denique ſine intermiſſione ſcopum iſtum, qui eſt brabeum ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Jeſu Phil. 3, 14. ob oculos nobis ponit, etſi, inquam, ea ſit novi fœderis ratio, ut legalibus hîc monitis & diſciplina non opus ſit, certe egregii nil efficiatur, ita tamen rei ipſius neceſſitas hominumque infirmitas requirit, ut externâ quoque inſtitutione ii imbuantur & ad internam divinioremque ab iis, qui largiore hanc in rem chariſmate pollent, ita manu quaſi ducantur. Itaque doctores hîc ab auditoribus nonniſi χαρίσμασι & miniſterii obeundi ratione, non ſanè dominii cujusdam aut ſuperioritatis aut ſacerdotii charactere vel facultate diſtinguuntur. Sed mimium, uti apparet, huic notæ dedimus.

(g) Vide Act. 5, 5. 10. 13, 11. 1. Cor. 5, 3. ſqq. 1. Tim. 1, 20. nec velim, ajas, hinc pateſcere & eluceſcere, Apoſtolos autoritate civili quâdam à Chriſto ad regendam Eccleſiam donatos fuiſſe, à minori enim ad majus valere conſequentiam. Jam enim ab extraordinariis χαρίσμασι & punitionibus miraculoſis & θαυμάτων ad ordinariam facultatem, quæ & iis adſcribitur, qui miracula patrare haud valent, conſequentia non valet. Et pace meâ, ejusmodi pœnas infligere licuerit omnibus illis, qui pœnas, mediante miraculo, infligere valent.

(r) Vide Act. 1, 14. 2, 42. 4, 24. ſqq. 6, 4. 6. 12, 5. 1. Cor 14, 13. ſqq. 1. Tim. 2, 1. Jam verò & jejunia cum precibus ſubinde conjungebantur, recepto iſto Judaico more. Act. 13, 2. 3. 14, 23. 1. Cor. 7, 5. 2. Cor. 6, 5. 11, 27. De formulis precum ne vola quidem in libris Novi Teſtamenti exſtat, ſi magnum *Hallel* Matth. 26, 30. ſi *Amen* 1. Cor. 14, 16. ſi orationem dominicam excipias, cujus & in ſcriptis veterum Judæorum luculenta ſunt veſtigia, ita, ut probabile ſit, Chriſtum, quæ in precibus Judaicis egregia invenit, in unam hanc orationem conflâſſe & ad infirmitatem hominum

Digitized by Google

num istis precibus adsuetorum juvandam condescendisse. Vide, quæ ad orationem hanc Jo. Lightfootus & Herm. Witsius, Viri doctissimi adnotavere. De precibus verò, quî in Ecclesiis antiquissimis fuerint actæ, velim inspici Phil. Jac. Hartmannum, cujus de rebus gestis Christianorum sub Apostolis liber Berolini A. 1669. prodiit, novoque indutus pallio sub titulo : *Historia antiquitatum Ecclesiæ Christianæ, à Christo & Apostolorum temporibus concinnata, accurante Philippo Jacobo Sklerandro, Dant. Bor. Prof. Publ. Historiar. Ordin. in Academ. Basileortana, Lipsiæ & Francofurti A.* 1710. in scenam rediit. Hunc C. 17, p. 405. sqq. de religione ratione agendorum confer & eruditam rerum tractationem videbis. Pleniores fontes qui haurire anhelat, adeat clariss. Fabricium in Bibliograph. antiqu. Cap. XI. §. 10. p. 360. 361. ubi scrinia historiæ literariæ hîc adaperit. Idem & Autores de jejunio agentes l. c. §. 31. p. 409. 410. recensuit. Nos in campum hunc jam excurrere non possumus, qui nimis jam in notis hisce luxuriavimus. Pauciſſimis ad ea, quæ Fabricius posuit, addimus, Clarksonii libellum, cui cum Combero de precum formulis lis fuit, ante aliquod tempus Gallicè versum Roterodami prodiisse, & ad Autores de jejuniis veterum Christianorum adjici posse & Jo. Nicolai, Theologum Sorbonicum ex ordine Prædicatorum, qui de jejunii Christiani & Christianæ abstinentiæ vero ac legitimo ritu juxta veterem Ecclesiæ universalis usum Parisiis A. 1675. librum edidit & cum Jo. Launojo controversiæ ferram hanc in rem reciprocavit, uti ex L. Ellies du Pin. Nouv. Bibl. des Auteurs Eccl. T. 18. p. 109. 110. videre est, Pompejum itidem Sarnellium, Episcopum Italum, cujus lettere Ecclesiastiche novem tomis absolutæ Venetiis A. 1716. prodiere, hanc in rem egregia efferre, denique G. Hooperum, Episcopum Anglum Bathonienſem & Wellenſem, Londini A. 1696. eruditum libellum, quo de jejunio agit idque à Judæis derivat, hoc commate inscriptum : *a discourse concerning lent*; in lucem protrusisse.

(*s*) Hoc suâ luce radiat. Inde necessarium erat, Episcopus ut esset διδακτικὸς 1. Tim. 3, 2. Tim. 2, 24. Add. Rom. 12, 7. 1. Tim. 4, 6. 13. 16. 5, 17. Tit. 2, 7.

(*t*) Act. 20, 31. Rom. 15, 14. 1. Cor. 4, 14. Col. 1, 28. 3, 16. 1. Thess. 5, 12. 14. 2. Thess. 3, 15. & alia loca passim.

(*u*) Vide 1. Tim. 5, 20. 2. Tim. 4, 2. 2. Thess. 3, 14. 15.

(*x*) Act. 13, 15. 27. 2. Cor. 1, 13. 1. Tim. 4, 13.

Digitized by Google

(y) 1. Cor. 14, 26. Eph. 5, 19. Col. 3, 16. Jac. 5, 13. Confer, ſi placet & hic HARTMANNUM l. c. p. 408. Autoresque à FABRICIO citatos C. XI. p. 368. ſqq. queis & adde, quæ in nuperâ de Liturgiis veterum diſſertatione hanc in rem poſuimus, ubi omiſimus memorare GUIL. CAVE in Primitivo Chriſtianiſmo P. 1. C. 9. & GOTHOFR. ARNOLDUM in der abbildung der erſten Chriſten L. 2. C. 2. quod agit *von dem ſingen der erſten Chriſten.*

(z) Matth. 26, 26. ſqq. Marc. 14, 22. ſqq. Luc. 22, 19. ſqq. 24, 35. 1. Cor. 11, 23. Ritum hunc ſacrum Salvator tradidit Apoſtolis. Apoſtoli fidelibus Act. 2, 42. 46. 20, 7. 11. 1. Cor. 10, 16. 11, 23. ſqq. Tanta verò ipſi neceſſitas ac baptiſmo affuſa à Chriſto non eſt, ſed dicitur notanter ὁσάκις, *quotiescunque* 1. Corinth. 11, 25. 26.

(aa) Agapæ primæ, quæ memorantur. 1. Cor. 11, 20. ſqq. exſtant. Sunt & qui de agapis agere putent locum 2. Petr. 2, 13. ſed ita, ut ἀγάπαις non ἀπάταις legant. Ita profectò HUGO GROTIUS, HENR. HAMMONDUS & THOMAS SMITH cum aliis ad h. l. Atque ita habet poſt vulgatum, qui convivia vertit Codex Alexandrinus atque Scholiaſtes anonymus in catenâ Collegii Novi Oxonienſis. Probabilem hanc lectionem efficit vox συνευωχούμενοι, quæ & Judæ 12. exſtat, ubi expreſſe dicitur ἐν ταῖς ἀγάπαις. Scilicet, quemadmodum Chriſtus, ubi Euchariſtiam inſtituit, poſtcœnii loco eam habuit, ita & primi Chriſtiani, ut tanquam poſtcœnium eam interſe celebrarent, Agapas ſive convivia communia charitatis communionisque conglutinandæ ergo præmiſere. Non tamen perpetuus hic veteri Eccleſiæ ritus ſed ob perſecutiones, ubi in cœtibus antelucanis cibus ſacer erat capiendus ſubſequente & Chriſtianorum multiplicatione, ſubſequentibus & plurimis abuſibus ſenſim ſenſimque immutatus tandemque abrogatus fuit. Conferri poſſunt præter Autores à CAROLO DU FRESNE D. DU CANGE in gloſſario & à FABRICIO l. c. p. 396. citatos (jam enim Virorum ſummorum theſauros aliquando ex paupertatis noſtræ penu ſupplemus.) CONR. SAM. SCHURZFLEISCHIUS in diſſ. de vetere Agaparum ritu, PHIL. JO. TILEMANNUS dictus SCHENCK, Theologus Marburgenſis, qui appendicem de agapis commentario in epiſtolam Judæ adjunxit, Marburgi 1693. ANTONIUS van DALE in Hiſtoriâ baptiſmorum p. 447. 449. 451. ſqq. CASP. ZIEGLERUS ad Lancelottum in edit. Thomaſ. p. 1037. maximè verò celeberrimus J. A. SCHMIDIUS in lexico eccleſiaſtico minore p. 25.

Digitized by Google

25. 26. qui adcuratè hiſtoriam Agaparum ediſſerit. Poſſemus & alios adhùc Scriptores adjicere, ſi tanti res eſſet.

(*bb*) Vide Rom. 16, 16. 1. Cor. 16, 20. 2. Cor. 13, 12. 1. Theſſ. 5, 26. 1. Petr. 5, 14. Confer. heic. TOBIÆ PFANNERI obſerv. eccleſ. L. 2. Obſ. 2. & GOTH. ARNOLDI abbildung der erſten Chriſten L. 3. C. 2. §. 8. ſqq. f. 351. ſqq. hiſtoriamque cognationis ſpiritualis inter Chriſtianos receptæ C. 4. §. 3. p. 57. C. 21. §. 3. p. 356. & laudatum SCHMIDIUM l. c. p. 170. 171. itemque FABRICIUM in Bibl. antiqu. C. 22. p. 654.

(*cc*) Vide omninò 1. Cor. 14. Scilicet ex chariſmatum diverſitate manavit dein & munerum diſtinctio 1. Cor. 12. 4. ſqq.

(*dd*) Jam & hâc ratione, quo quisque ſpirituali chariſmate fulgeret, rectius perſpici poterat, eòque errari minus, ubi miniſterio Eccleſiæ ordinatio præficiendus quis fuerat.

(*ee*) Prophetarum in primâ eâque Apoſtolicâ Eccleſiâ non ſaltem chariſma ſed & ordinarium quoddam munus fuiſſe videri poterat ex 1. Cor. 12, 28. ſqq. 14, 29. ſqq. Eph. 4, 11. Ita Judas & Silas in numerum Prophetarum referuntur Act. 15, 32. Agabus Prophetа memoratur Act. 11, 28. 21, 10. ubi & comm. 9. referuntur Philippi Evangeliſtæ quatuor filiæ προφητεύουσαι. Alii Prophetæ referuntur Act. 19, 6. 21, 4. Ordinatio Timothei διὰ προφητείαν facta habetur 1. Tim. 4, 14. Quid προφητεία Rom. 12, 7. ſignificet, num vaticinandi χάρισμα, aut explicationem oraculorum Propheticorum & ſacræ ſcripturæ, in diſſ. de articulis fidei fundamentalibus p. 36. determinandum aliis reliquimus. Vaticinandi χάρισμα deſignari puto 1. Cor. 12, 10. 13, 2. 8. 1. Theſſ. 5, 20. 1. Tim. 1, 18. At aliis in locis παρρησία iſta ſpiritualis, quâ divino ardore imbuti de rebus Chriſtianis ad convictionem proximi loquimur, hac voce intelligitur. Vide Act. 13, 1. 15, 32. 19, 6. 1. Cor. 11, 4. 5. 13, 9. 14, 1. 3. 4. 5. 6. 24. 31. 39. Apoc. 19, 10. Hinc probè velim capi diſcrimen iſtud, quod inter Prophetam & διδάσκαλον eſt 1. Cor. 12, 28. Eph. 4. 11. Διδάσκαλος eſt, qui doctrinæ Chriſtianæ articulos ſic ſat bene auditoribus enarrat & explicat. Propheta eſt, qui ardorem rebus affundit, qui fortiore quodam ſpiritu animatus loquitur, qui in animos impetum ſpiritualem facit, qui in mentes intrat & cor tangit novâque quâdam & cœleſti virtute id imbuit. Atque hinc conſpicere eſt, quodnam χάρισμα præſtantius altero ſit, προφήτης an διδάσκαλος. Quæſtionem decîdit Apoſtolus, ubi ait: ζηλοῦτε τὰ πνευματικά, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύητε. 1. Cor. 14, 1. 5. 39. Senſus eſt, ope-

ram nobis dandam esse, ut non simus nudi διδάσκαλοι & oraculorum divinorum expositores, ut ita dicam, literales, sed ut divinâ quâdam vi moti omni frigore, quod facilè alias rebus obrepit, procul habito, cum spirituali quâdam ἐμφάσει nostra eloquamur. Hoc enim est, quod ædificat. 1. Cor. 14, 4. De Prophetis verò Nov. Test. conferri velim Fr. Burmannum in exercit. acad. P. 2. Disp. 12. p. 187. sqq. Herm. Witsium in Misc. sacr. T. 1. L. C. 21. de Prophetis in Evangelio laudatis & Ant. van Dale de verâ & falsâ Prophetiâ p. 200. sqq.

(*ff*) Vide Matth. 10, 1. Luc. 10, 17. 19. 20. Marc. 16, 17. 18. 20. Jam verò ut miracula Christi, ut miracula Apostolorum enarremus, non est necessarium. De charismate miracula patrandi agitur 1. Cor. 12, 28. Addi potest. 1. Cor. 2, 4. ubi ἀπόδειξις δυνάμεως est obsignatio doctrinæ per miracula. Autores hùc pertinentes congessit Fabricius l. c. C. 12. p. 432. 433.

(*gg*) Vide Act. 2, 3. 4. 11. 10, 46. 19, 6. 1. Cor. 12, 10. 28. 30. 14, 2. sqq.

(*hh*) Pertinent hùc κυβερνήσεις 1. Cor. 12, 28. Adde 1. Tim. 5. Ebr. 13, 17.

(*ii*) Vide Rom. 15, 14. 1. Cor. 12, 8. 13, 2. 8. 14, 6. 2. Cor. 6, 6. 8, 7. 11, 6. ubi tamen per γνῶσιν subinde peculiare aliud χάρισμα intelligitur, quod, quî ab aliis distinguatur, haud satis interpretes capiunt. Cæterum res ipsa docet, γνῶσιν primum illud esse, cui rerum divinarum interpres inhiare debeat. Sed opera danda est, ne γνῶσις illa sit ψευδώνυμος. 1. Tim. 6, 20. Qualem autem veram esse credamus, alibi satis exposuimus.

(*kk*) Talem volumus, quæ non solùm in facultate consistat, animi sui sensus sine magnâ rerum difficultate promptè & solidè & perspicuè edendi, sed & charisma illud spirituale junctum habeat, ubi ex plenitudine cordis, experientiâ spirituali & ardore divino macti nostra eloquimur.

(*ll*) Vide 1. Cor. 12, 10. 14, 29. 1. Joh. 4, 1. 1. Thess. 5, 21. Apoc. 2, 2. Nota benè, hoc χάρισμα unum ex necessariis esse, & sine quo in Ecclesiâ prospere nîl agi possit.

(*mm*) Vide Act. 6, 3. 10. 1. Cor. 12, 8. Eph. 1, 8. 17. 3, 10. Col. 1, 9. 28. Jac. 1, 5. 3, 17. 2. Petr. 3, 15. & alia loca passim. Scilicet prudentia, quæ visâ animorum dispositione, ita, uti par est, sua inflectit, atque ubique rebus sal & condimentum, quo vis

Digitized by Google

vis & ſuavitas dictioni affunditur, adhibet, mirificam poſt ſe benedictionem trahit. At ſi deſit ea, optima quævis deſtrui, confuſionem oriri, in extrema rui omniaque vel tandem in languorem & fumos abire videas.

(*nn*) Vide ſupra notam (*q*)

(*oo*) Vide Act. 8, 20. 1. Cor. 5, 4. 5. 16, 22. 2. Cor. 10, 6. 12, 21. 13, 10. 1. Tim. 1, 20. Diximus nuper hanc in rem quædam in diſſ. de articulis fidei fundamentalibus p. 30. 31. Horrendæ ſunt diræ, quas Judæi excommunicatis imprecantur. Aſt in eo differt hæc excommunicatio Paulina à Judaicâ, quod pœna θανάτου illam inſecuta fuit.

(*pp*) Ità enim habetur 1. Cor. 5, 13. *tollite improbum ex vobismet ipſis.* Nihil poterat clarius ab Apoſtolo dici, ut innueret, è cœtu ſacro ejusmodi hominem eſſe exigendum. Sed vide, quid hîc ajat SELDENUS, juratus excommunicationis hoſtis: *Hoc ad excommunicandum illum inceſtuoſum* (neque enim ei, qui Satanæ traditus fuit, חרם ſive excommunicatio inflicta fuiſſe SELDENO miro inſtituto videtur) *ſpectare quidem poteſt; SI ITA INTERIM LEGENDUM.* (Mallet quippe SELDENUS πρὸς τὸ τῇ ὑποθέσει δυλεύειν, aliter ut legeretur.) *Nam codices priſci optimique habent τὸ πονηρὸν ſeu neutrum, quod perſonam non denotat, quemadmodum & à Patribus vetuſtis obiterque ab aliis obſervatum. Et verba ipſa quaſi formula ſolennis ſunt in Pentateucho ſæpius iterata, ſed ita, ut interdum maſculinum interdum neutrum Græce in ea adhibeatur pro eo, quod eſt* ובערת הרע מקרבך & eliminabis *aut* elimina malum è medio veſtri, *quod in codicibus Græcis etiam nunc pluraliter, nunc ſingulariter prolatum à capitalibus judiciis in pœnam excommunicationis, quæ ita ex humano invento in eorum locum ſucceſſit, transferri potuit.* De ſynedr. vet. Ebr. L. 1. C. 8. p. 149. Hæc SELDENO utique indigna ſunt. Quod enim præeuntibus Chryſoſtomo, Theodoreto & Theophylacto ad codices iſte prouocat, id nullum eſt. Vel enim è Jo. MILLII variantibus lectionibus jam diſcimus, codices hodiernos omnes in lectione communi τὸν πονηρὸν conſentire. Moroſus profectò fuerit, qui nodum in ſcirpo hîc quæſiverit. Loca verò Deut. 13, 5. 17, 7. 19, 19. 22, 21. 22. 24. 24, 7. ubi abſque dubio de perſonâ τῷ πονηρῷ agitur, SELDENI cauſam penitus produnt. Et res ſanè longe eſt clariſſima, maximè ſi conferamus comma 2. ubi exſtat: ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ῥῆγμα τοῦτο ποιήσας, *ut tollatur è medio veſtri, qui hoc opus fecit.* Quid igitur reſtat, quam ut dicamus, EXCOMMUNICATIONEM

TIONEM APOSTOLICO eoque planè clariſſimo atque divino MANDATO NITI. Hinc rectè omninò celeberrimus BOEHMERUS inceſtuoſi excommunicationem Corinthiis à Paulo demandatam eſſe aſſerit in Jur. Eccl. antiquo diſſ. 3. de confœderatâ Chriſtianorum diſciplinâ §. 37. p. 144. etſi ajat, eam ſaltem Judaicam eſſe, id quod, niſi mica ſalis adſpergatur, admitti nequit, cum, ſi pœnam civilem, qualis excommunicatio Judaica eſt, Paulus hìc inſixiſſet, in Jura magiſtratus involâſſet, quod dici nequit. Sufficiat nobis hoc, abſtentionem hanc & excommunicationem autoritate divinâ atque Apoſtolicâ in inceſtuoſum exercitam fuiſſe. Aſt tùm mentem JCti præſtantiſſimi nondum capimus, ubi adjiçit, *traditionem Satanæ* ad excommunicationem Judaicam non ſpectare, id quod jam §. 8. p. 86. dixerat. Scilicet didicit hoc à SAMUELE BASNAGIO, qui in diſſ. I. ad Annal. Polit. Eccleſ. T. 2. de traditione flagitioſi Diabolo §. 2. f. 475. hæc verba ſecurius ſcripſit: *Ab inſtitutis Pauli Judæorum ſermonem lubenter imitantis valdè alienum eſt, eam phraſin adhibere, quâ Judaica excommunicatio NUNQUAM ſignificata fuit neque loquentem Corinthii cepiſſent. Evolvantur verò Judæorum monumenta, nuſquam* tradere dæmoni *uſurpant, ut flagitioſum à religione Moſaica exterminatum deſignent. Præterea excommunicationis & finis & effectum toto cœlo à* traditione Satanæ *diſcrepant.* Mirum verò eſt, quod hæc ipſi BASNAGIO excidere potuerint, qui §. 1. SELDENUM de jure naturali & gentium juxta diſciplinam Ebræorum allegaverat. Hic enim L. 4. C. 7. p. 524. ſqq. formulam excommunicationis Judaicæ dictæ חרם in medium profert, ubi poſt horrendas alias diras & hanc poni videas: מלאכי חבלה יפגעו בו *Angeli perditionis in eum incurrant*, addunturque ejusmodi expreſſiones aliæ, quæ non poſſunt non traditionem iſtam ſupponere. Accedit, in Erufin f. 18. 2. memorari, quòd כל אותן השנים שהיה אדם הראשון בנידוי הוליד רוחין ושדין ולילין *Adamus primus in omnibus illis annis, ubi in excommunicatione fuerit, genuerit ſpiritus & diabolos & lemures*, id quod alii Scriptores Judæi paſſim confirmant, quorum verba dat EISENMENGERUS im entdeckten Judenthum P. 2. C. 8. p. 412. 413. Ut taceam exſtare in Succa f. 53. 1. quod Salomo Cuſchitas tradiderit לשעיר *diabolo*, aut, uti gloſſa explicat, לשדים *diabolis*, id quod LIGHTFOOTUS alicubi obſervat, qui tamen aliâs excommunicationem à traditione Satanæ plurimùm diſtinguit. Nec ſanè eſt, quòd ſi ſemel cum celeb. BOEHMERO contra SELDENUM & LIGHTFOOTUM ſtatuas, de excommunicatione hic agi,

Digitized by Google

agi, excommunicationem à traditione Satanæ distinguas. Vide & VITRINGAM de synagogâ vetere L. 3. P. 1. C. 10. p. 757. Ast dixerit quis, excommunicationem Judaicam separationem à sacris & cœtu secum haud ferre. Atque hoc profectò SELDENUS de synedr. vet. Ebr. L. 1. C. 7. & BASNAGIUS l. c. diss. 2. de excommunicatione Judaicâ statuunt. Ast præterquam, quòd contrarium facilè probari possit & à doctissimis Viris dudum fuerit probatum, quibus & mox propius accedemus, ipse SELDENUS de jure nat. & gent. L. 4. C. 7. p. 23. allegat Esdr. 10, 8. ubi verba: יחרם כל וכושו והוא יבדל מקהל הגולה *anathematizabitur universa substantia ejus & iste disterminabitur ab Ecclesiâ transmigrationis* habentur, quæ de separatione ab Ecclesiâ idem C. 8. p. 535. explicat. Neque enim unquam in LIGHTFOOTI sententiam quis iverit, qui miro instituto verba ista comm. 13. καὶ ἐξαρεῖτε κ.λ. de pœnis θανάτου explicat, ita παραφράζων. *Pari modo & vos, quod in vobis est, facientes, potestis per manum istam Dei tollere hunc aliosque istiusmodi nefarios.* Sed nec id admiserim, τὸ αἴρειν ἐκ μέσου nil aliud hîc esse, quam agapis interdicere, quod doctissimus BOEHMERUS arbitratur. l. c. §. 38. p. 144. 145. Jam enim phrases istæ ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν v. 2. 13. & μὴ συναναμίγνυσθαι, quod latius est τῷ μηδὲ συνεσθίειν v. 11. id quod stante hâc hypothesi dici non posset, nimis generales sunt, quam ut ad exclusionem ab agapis & commercio familiari restringi possint. Certè à minore ad majus, ab agapis ad cultum sacrum cœnamque sanctiorem haud ineptè heic quis concluserit, maximè cùm in eâdem illâ Ecclesiâ Corinthiacâ uno eodemque actu & Eucharistia & agapæ fuerint celebratæ, 1. Cor. 11, 23. sqq. quod & ipse Vir doctissimus statuit diss. 4. de coitionibus Christianorum ad capiendum cibum §. 14. p. 249. sqq. Jam alium locum ex Gal. 5, 12. producamus, ubi exstat: ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστατοῦντες ὑμᾶς. *Utinam abscindantur, qui vos turbant.* Jejuna est & insipida atque Apostolicâ gravitate minus digna illa sententia, quâ affirmatur, heic de abscissione genitalium sermonem Apostolo esse. Ità sanè Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus aliique ex veteribus, ex recentioribus verò maximè HUGO GROTIUS & Jo. SELDENUS. En quid ad h. l. GROTIUS afferat, qui verba ita παραφράζει. *Quandoquidem illi in pellicula abscissa ita gloriantur*, utinam illis abscindatur *insuper totum seminale membrum, quò magis triumphent.* כרות שפכה *Græcè* ἀποκοπὴ μορῶν *Deut.* 23. 1, *est* is, cui, *ut cum Horatio loquar*, cauda salax demessa est. *Id* ἀποκόψαι τὰ αἰδοῖα *etiam Stephano, ubi de*

Digitized by Google

Gallis matris Deûm, quales & Peſſinunte erant, urbe tunc Galatiæ, cùm hæc epiſtola ſcriberetur. Dion de Heliogabalo: τὸ ἀιδοῖον περιέτεμε, καὶ χοιρείων κρεῶν ὡς καὶ καθαρώτερον ἐκ τούτων θεραπεύων ἀπέιχετο. ἐβυλεύσατο μὲν πανταπασιν αὐτὰ κατακόψαι. *Hîc* κατακόψαι *idem eſt quod* ἀποκόψαι *apud LXX. & Paulum. Et ſic hunc locum accepiſſe Chryſoſtomum apparet.* Εἰ βάλονται, μὴ περιτεμνέσθωσαν μόνον ἀλλὰ καὶ περικοπτέσθωσαν. πῶς τοίνυν εἰσὶν οἱ τολμῶντες ἀποκόπτειν ἑαυτὺς καὶ τὴν ἀρὰν ἐπισπώμενοι καὶ τὴν τῦ θεῦ δημιυργίαν διαβάλλοντες. *Nec aliter Hieronymus:* Si putant ſibi hoc prodeſſe, non ſolùm circumcidantur ſed etiam abſcindantur. Si enim exſpolitatio membri proficit, multò magis abolitio. *Videtur ad hunc locum reſpicere lex Wiſigotica XII.* 3. 4. Illi verò, qui carnis circumciſiones in Judæis vel Chriſtianis exercere præſumſerint, quisquis hæc aut intulit alteri aut fieri ab altero permiſerit ſibi, veretri ex toto amputatione plectetur.„ Hactenus Grotius. Jam & Seldenus in eandem ſententiam propero pede deſcendit ambabuſque ulnis explicationem aſſumit, quæ hypotheſi favet. de Syn. vet. Ebr. L. 1. C. 8. p. m. 148. Aſt inſulſa hæc ſunt, uti diximus, & indigna Apoſtolo, quod rectè Eraſmus monet. Quin, ſi hæc Apoſtolo mens fuiſſet, non ſanè is dixiſſet, ὄφελον καὶ ἀποκόψονται, ſed utinam καὶ ἀποτέμνονται, ut conſtaret παρανομασία περιτομῆς καὶ ἀποτομῆς *circumciſionis & abſciſſionis*, uti acutè Paræus ad h. l. monet. Quæ cum lita ſint, ii certè rectiorem hîc viam ineunt, qui de ſeparatione à cœtu hoc explicant, quæ excommunicatio eſt, quam vel eapropter hîc urget Paulus, quoniam, ſi ἀποσατῶντες iſti in cœtu permanerent, modicum fermentum totam maſſam corrupturum eſſe videbatur comm 9. Quin & ſic egregiè παρονομασίαν ſervari patet. Jam autem, cùm hoc votum Apoſtoli ſaltem ſit, non præceptum, haud malè dixeris, nolle Apoſtolum, in quenquam excommunicationem, quâ etiam is dignus ſit, ſtringi, niſi CÆTERIS PARIBUS, & ſi res Eccleſiæ ita ſiverint, niſi peccatum commune ſit reorumque magna pars. Nec eſt, quòd ajas, hîc potius de כָּרַת ſive exciſione divinâ judicioque θεηλάτῳ ſermonem eſſe, eodem ſenſu, quo vox כרת in Vet. Teſt. plurimùm occurrat. Quamvis enim ſecundum Judæos variæ ſint τῦ כָּרַת ſpecies, quas ex BECHAI Biur hattorah affert Seldenus de J. N. & G. juxta diſc. Ebr. L. 7. C. 9. p. 872. ſqq. quamvis & ſegregationem à Republicâ Judaicâ pœnamque capitalem, in plurimis veteris Teſtamenti locis vox ea ſignificare videatur, non tamen ſeparationem

Digitized by Google

rationem à ſacris per נִדּוּי intelligunt Judæi, ſed pœnam, quæ infligitur בידי שמים *per Deum.* Adde eundem SELDENUM de Synedr. L. 1. C. 6. Talem autem pœnam Paulum hîc intellexiſſe haud mihi perſuadeo, cui magis curæ fuiſſe arbitror, ut errantes converterentur. Scilicet nil aliud Vir ſanctus zeloque Domini indutus optat, quàm ut à communione Galatarum ſacrâ abeſſent homines iſti, falſâ doctrinâ qui eam tunc turbabant, utque, quibus ſanior adhuc mens erat, eorundem conſortium vitarent. Quapropter & reprehendit Epiſcopum Pergamenſem Spiritus ſanctus, quòd toleret eos, qui teneant principia Bileamitica, qualia ſint, licitam eſſe idolothytorum comeſtionem & fornicationem, qui teneant etiam doctrinam Nicolaitarum Apoc. 2, 14. 15. laudatque Epiſcopum Epheſinum, quòd non poſſit βαςάσαι κακὸς Apoc. 2, 2. Atque ex his jam ſatis clarum eſt, ſeparationem malorum à cœtu ſacro Apoſtolici, hoc eſt, divini juris eſſe. Atqui verò ſeparatio à communione cœtus eſt excommunicatio. Aſt, ais, ſi aliquis à cœtu ſeparatus nolit eo excedere, quid tum? Quis coget nolentem? Reſpondetur. Eodem modo hîc ſe res habet, uti in Synagogâ Judaicâ. Qui excommunicatus eſt, ſynagogâ exigitur. Si ſacris abeſſe nolit, ne ſacra quidem peragunt ſed vitant hominem conſortiumque ipſius fugiunt, ut pudefiat. Et ſanè, cùm magiſtratus civilis omnium ſocietatum & cœtuum ſit protector, nullum eſt dubium, quin, ſi ex communi cœtus arbitrio quis fuerit ex eodem excommunicatus, officium magiſtratûs ſit, facere, ut collegium hoc ſuo jure fruatur. Si dein turbator ejusmodi ne tunc quidem manus dare velit, ubi à Magiſtratu id injungitur, & civiliter heic cogi poteſt, cum peccatum ejus jam hâc ratione in crimen civile migret. Aſt pœna, quæ deinde imponitur, non ex jure quodam collegii ſed ex majeſtate fluit. Quæ verò Jo. LIGHTFOOTUS in vitâ ſuâ ****** opponit, infra diluemus.

(qq) Scilicet ad excommunicationem provolare non licet, niſi admonitio & increpatio præceſſerit. Loca hùc pertinentia ſunt 2. Cor. 2, 6. 1. Tim. 5, 20. Tit. 3, 10. Jam verò hoc ex diſciplinâ Synagogæ Judaicæ originem trahit. Ita enim habetur in Jore dea hilcot niddui vacherem C. 334. §. 22. נהגו שלא לבהוג נידוי בעובר עבירת הקהל בחרם ונידוי עד שיכריזו עליו: *Non ſolent eum, qui definitiones eccleſiaſticas de excommunicatione & anathemate transgreſſus eſt excommunicare, donec ſuper ipſo proclamaverint.* Quomodo autem peracta fuerit

rit הכוזה sive proclamatio illa, ex eodem illo libro, loco citato §. 14. videre est, ubi hæc habentur: נזיפה היא שאדם גדול גוער בו לומר כמה פלוני חצוף וכיצד בו וזה משפטו שיהא מתחבא ויושב בביתו ויהא נכלם ולא יראה פנים למי שהכלימו ומעט בשחוק ובדבור ובעסקיו ויצער עצמו לעיני רואיו אבל אין צריך להתרחק מכל אדם לא באכילה ושתיה ולא בשאלת שלום וגו *Correptio illa in eo consistit, quod homo magnus increpet* sc. delinquentem, *dicendoquam impudens est N.? & quæ similia sunt. Qua re fieri solet, ut*, qui sc. ita reprehensus est, *se occultet & domi suæ consideat pudore suffusus neque videat faciem illius, qui ipsum pudefecit, rarus autem sit risu & locutione & negotiis, humilem quoque se gerat (sich schmiege* diceremus nostrâ dialecto) *coram oculis illorum, qui eum vident. Nec tamen necesse est, ut se removeat à consortio hominum vel in edendo vel in bibendo vel in salutando &c.* Notandum autem, hanc increpationem fieri ברבים coram multis, id est, in Synagoga. Qui plura voluerit, adeat CAMP. VITRINGAM de syn. vet. L. 3. P. I. C. 9. p. 730. sqq. & p. 756.

rr) Vide Rom. 16, 17. 1. Cor. 5, 11. Gal. 6, 1. 2. Thess. 3, 6. 14. 15. 1. Tim. 6, 5. 2. Tim. 2, 25. 26. 3, 5. Tit. 3, 10. 2. Joh 10. Ubi tamen probè observandum, ob injustam causam atque ex zelo inordinato non secedendum à cœtu esse. Vide Judæ 19. Privatorum igitur est, monere, &, ubi peccator, qui scandala præbet, peccare haud desierit & corrigi sit nescius, deinde ipsius consortium penitus vitare. Id quod cum de commercio privato primùm intelligendum veniat, sunt, qui à minore ad majus, à conversatione privatâ ad communionem sacrorum publicam arguant. Nec malè ii quidem, si nostræ Ecclesiæ ita comparatæ essent ac Apostolicæ illæ, quæ sanctitatis gloriâ summâ fulsere, quæ & totam Rempublicam omniaque ejusdem membra non juncta heic habuere, uti in hodiernis Ecclesiis conspicere est, ubi locus disciplinæ isti severiori dari nequit, cùm continuis secessionibus turbisque immanibus ita aperietur porta. Itaque præceptum hoc Apostolicum tùm demùm exsecutioni mandandum est, UBI CÆTERA SUNT PARIA. Id quod probè notandum, ne in extremum quis hîc, re nondum satis examinatâ, abeat. Patientia sanctorum potius hîc imitanda venit, maximè, cùm istis separationibus regnum Dei adeò ampliari haud videamus, ut potius diminui id hac ratione nobis dolendum sit. Cæterùm, quod Apostoli ajunt, ne quidem cum ejusmodi homine cibum sumendum aut AVE ipsi dicendum esse, id ab excommunicatione Judaicâ transsumtum esse patet. Ita Gem. Hierosol. ad Moëd katon.

Digitized by Google

katon. f 81. col. 4. בני אדם מרחיקין אותו מדי לבישה: *homines arcent à se* excommunicatum, *ut pudore eum suffundant.* Et Schylchan aruch in Jore dea C. 334. §. 2. & 7. אם ראו בית דין לנדותו שלא יזמן בשלשה ולא יתפלל בעשרה ולא יקברו לו מחולא ימולו לו בן: *Si ita visum esset judicio, licuit interdici ei, ne convivio trium interesset, ne cum decem oraret, ne mortuus ipsi sepeliretur aut filius ipsi circumcideretur.*

(ss) De solis Apostolis confer. Act. 6, 6. 8, 14. sqq. 14, 23. De συνεργοῖς Act. 13, 3. 1. Tim. 4, 14. 5, 22. Tit. 1, 5. Scilicet præcipuam quandam Apostolorum autoritatem in dirigendis curandisque rebus ecclesiasticis effulsisse nemo rerum gnarus negaverit. Vide Act. 8, 14. 15. per totum, 1. Cor. 7, 17. 11, 34. 14. per totum, 2. Cor. 13, 1. sqq. ut taceam confœderationem Apostolorum hanc in rem factam Gal. 2, 9. & visitationem Ecclesiarum ab Apostolis susceptam Act. 15, 36. Unum est, quod addimus, haberi & in sacris diptychis electionem per sortem factam Act. 1, 26. Heic præter Autores à Fabricio in Bibliogr. Antiqu. C. 12. §. 2. p. 428. citatos conferas velim Jo. Seldenum de synedr. vet. Ebr. L. 2. C. 4. §. 6. p. 592. & C. Vitringam de syn. vet. L. 3. P. 1. C. 15. p. 833. 834. itemque Nat. Alex. in Hist. Eccl. N. T. Sec. I. f. 8. quorum illi ex antiquitatibus Talmudicis, hic ex Christianis hoc argumentum evolvit. Adspergi & potest hìc peculiaris J. H. Heideggeri hoc de argumento dissertatio p. 78.

(tt) Vide Act. 1, 23. 24. 6, 2. sqq. 15, 4. sqq. Addi posset Act. 14. 23. 2. Cor. 8, 19. si quidem priore loco χειροτονεῖν significaret, per extensionem manuum designare, quem elegeris. Id quod disputat Seldeno de Synedr. vet. Ebr. L. 1. C. 14. p. 396. sqq. & L. 2. C. 7. p. 718. & Vitringæ de syn. vet. L. 3. P. 1. C. 14. p. 820. 821. 827. 828. itemque Morino de sacris ordinat. P. 3. Ex. I. C. 2. §. 3. f. 11. Quod restat, paucis saltem monendum hìc est, plebis seu populi autoritatem & vota apud Judæos quoque hanc in rem & olim valuisse. Ita profectò Lampridius in Alexandro Severo C. 46. scribit., *& Christianos & Judæos in prædicandis Sacerdotibus, qui ordinandi sunt, hortari populum, ut si quis* eorum, qui huic muneri destinantur, *quid haberet criminis*, id manifestaretur. Ast, quod disciplinam Judaicam attinet, elegantissimus hanc in rem habetur locus in codice Berachot f. 55. 1. אמר ר יצחק אין מעמידין פרנס עלי הצבור אלא אם כן נמלכין בצבור שנאמר ראו קרא ה בשם בצלאל אמר לו הקבה למשה משה הגון עליך בצלאל אמר לו רבונו של עולם אם לפניך הגון לפני לא כל שכן אמר לו אף על פי כן לך אמור להם הלך ואמר להם לישראל הגון עליכם בצלאל אמרו לו אם לפני הקבה ולפניך חוא הגון לפנינו לא

Digitized by Google

כש שכן : *R. Isaac ait: non constituunt Pastorem super cœtu, nisi prius cœtum consulant, pouti dicitur:* videte, vocavit Dominus Bezaleelem nomine. *Deus sanctus & benedictus dixit Mosi:* Mose, an Bezaleel tibi sat videtur idoneus? *Respondit Moses:* Domine mundi, si tibi videatur idoneus, nonne multò magis mihi? *Dixit Deus, tu nihilominus abi ad populum eademque illis repete verba. Abiit ad Israelem dixitque:* Num sat idoneus vobis videtur Bezaleel? *Responderunt ipsi:* si Deo sancto & benedicto tibique talis esse videatur, annon multò magis nobis?„ Ita & Gamaliel, nepos, à dignitate præsidii per populum dejectus fuisse refertur in Berachot f. 27. 2. Quin constat hodiernas electiones synagogicas à suffragiis populi & subinde dependere. En textum ex Orach chajim C. 53 §. 19. אפילו יחיד יכול לעכב ולומר איני רוצה שפלוני יהיה הזן : *Unus etiam morari potest* electionem officialis *& dicere: Nolo ut N. sit Chassan.* Plura loca qui desiderat, consulat VITRINGAM de syn. vet. L. 3. P. 1. C 14. 15. & RHENFERDIUM in investigatione Præfectorum Synagogæ p 86. sqq 98 sqq. 116. sqq. 132. sqq. Quæ ipsa nescio, num sitim illustris BOEHMERI explere possint, qui in Jure eccl. ant. p. 392 tam vehementer optat, *ut in omni antiquitate ecclesiastica & Judaica versatissimus VITRINGA in opere suo egregio* de Synagogâ vetere *quædam etiam adduxisset* de Jure plebis Judaicæ, *ut inde appareret, an & quatenus status rei Christianæ cum regimine Judaico comparari posset, quod tamen factum esse* ait, *se non meminisse. Forsan Vir clarissimus ab hac tractatione* (ita addit laudatissimus BOEHMERUS) *abstinuit, quia animadvertit, nulla fuisse apud Judæos vel admodum rara plebi jura, quæ tamen, quantacunque demum sint, colligere & illustrare omninò conduceret.* Hactenus celeberr. BOEHMERUS.

(*uu*) Vide Act 8, 17. 9, 12. 17. 28, 8. 1. Tim. 4, 14.

(*xx*) Matth. 10, 1. 18, 18. 28, 19. Marc. 16, 15. sqq.

(*yy*) Scilicet prima omnium Ecclesia fuit Hierosolymitana, cæterarum mater, quæ discipulis ob persecutionem Hierosolymis abeuntibus dispersisque cæteras genuit. Inde nata Ecclesia Samaritana, Damascena pluresque Judaicæ & Galilææ Ecclesiæ, de quibus velim inspicias Act. 8, 1. 5. sqq. 9, 2. 31. 32. 36. &c. Et his sanè Hierosolymitana præerat Act. 8, 14. 11, 22. 15, 2. sqq. Historiam verò & prærogativas Ecclesiæ Hieros. nemo plenius elegantiusque enarravit HARTMANNO de rebus gestis Christianorum sub Apostolis C 4. sqq. Specimen capi potest ex iis, quæ p. 73. 74. exstant, ubi: *Ecclesia Hierosolymitana ex 120 personis composita mox tribus millibus aucta deinceps ad*

Digitized by Google

ad quinque millia virorum acceſſit &c. Addi vel maximè poteſt C. 10. de ſocietatum Chriſtianarum ſub Apoſtolis confœderatione, ubi Hieroſolymitanæ primùm Eccleſiæ, poſtea Antiochenæ, dein Corinthiacæ eminentia celebratur cæterarumqúe æqualitas aſſeritur. Quæ etſi haud inconcinna ſint, tamen ſuavibus ſubinde ſomniis, ut fieri ſolet, permiſcentur.

(*zz*) Vide Act. 6, 2. ſeqq. 15, 2. ſqq. 21, 22. ſqq.

(*aaa*) Vide Rom. 14, 3. 5. 6. Gal. 3, 10. Col. 2, 16. 21.

(*bbb*) Ita habetur Act. 20, 7. diſcipulos conveniſſe ad κλάσιν ἄρτου ſive ad celebrationem Euchariſtiæ, ἐν τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων. Et 1. Cor. 16, 2. ſtips dicitur colligenda κατὰ μίαν σαββάτων. Hæc verò μία σαββάτων eſt dies ſolis, prima hebdomadis dies, dies dominicus. Dicitur aliâs & πρώτη σαββάτου. Vide Marc. 16, 2. 9. Luc. 24, 1. Joh. 20, 1. 19. maximè verò Apoc. 1, 10. Nolim tamen credas, Apoſtolos ſabbato non amplius conveniſſe ſed diem dominicam in locum ſabbati ſurrogâſſe. Conveniebant enim, prout ferebat occaſio, etiam extra ſabbatum Act. 13, 42. 44. maximè verò ſabbato, id quod neceſſum erat, ad Judæos convertendos, eo die qui congregabantur. Act. 13, 14. 15, 21. 16, 13. 18, 4.

(*ccc*) 1. Cor. 11, 34. & 14. per totum. Unicum ſaltem hîc addimus, quod comma 34. ſpectat, ubi Apoſtolus hanc legem eccleſiaſticam fert: *mulieres veſtræ in Eccleſiis taceant.* Id quod & 1. Tim. 2, 12. repetitur. Ita ſanè & Valerius Maximus L. III. C. 8. *Quid fœminæ cum concione? Si patrius mos ſervatur, nihil.* Ita quoque in Megilla C. 3. אמרו חכמים אשה לא תקרא בתורה מפני כבוד הציבור: *Dixere ſapientes: Mulier non legat in lege coram gloria congregationis.* Ita & in colbo ſive pandectis judaicis C. 17. col. 6. Ita denique in Conſtit. Apoſtol. L. III. C. 6. habetur peculiaris titulus: ὅτι οὐ χρὴ γυναῖκας διδάσκειν, *quod non oporteat mulieres docere.* Adde Tertullianum de virginibus velandis C. 9. de bapt. C. 1. & 17. & de præſcript. C. 41. Quemadmodum tamen nulla regula ſine exceptione eſt, ita nec hæc. Excipi enim caſum prophetiæ, liquet. Vide 1. Cor. 11, 5. Adde Luc. 2, 36. Act. 18, 18. 26. 21, 9. Rom. 16, 3. 1. Cor. 16, 19. 2. Tim. 1, 5. 3, 15. ubi comparent Anna, Priſcilla & quatuor Philippi filiæ vaticinantes, ut Stephanam, ut Phœben, ut Triphænam, ut Tryphoſam, ut Perſidem, ut Loida, ut Eunicen taceamus. Scilicet & hîc extraordinarium quoddam chariſma exceptionem à regulâ facere poterat. Quin & à mulieribus ætate provectis poſcit Paulus,

Digitized by Google

Paulus, ut ſint καλοδιδάσκαλοι Tit. 2, 3. Quod reſtat, is Priſcillianiſtarum pruritus planè haud approbatur, quo acti mulieribus ſuis docendi munus conceſſere, uti eſt apud Auguſtinum de hær. C. 70. & Leonem M. Epiſt. 93. n. 2. itemque Baronium ad A. C. 381. n. 109. Addas tamen licet GOTH. ARNOLDI dritten Anhang zu der geiſtlichen geſtalt eines Evangeliſchen Lehrers nach dem ſinn und exempel der alten, von der frage: *ob die Weiber auch öffentlich lehren dürffen?* itemque JO. ANDR. SCHMIDII diſſ. de muliere in Eccleſiâ, ubi ſententias veterum hanc in rem congeſtas videas.

(*ddd*) Vide Act. 15, 20. 29. Rom. 14. per totum, 1. Cor. 8. per totum, 10, 19. ſqq. 11, 3. ſqq.

(*eee*) Vide 1. Tim. 3, 1. ſqq. Tit. 1, 6. ſqq.

(*fff*) Confer Matth. 19, 3. ſqq. 1. Cor. 7. per totum.

(*ggg*) Inſpice 1. Cor. 6, 1. ſqq. Adde 2. Cor. 13, 1. 1. Tim. 5, 19. Patet hinc nobis jam tacentibus, unde audientia Epiſcopalis originem ſuam TRAHAT. Vide omninò Conſtit. Apoſtol. L. 2. C. 45. 46. & Conc. Chalcedon. can. 9. Scilicet transactionem amicabilem coram ejusdem fidei conſortibus ſuadet commendatque hîc Apoſtolus, quam ſanè magiſtratûs politici juribus contrariam eſſe nemo facilè dixerit. Cæterum & hæc ipſa ex diſciplinâ Judaicâ deſumta ſunt. Neque enim licet Judæis relicto ſuo foro ad aliud abire, à religione ſuâ alienum. Vide luculentos textus apud Jo. ANDR. EISENMENGERUM im entdeckten Judenthum P. 2. C. 9. p. 472. ſqq. in unum jactos.

(*) Vide Act. 8, 26. ſqq. 10. 11. 15. 21, 20 ſqq.

(*bbb*) Demus itaque jam, ſi placet, indicem Eccleſiarum omnium, Apoſtolorum Virorumque Apoſtolicorum operâ plantatarum & inſtitutarum, quarum nempe in libris canonicis mentio fit. Memorantur autem hîc Eccleſiæ ejusmodi plurimæ, & quidem eæ vel indeterminatæ, uti illæ ſunt, ad quas epiſtolæ catholicæ datæ fuere, vel à certis prouinciis denominatæ, uti ſunt Eccleſiæ Aſiæ, Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Bithyniæ, Ciliciæ, Syriæ, Phœniciæ, Judææ, Samariæ, Troadis, Phrygiæ &, ut arbitror, Arabiæ Act. 2, 11. Gal. 1, 17. in Europa Macedoniæ, Achajæ, Dalmatiæ & Illyrici, vel ab urbibus nomina ſortitæ, ut in Aſia, primò ſeptem illæ Apocalypticæ, Epheſina, Smyrnenſis, Pergamena, Thyatirenſis, Sardenſis, Philadelphica & Laodicena, quas illuſtrarunt TH. SMITH, HERM. WITSIUS & CHRIST. CELLARIUS, præter has Tarſenſis in Cilicia, Pergenſis

Digitized by Google

genſis in Pamphilia, Antiochena & Attalica in Piſidiâ, Iconienſis, Derbenſis & Lyſtrenſis in Lycaoniâ, Aſſenſis & Troia in Phrygiâ minore, Coloſſenſis in Phrygiâ majore, Mileſia in Cariâ, Patarenſis in Liciâ, Hierapolitana in Syriâ, in Cœleſyriâ Damaſcena, Cyrenaica & Antiochena, in Paleſtinâ Samaritana, Azotenſis, Lyddana, Saronenſis, Jopponenſis, Cæſareenſis & Ptolemaica, in Europâ Macedoniæ Neapolitana, Philippenſis, Amphipolitana, Apollonica, Theſſalonicenſis, Berrhoënſis & Achajæ Athenienſis, Corinthiaca & Cenchreenſis Italiæ verò Romana & Puteolana, ut Babylonicam Parthicam 1. Petr. 5, 13. jam taceamus. Adſpergendæ heic & ſunt Eccleſiæ inſulanæ vel ad mare ſitæ illæ Cypri, Salaminia & Paphica, poſt has Tyri, Cretæ, Samothraciæ, Lesbi, Chii, Sami, Trogyllii, Coi, Rhodi, Pathmi & Melitæ, quanquam cavendum hîc ſit, ne Eccleſias minis cumulemus, dum quibuscunque locis, ad quæ Paulus appulit vel per quæ iter fecit, Eccleſias adſcribimus. Denique & memorandæ ſunt Eccleſiæ domeſticæ, quæ in ſcripturâ ſacrâ memorantur. Vide Act. 5, 42. 12, 12. 16, 15. 40. 20, 20. Rom. 16, 3. 5. 1. Cor. 16, 19. Col. 4, 15. Philem. 2. Quod reſtat, egregiè argumentum hoc executus eſt HARTMANNUS in libro ſupra laudato C. 7. quòd agit de ſocietatibus Chriſtianis extra Hieroſolymas p. 107. ſqq. Qui verò loca Scripturæ ſanctioris evoluta hîc videre anhelaverit, concordantias, quas vocant, adeat.

(*iii*) Paucis hîc monemus, ordinaria ſalaria doctoribus Eccleſiarum Apoſtolicarum haud fuiſſe conſtituta eoſque nonniſi in caſu neceſſitatis ab Eccleſiis ſtipendia ſumſiſſe Id patet ex locis Act 20, 33. 1. Cor. 9, 7. ſqq. 2. Cor. 11, 7. ſqq. 2. Cor. 12, 13. Scilicet *hæ ipſæ manus meæ*, inquit Paulus, *inſerviere mihi & iis, qui mecum fuere ad vitam ſuſtentandam.* Act. 20, 34. Erat enim tentoriorum confector Apoſtolus & operabatur. Act. 18, 3. Id quod hodiè Mennonitarum admonitores, quos vocant, imitari adhuc video, ubi opifices verba ad populum cum παῤῥησίᾳ ſæpius facere videas. Vide, quid dicat R. Gamaliel in Pirke abhot C. 2 ſect. 2. פה תלמוד תורה עם דרך ארץ שיגיעת שניהם משכחת עון וכל תורה שאין עמה מלאכה סופה בטלה וגורמת עון : *Pulchra eſt doctrina legis cum opificio aliquo adjuncto, nam labor utriusque oblivisci facit peccati. Omne quoque ſtudium, cui non eſt adjunctum aliquod exercitium, tandem diſſipatur & trahit ſecum iniquitatem.* Hinc familiare Rabbinis olim erat, opificio cuidam vacare. Ita R. Joſe erat coriarius, R. Juda Piſtor, R. Johannes calcearius ſive ſutor,

Digitized by Google

R. Nimus textor, R. Meir ſcriba, ut alios taceamus. Vide Jo. Drusium ad Act. 18, 3. Adde & G. Arnoldi abbildung der erſten Chriſten L. 2. C. 8. §. 6. ſqq. f. 226. ſqq.

(*kkk*) Etenim cùm pauperes multi Eccleſiis adjungerentur, ditiores munificentiâ ſuâ cæteros ſublevare conveniebat. Hinc collectæ ſtipes. Act. 11, 29. 30. Rom. 15, 26. 1. Cor. 16, 1. 2. Cor. 8, 1. 9, 2. Gal. 2, 10. Phil. 4, 18. Quin erat hoc mandatum Apoſtolicum, *dare* Rom. 12, 13. imò Domini, quod tamen in Evangeliis non exſtat. Act. 20, 35.

(*lll*) Ita inter Eccleſiam Hieroſolymitanam cæterasque filias ejusdem erat communio ſatis arcta, ut jam oſtendimus. Ita etiam Eccleſiarum aliarum mutua erat communio, id quod vel ex eo concludi poteſt, quod ad plures una ſæpius data fuerit epiſtolâ, injungiturque ſubinde, ut una eademque epiſtola in pluribus Eccleſiis legatur. Col. 4, 16. 1. Theſſ. 5, 17.

(*mmm*) Habetur hanc in rem diſpoſitio Jacobi Minoris, Apoſtoli Jac. 5, 14. 15. ubi ægrotis injungitur, ut ad ſe vocent Eccleſiarum Presbyteros, qui precibus factis eosdem oleo in nomine Domini ungant. Sic enim futurum eſſe, ait Apoſtolus, ut oratio fidei ægrotum ſanatura ſit, Deusque eum erecturus, & ſi peccata commiſerit, ut illi remittantur. Hæc ſi quis ſecùm reputaverit, facilè perſpiciet, unctionem Romanenſium extremam hîc adeo non ſtabiliri, ut ſubvertatur potius. Jam enim ea ipſis non eſt intentio, ut per unctionem extremam quis ſanetur, cùm iis ſaltem illam adminiſtrent, quos morituros credunt. Nec unctionis operi operato quicquam hîc ſed ORATIONI FIDEI omnis ſanationis effectus adſcribitur. Nec denique ab unctione miraculoſâ Marc. 6, 13. ad ordinarium N. T. ſacramentum valet conſequentia. Autores, de unctione extrema qui ſcripſere & qui huc pertinent, diligenti operâ collegit Fabricius *è πάνυ* in Bibliogr. antiqu. C. XI. §. 28. p. 406. quibus adde & Jo. Ern. Franzenium de funeribus vet. Chriſt. L. 1. C. 9. Jo. Mabillon. Act. Ord. S. Bened. in præfat. ſec I. f. 47. ſqq. & Jac. de Sainte Beuve, Doctorem olim Sorbonicum & in Acad. Pariſ. Regium Theol. Profeſſorem, qui tractatum de ſacramentis confirmationis & unctionis extremæ Lutetiæ Pariſ. A. 1686. contra Dallæum edidit.

(*nnn*) Vide 1. Cor. 15, 29. Non patitur autem inſtituti noſtri ratio, ut hunc locum adductis hanc in rem variis Autorum veterum recentiorumque

Digitized by Google

tiorumque interpretamentis, jam enucleemus. Conferri poſſunt, qui egregiè totam rem ediſſeruere, H. GROTIUS, HENR. MÜLLERUS, SEB. SCHMIDT, PHIL. JAC. HARTMANNUS, ABR. CALOVIUS, GOTFR. OLEARIUS, SALOMO DEYLINGIUS, Jo. CLOPPENBURGIUS, FRID. SPANHEMIUS, Jo. MARCKIUS, SAM. STRIMESIUS, Jo. HARDUINUS, ANT. VAN DALE, HENR. HAMMONDUS, Jo. CLERICUS. Nos iis accedimus, qui putant, baptiſmum vicarium hîc innui, quem tamen hiſtoricè ſaltem Paulus recenſeat, non approbet, ſed in rem ſaltem ſuam contra negantes reſurrectionem adducat. Ita enim textus haud torquetur. Nec eſt, quòd ajas, ex vetere hiſtoriâ aliud quoddam pro baptiſmi hujus vicarii uſu, qui eo tempore invaluerit, teſtimonium afferri non poſſe. Quid tùm? A paupertate enim monumentorum & ſilentio hinc manante ad negationem rei ipſius non valet conſequentia.

(*ooo*) De Pædobaptiſmo ubi dicere quædam in animo jam habemus, nemo, credo, vitio nobis vertet, ſi illuſtris Viri, CHRISTIANI THOMASII, JCti Halenſis præſtantiſſimi ſcrinia jam expilemus. Quidni enim, ubi JCti egregia quædam in unum congeſta habent, legere eorundem veſtigia Theologis licuerit? Ita verò ille in notis ad Jo. Pauli Lancelotti inſtitutiones Juris canonici p. 634. ſqq. rationes ſuas componit, ut ajat, primum de Pædobaptiſmi inſtitutione Apoſtolicâ dubium Anabaptiſtis & Socinianis infudiſſe Tertullianum, qui orthodoxus adhuc de baptiſmo C. 18. contra pædobaptiſmum ſcripſerit, dein & Auguſtinum, qui in ep. 23. rationes Bonifacii contra pædobaptiſmum ſatis frigidè diluat. Allegat dein ANTONII VAN DALE, Medici inter Mennonitas Harlemenſis hiſtoriam baptiſmorum cum Hebraicorum tùm Chriſtianorum, optatque, ut hoc, quicquid eſt, libri à Theologo quodam Proteſtante ſolidè & cum ratione refutetur, quoniam tùm è ſacra ſcriptura tùm ex antiquitate Chriſtianâ tela ſua is depromat. Porrò addit, ſententias de pædobaptiſmo tres potiſſimùm eſſe, quæ non confundi debeant. Primam eſſe Anabaptiſtarum, qui arbitrentur, baptiſmum neque à Chriſto nec ab Apoſtolis inſtitutum ſed ſeculo demùm tertio contra principia Chriſtianiſmi & ſanam rationem introductum fuiſſe. Secundam eſſe communem illam, ubi in contraria omnia abeatur. Tertiam inter hæc duo extrema mediam vadere, pædobaptiſmum non quidem à Chriſto & Apoſtolis præceptum eſſe ſed tamen ad exemplum circumciſionis & baptiſmi apud Hebraicum populum uſitati non ſolùm licitè ſed &

Digitized by Google

laudabiliter fuisse introductum, sive jam ratione facti id statim primo seculo Christiano factum fuerit sive etiam secundo vel tertio. Atque in hunc censum refert Vir eruditus Jo. Ludov. Vivem, Claud. Salmasium, Frid. Ulricum Calixtum, (cujus verò verba allegata id indigitare haud videntur) Jac. Basnage & Camp. Vitringam, qui profectò in sacr. Observat. L. 2. C. 6. p. m. 302. sqq. hoc argumentum egregiè exsecutus est. Neque hanc quoque sibi sententiam displicere idem tantisper præ se fert. Agedum, majoris lucis adspergendæ & divitiarum Viri illustris paupertatis nostræ obolo quodam supplendarum ergò pauca quædam jam addamus. Antonio van Dale observationes theologicas de pædobaptismo easque egregias atque eruditas oppositi Philippus Gottfried Harder, Augustanus, easque A. 1707. Jenæ sub præsidio celeberrimi D. Buddei defendit. Jam, ubi autores, de pædobaptismo qui egere, nominandi nobis veniunt, non quidem ea, quæ diligentissimus Fabricius in Bibliogr. antiqu. C. XI. §. 25. p. 388. dicit, hîc adferemus, egregia planè, sed ea, quæ memoriæ nostræ jam occurrunt, ab ipso minus observata vel saltem luculenter haud observata heic adspergimus, ita tamen, ut aliis & hîc spicilegium relinquamus, nec scriptores istos, qui in genere contra Anabaptistas, Quakeros & Socinianos egere, adducamus. Notamus autem id præcipuè, in Ecclesiâ Anglicanâ circa hunc articulum dudùm acriter decertatum fuisse. Qui curiositatem suam exercere heic voluerit inque solidam rerum discussionem descendere, is inspicere debet librum Anglicanum Guil. Wallii, Londini A. 1708. editum duasque in partes divisum sub hoc commate: *The history of infant-baptism, being an impartial collection of all such passages in the writes of the four first centuries as do make for or against it.* id est, *historia baptismi infantum sive collectio absque partium studio facta omnium illorum testimoniorum, quæ apud scriptores quatuor primorum seculorum hanc in rem inveniuntur & vel pro vel contra pædobaptismum militant.* Non laudari satis diligentia Autoris potest, qui plenis manibus omnia, quæ undique conquirere potuit, ubivis affundit, licet pari id judicio semper haud factitet atque subinde & ea cumulet, quæ magnam probationis lucem secum haud ferunt. Antequam verò ad pædobaptismum Christianum procedit, de pædobaptismo Judaico agit inque rem hîc suam vertit, quæ de eo & apud Judæos & apud Christianos scriptores leguntur. Allegari hîc videas Talm. Bab. Jebamot. f. 47. Talm. Hieros. Jefamot. f. 46.

Digitized by Google

f. 46. Maimon. Iſure biah C. 13. & 14. & Leonem de Modena in Hiſt. Jud. P. 5. C. 2. porrò AINSWORTHUM in Gen. 17. HAMMONDUM in Matth. 3. 19. 23. Joh. 3. item *in ſix queries & defence of infant-baptiſm*, SELDENUM de J. N. & G. juxta diſc. Ebr. itemque de ſynedriis & de ſucceſſionibus, LIGHTFOOTUM in hor. hebr. & Talm. in Matth. 3. & Joh. 3. itemque in Harmoniâ N. T. ad Luc. 3. ALTINGIUM in prælect. 7. de proſelytis & HOOPERUM in diſcourſe of lent P. 2. C. 2. p. 153. ſqq. Notandum verò probè eſt, Judæos nonniſi eos infantes baptizâſſe, qui parentibus adhùc ethnicis nati erant. Id quod cum negaret HAMMONDUS in *defence of infant-baptiſm*, SELDENUS demonſtravit addiditque, Judæos omnes infantes expoſitos vel in bello captos baptizâſſe. Jam non curioſa tantùm ſed & utilia ſcitu hæc eſſe vel ex hoc ſolo patet. Quæſtio eſt, num in ſacris literis pædobaptiſmi præceptum quoddam inveniatur. Reſpondetur communiter, QUOD SIC, & allegatur locus Matth 28, 19. Aſt, ut arbitror, nervus probandi ſatis haud oſtenditur, qui hic ferè eſt, ſuppoſitâ apud Judæos infantes baptizandi conſuetudine, ſuppoſitâ & baptiſmi Chriſtiani, materialiter non formaliter ſic ſpectati, origine Judaicâ, quam poſt BARONIUM, BUXTORFIUM, GOODWINUM, BURMANNUM, BRAUNIUM, LEUSDENIUM, CARPZOVIUM, SPENERUM, WITSIUM, HOLZFUSIUM alioſque plurimos Vir clariſſimus PETRUS ZORNIUS & poſt eum Theologus Jenenſis celeberrimus Jo. ANDREAS DANZIUS, contradicentibus tamen WERNSDORFIO, ZELTNERO aliisque, queis & die unſchuld. Nachrichten 1703. p. 676. ſqq. adjungimus, in ſcenam produxere, Apoſtolos mandatum Chriſti de baptizandis omnibus populis aliter exponere haud potuiſſe quàm hâc ratione, ut infantes etiam includerent, utpote, qui & à Judæis communiter baptizarentur, quemadmodum, ſi in terras à barbaris, quæ eoluntur, mittatur ex noſtris Doctor ipſique injungatur: abi & converte hos populos eoſque in doctrinâ Chriſtianâ inſtitue & baptiza, is aliter hoc mandatum explicare haud poſſit, quam ita, ut, quamvis infantes hîc haud nominentur, eos tamen, pro more recepto, ſine ullo dubio à ſe etiam baptizandos eſſe exiſtimet. Nec eſt, qui nos heic moretur, NORTONUS KNATCHBULLUS in 1. Petr. 3, 21. cui STENNETUS, alius quidam Anglus in *anſwer to Ruſſen* C. 4. ſuppetias fert, qui negant, Judæis conſuetudinem proſelytos baptizandi ſemper fuiſſe. Longa verò lis fuit, quam de pædobaptiſmo in Angliâ olim JEREMIAS TAYLORIUS, Vir planè doctiſſimus & acutiſſimus

Digitized by Google

cum HENR. HAMMONDO reciprocavit. Edidit iſte librum quendam ſub titulo *the liberty of propheſying*, ubi, licet fateretur, errare eos, qui pædobaptiſmum rejicerent tamen tot pro iis argumenta attulit, ut proteſtatio hæc facto contraria videretur quamplurimis. Hinc HAMMONDUS, qui & TOMBIUM hîc in pædobaptiſmo defenſo depexit, uti ex operibus ejus Londini A. 1684. editis T. 2. videre eſt, in *fix queries* ipſum refutare aggreſſus eſt. Quo facto TAYLORIUS, ne à ſententiâ Eccleſiæ ſuæ recedere videretur, edidit *the conſideration of the Church in baptizing the children of believers*, atque in alio libello: *Great exemplar* nuncupato & in *doctore dubitantium* affirmavit, pædobaptiſmum, cùm ab Eccleſiâ univerſali receptus ſit, eſſe neceſſarium, etſi rurſus in *the diſſvvaſive from Popery* in omnia alia abeat. Fuit autem TAYLORII ſeria mens, pædobaptiſmi univerſalem uſum demum A. 416. in Concilio Mileyitano ſeu potius Carthaginenſi Canone II. inſtitutum eſſe. Jam enim ſunt, qui vel ſtatuant, aliquando in Eccleſiâ nullum fuiſſe pædobaptiſmum, quæ TOMBII, CURCELLÆI, RIGALTII aliorumque mens eſt, vel putent, pædobaptiſmum quidem ſemper fuiſſe in uſu licet non univerſaliter, quod HUGO GROTIUS aſſertum ivit, eadem ferè veſtigia calcantibus HERB. THORNDYCKIO, Jo. DALLÆO, RICH. BAXTERO, Jo. GARNERIO, aliis, ut Autores plurimos, qui contra pædobaptiſmum apud Anglos ſcripſere, inter quos eminet DANVERSIUS, contra quem maximè WILLIUS ſcripſit, ſicco pede jam prætereamus. Primus verò, qui pædobaptiſmum memoraſſe videtur, eſt IRENÆUS adv. hær. L. 2. C. 39. §. 2. ubi *infantes renaſci in Deum* dicitur. Tertullianum jam nominavimus, qui & infra recurret. Origenes haud ſemel baptiſmum parvulorum à traditione Apoſtolica ubivis recepta repetit. Expreſſius adhuc Cyprianus in epiſtola ad Fidum & in libro de lapſis circa medium pædobaptiſmum effert. Gregorius Nazianzenus Orat. 40. de bapt. ait, infantes tertio ætatis anno eſſe baptizandos, excepto neceſſitatis caſu, ubi ſtatim baptizari poſſint. Eundem non baptizatum fuiſſe in infantia licet à Chriſtianis Parentibus genitum conſtat. Jam Auguſtinus præcipuus ille fuit, qui maximè contra Pelagianos pædobaptiſmi neceſſitatem urſit. Scilicet, ut vel tandem, quod res eſt, dicamus, pædobaptiſmus Sec. II. & III. h. e. tempore Tertulliani nondum ubique ne in Eccleſia quidem Africana receptus fuerat, etſi haud multò poſt univerſalis ejus conſuetudo in Eccleſiam Africanam & Romanam tranſiret, in quâ adoptandâ Eccleſia Orientalis tardior fuit, quæ & eandem

Digitized by Google

eandem tandem ſuam quoque fecit, ita tamen, ut ritum magis laudabilem quam medium ſalutis neceſſarium pædobaptiſmum eſſe exiſtimârit. Cæterùm Waldenſes in ſeculo XII. primi fuere, qui pædobaptiſmo ſeſe oppoſuere ſequaces habituri Anabaptiſtas, Quackeros & Socinianos. Jam adſpergendi adhùc ex Anglis ſunt DORRINGTONIUS & GARNERIUS, ex noſtris JUSTUS MENIUS, qui TH. MÜNZERUM hîc refutavit, ut alios antiquiores jam mittamus, recentiores verò SPENERUS, WINCKLERUS, LANGIUS & venerandus HOFMANNUS noſtrâs, quorum cum ſcriptis & ea, quæ ARNOLDUS hîc, quæ DIPPELIUS, quæ APPELIUS, quæ VOLCKMEYERUS, quæ BRUSKIUS, quæ SEEBACHIUS ſcripſere, componere rerum curioſi ſolent. Quod reſtat, argumenta pro pædobaptiſmo ſcripturaria in unam maſſam hoc eſt in unum ſyllogiſmum fundamus, ut nervus probationis lectoribus heic totus pateat. Argumentamur autem ita: Quoscunque ad Chriſtum admittere par eſt, quorumcunque & regnum cœlorum eſt, quicunque & in Chriſtum credunt, qui & ſub univerſalitate baptizandorum comprehenduntur, quos dein & baptizatos fuiſſe legimus, ubi totas familias baptizatas eſſe legimus, quicunque denique, ſi typum baptiſmi reſpicias, qui in V. T. exſtitit, hoc eſt baptiſmum Iſraelitarum in deſerto 1. Cor. 10, 2. qui omnibus ſine diſcrimine ætatis competiit, per mare rubrum qui tranſiere, ab univerſalitate baptizandorum haud excludi poſſunt, illos, accedente maximè jam & Eccleſiæ univerſalis, imò & Eccleſiæ Judaicæ, unde baptiſmus materialiter ſpectatus in Chriſtianiſmum manavit, conſuetudine, baptizare *convenit*. Atqui parvuli. Ergò. Major ſuâ luce radiat. Minorem probamus ex Marc. 10, 14. 16. Matth. 18, 6. 10. 28, 19. 1. Cor. 1, 16. Act. 16, 15. 33. Sed manum vel tandem de hoc argumento tollimus.

ARTICULUS TERTIUS.

Ex iis, quæ hactenus poſuimus, facilè jam pateſcit, num Eccleſia Chriſtiana ad formam Reipublicæ (*a*) aut templi Hieroſolymitani (*b*) aut Synedrii (*c*), aut Synagogæ (*d*) aut ſcholæ Judaicæ (*e*) efformata ab Apoſtolis atque efficta fuerit. Certè ad Rerumpublicarum formas non exactas fuiſſe Eccleſiæ rationes, omninò patet. Unde & quæſtio iſta valdè inſipida eſt, cum diſputatur, num

num Eccleſiæ forma ſit monarchica, (*f*) vel potius ariſtocratica (*g*) aut democratica (*h*). Etſi enim analogias quasdam hic invenire detur, cùm omnis directio, quæ ſanè & in Eccleſia locum habet, ſuperioritatem quandam ſupponere videatur modosque & limites varios admittat, ſatius tamen eſt, ab omnibus ejusmodi comparationibus manum abſtrahere, quam civili negotio res Eccleſiæ, quæ altioris longè indaginis ſunt, adaptare. (*i*) Jam & ita ſe res habet cum alterâ comparatione, juxta quam Eccleſia ad formam templi ſacerdotiique Judaici efficta dicitur, quæ tamen utpote novi fœderis bonis inebriata cultu iſtiusmodi Judaico & ſacerdotali planè non eget. Niſi quod ſubinde ipſæ diviniores literæ etiam tale quid inſinuant. (*k*) Nolim & cum Synedrio Judaico, quod eſt civile quoddam judicium, ſacra eccleſiaſtica anxiè componi, eam ipſam ob cauſam, quod omnis poteſtas civilis hîc planè exulat. (*l*) Reſtat itaque, ut ad formam ſynagogicam & ſcholaſticam Eccleſias Chriſtianas inflexas eſſe arbitremur. Quod ipſum tamen & cum grano ſalis in ejusmodi comparationibus ſemper adſpergendo facimus. Qui enim ſynagogarum Judaicarum veterum conſtitutionem ab earum, quæ hodiè apud recutitos florent, rationibus ſubinde abludentem haud certè penitus aſſequimur (*m*) digladiantesque hîc in tenebris Viros ſummos nullumque pugnæ exitum videmus ſed potius epinicium in utrorumque caſtris cantari perſpicimus, (*n*) facile quidem capimus, Apoſtolos, qui ritibus Judaicis aſſueti erant atque in ſynagogis docebant, tantiſper & ritibus ſynagogicis in Eccleſiam inducendis operam dediſſe, etſi tota Eccleſiæ forma haud ſynagogica ſit ſed peculiaria multa habeat. (*o*)

(*a*) Hæc Romanenſium mens eſt, quam perpetuò ab iis defenſitari conſpicimus. Hi enim ad imperii politici formam Eccleſiæ ſacra efficta eſſe arbitrantur, ubi caput agit Romanus Pontifex, clerici miniſtri ſunt, quorum opera in dominio ſuo exercendo & autoritate amplificandâ is utitur, laici denique ſubditorum loco habentur, utpote quibus nonniſi obſequii gloria relicta ſit. Quin & formam regiminis eccleſiaſtici à civitatum Romanarum forma deſumſiſſe ſub-

Digitized by Google

ſubinde Tertullianum, Origenem & Cyprianum obſervat Dodwellus in diſſ. de jure laicorum ſacerdotali C. 2. §. 8. p. 67. ſqq. qui & ipſe varia hanc in rem habet, quæ confuſionem principiorum arguunt.

(b) Hanc ſententiam tenuit vel maximè Jac. Usserius in opuſculo de Epiſcoporum & Metropolitanorum origine ſub initium, cui Polydorum Virgilium, Carolum Sigonium, Josephum de Voysin, Casp. Zieglerum aliosque addit Campegius Vitringa de ſynagogâ vetere in Prolegom. C. 2. p. 6. ſqq. Scilicet & Romanenſes, è quibus hîc Rob. Bellarminus & Rich. Simon, qui ſub nomine Simonvillii ſuppl. ad Leonem de Modena de ceremoniis Judæorum ſcripſit, C. 5. eminent, & Theologi quidam Angli, inter quos jam maximè Henr. Dodwellum & Georg. Hickesium nominamus, ut ſacerdotium quoddam Novi Teſtamenti propriè ſic dictum ſtatuere eò facilius poſſint, comparationem Eccleſiæ cum templo Judaico plurimum urgent. Nec diffiteri poſſumus, vetuſtiſſimos quoque Patrum hanc in ſententiam pedibus iviſſe. Ita memorari ab iis in Eccleſiâ videas Sacerdotes, ſummum & gregarios, Levitas, oblationes, ſacrificia, altare, quæ voces dein & in conſtitutiones eccleſiaſticas ſive canones veteres translatæ fuere. Qui omnia hæc in unum collata conſpicere voluerit, laudatum Vitringam adeat l. c. C. 2. 4. 5. 6. qui concedit quidem hactenus, Eccleſiam quoque cum templo Judaico comparari poſſe, quatenus nempe templum cum Synagogâ quoque comparari in plurimis poſſit, ſed tamen & ad cultum ſynagogicum eapropter eandem propius accedere obſervat, quoniam ad ſynagogam accedat in iis, ubi ſynagoga à templo diſcrepet. Digna hæc ſunt & curioſa evolutu ſed quæ tangere non poſſumus, ne in nimiam prolixitatem diffundamur. Unicum id addimus, G. Hooperum in *a diſcourſe concerning lent* P. 2. Rep. 1. C. 4. p. 175. ſqq. Eccleſiam Chriſtianam quoque cum Judaicâ contuliſſe, itemque & de ſynagogæ officiis egiſſe neminemque eſſe, qui tanto cum ſtudio & ardore Sacerdotium Judaicum cum Chriſtiano, contulerit, ac Henr. Dodwellus id egit in libro Anglico: *a diſcourſe concerning the one altar and the one prieſthood*, London. 1683. 8. ut alios ejusdem libros, ubi eandem hypotheſin fovet & inter quos diſſertatio Cyprianica X. §. 7. ſqq. eminet, vel paucis ſaltem hiſce tangamus.

(c) Ita ſcilicet rem Chriſtianam cum ſynedrio comparare Ignatium ad Trallianos & Syneſium ep. 57. ait Jo Seldenus de ſynedriis vet. Ebr.

Digitized by Google

L. 1. C. 14. p. m. 390. 391. ubi & Presbyteros, Assessores Synedrii cum Presbyteris Christianis rectè componit. Nam זקנים sive Presbyteri ad synedrium potius quam synagogam pertinent. Ast nec hæc comparatio accurata est, cum synedria potestatem civilem olim exeruerint. Magis itaque cum synedriis scholasticis quam forensibus Ecclesiam composueris, quod tamen ipsum & oppidò inadæquatum est. Quod restat, inter recentiores vel maximè cum politiâ Judaicâ Ecclesiam contulit & hanc ipsam ad illius analogiam institutam fuisse asseruit Benedict. Bacchinius, quem in præf. ad anecdota Irenæi dudum laudavimus, in diss. de ecclesiasticæ hierarchiæ originibus, Mutinæ A. 1703. editâ, ubi vide vel maximè P. 1. C. 3. p. 187. 188. Hîc enim Vir doctus *sententiæ suæ summam*, quam vocat, ita exprimit: *Petrum in primis aliosque etiam Apostolos in fundandis principibus Ecclesiis minime ad formam Romani Imperii respexisse sed potius Judæorum politiæ se accommodâsse.* Mirum verò est, Autorem, qui ex Scriptoribus Protestantibus passim sapit, in Italiâ tolerari. Vide & celeb. Buddeum de orig. & potest. Episc. §. 3.

(*d*) Hæc comparatio præcipua est, & attentionem quandam meretur. Inter Patres eandem subinde Hilarium ad 1. Tim. 5. adhibere constat. Nota porrò est Hug. Grotii vox: TOTUM REGIMEN ECCLESIARUM CHRISTI CONFORMATUM FUIT AD SYNAGOGARUM EXEMPLAR. ad Act. 11, 30. Grotio adjungit Vitringa Seldenum, Morinum, Thorndicium, Salmasium, Valesium, Dodwellum*, inter quos tamen sunt, qui generalia saltem verba proferunt & Synedrium potius templumque quam synagogam cum Ecclesiâ conferri volunt, maximè verò Jo. Lightfootum & Jo. Spencerum, queis & addi Hammondus potest itemque Zieglerus, imò & Sixtus V. Pontifex Romanus, qui in constitutione de septuaginta Cardinalium præciso numero perpetim servando anno 1586. factâ & apud Cherubinum in Bullario T. 2. in Sixto quinto const. 50. exstante ita infit: *Ut veteris synagogæ figura sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ veritati respondeat* & quæ sequuntur, ubi verò Pontifex Synedrium cum synagogâ apertè confundit. Nemo tamen est, qui hîc superaverit industriam Viri ejusdem doctissimi, Campegii Vitringæ, Theologi Franequerani præstantissimi, qui de Synagogâ vetere libros tres Frane-

* De DODWELLO nota, quod statuat, in utraque jura & templi & synagogarum successisse Ecclesias. Vide diss. de jure laic. sacerd. G. 3. §. 20. p. 238. sqq.

Digitized by Google

Franequeræ A. 1696. edidit; quibus tùm de nominibus, ſtructura, origine, præfectis, Miniſtris & ſacris Synagogarum egit, tùm præcipuè formam regiminis & miniſterii earum in Eccleſiam Chriſtianam translatam eſſe demonſtravit, cùm prolegomenis. En verba quædam ipſius in prolegomenis C. 1. p. 4. *Qui Scripturam Novi Teſtamenti conſideratè legit, eum, opinor, non fugit, nomina* ſynagogæ, Paſtorum, Doctorum, ſapientum, præpoſitorum, ductorum, Presbyterorum, Angeli Eccleſiæ, Diaconorum, *voces item & phraſes, quibus functiones eorum exprimuntur*, λειτουργίας & λατρείας *miniſterii*, ἔργα, operis benedicere, precari, canere, puras in omni loco manus tollere, paſcere, legere, docere, interpretari, amen reſpondere, *quæque præter has multæ ſunt aliæ, in eâ frequenter occurrere. Atqui verò hæc omnia, hæ voces dictionesque eædem illæ ſunt, quæ in* veteri & hodiernâ Synagogâ *admodum ſunt uſitatæ. Habes in eâ voces & nomina* בית הכנסת & כנסת Synagogæ, עדת צבור τὴν συναγωγὴν τῶν συναγομένων, קהילה קדושה Eccleſiæ ſanctæ, רבנים doctorum, חכמים ſapientum, פרנסים paſtorum, זקנים presbyterorum, ממונים præpoſitorum, מנהיגים ductorum, שליחי צבור angelorum Eccleſiæ, הזנים diaconorum. *Frequentatæ ſunt in eâ actiones* precandi, legendi, interpretandi, paſcendi, docendi, excommunicandi. . . . . *Sed, quod magis etiam admirandum eſſe videtur, quæ* Magiſtri *Judæorum præſcribunt* præcepta *de virtutibus & requiſitis* præfectorum miniſtrorumque Synagogæ, *ea vix differunt ab iis, quæ in ſimili omninò caſu* Paulus *tradidit Apoſtolus.* Hactenus Vitringa, cui ad latus ponimus Rich. Simonem, qui & ſub nomine Hieronymi Acostæ ſub initium tractatus *des revenus Eccleſiaſtiques* & ſub nomine Domini de Simonville in tractatu, qui titulum fert: *Cérémonies & coutûmes qui s' obſervent aujourdhuy parmi les Juifs, traduites de l'Italien de* Leo de Modena, *Rabbin de Veniſe avec un ſupplement*, & ſæpius prodiit, atque etiam latinè per *Joh. Val. Grosgebauerum* verſus ſub titulo *exercitationis de ceremoniis Judaicis cum diſciplina eccleſiaſtica collatis* Francof. A. 1693. lucem vidit, argumentum hoc exſecutus eſt. Nec tacendi ſunt Steph. le Moyne, Theologus Leydenſis in notis in varia ſacra p. 22. ſqq. 954. 955. Jobus Ludolfus in comment. ad Hiſt. Æthiop. f. 365. ſqq. J. F. Buddeus in præf. ad parerga theologica p. 26. ſqq. inque duabus exercitationibus de ritibus Eccleſiæ latinæ Judaicis, quæ in parergis iſtis p. 61. ſqq. exſtant, Georg. Hooperus, Epiſcopus Anglus Bathonienſis & Wellenſis in libro iſto, quem jam citavimus, ubi vel maximè P. 2. rep. 1. p. 149.

Digitized by Google

ſqq. demonſtratur, *that moſt of the ancient Chriſti an ordinances were deriv'd from the Jews*, quod maxima pars conſtitutionum Chriſtianarum à Judæis derivata fuerit, & denique ANTONIUS VAN DALE in diſſ. de verâ & falſâ prophetia, quæ Amſtelodami eodem ipſo anno prodiit, C. 3. p. 210. ſqq. Quod reſtat, id ſaltem cavendum hîc eſt, ne è ſilice aquam ſubinde poſtulemus & ſynagogam in omnibus cum Eccleſiâ componamus, id quod qui facit, non poteſt non frigida & jejuna tractationi aliâs haud ineleganti affundere.

(*e*) Scilicet aliud eſt ſynagoga בית הכנסת, aliud ſchola בית המדרש vel ישיבה ſive academia, etſi hæc omnia aliquando confundi videas. *Nimirum celebrioribus Synagogis junctum erat* בית מדרש *ſive* Gymnaſium, *in quod Viri docti ad docendum aut diſputandum conveniebant, quæ ſcholæ ut ſynagogarum appendices hoc ipſo nomine ſynagogæ aliquando ſignatæ ſunt.* Ita VITRINGA de Syn. vet. L. 1. P. 1. C. 4. p. 134. Confer Luc. 4, 16. Act. 17, 17. 19, 8. Rector Academiæ vocatur ראש הישיבה *Caput Academiæ* aut ראש סדרא *Caput ordinis.* De ſcholis & oratoriis domeſticis, cui uſui ὑπερῷα inſerviere, multa dare nolumus. Scilicet in ejusmodi עליות ſive ὑπερῶοις atque cœnaculis & Apoſtoli conveniebant, Act. 1, 13. uti in die Pentecoſtes factitatum, ubi Act. 2, 3. *viſæ ſunt ipſis* διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρὸς, *diviſæ linguæ, quaſi ignis* h. e. ignis flammæ per cœnaculum, in quo commorabantur, diſperſæ, quale quid profectò & memoratur in Schalſchelet hakkabala p. 27. & Juchaſin p. 23. repetitum à LIGHTFOOTO, WAGENSEILIO & VITRINGA. Age, demus & nos locum. אחר שאכלו עלו ריבן ותלמידיו וכל החכמים לעלייה ודרשו עד שהיה האש להט סביב הבית כנתינתא התורה על הר סני: *Poſtquam ederunt, aſcenderunt R. Jobannes filius Zachæi & diſcipuli ipſius & omnes ſapientes in aulam ſuperiorem & diſputârunt, donec ignis domum ambiret, uti data fuit lex ſuper montem Sinai.* Sed confer de his omnibus VITRINGAM l. c. C. 4. ſqq. & SCHERZERUM in oratione de Ebræorum & Lipſienſium Magiſtris programm. & orat. p. 409. ſqq. ut Autores, quos celeberr. FABRICIUS in Bibliogr. antiqu. C. 9. §. 9. p. 288. 299. C. 21. §. 1. pag. 616. 617. hîc allegat, taceamus.

(*f*) Ita ſanè ſtatuunt Romanenſes, qui rigidiores ſunt. Exempli loco ſit ROB. BELLARMINUS in de ſummo Pontifice.

(*g*) Ita arbitrantur cum Romanenſibus illis, qui Concilium ſupra Papam eſſe aſſerunt atque libertates Eccleſiarum defendunt, Proteſtantes ferè communiter. Vide inſtar omnium HARTMANNUM de rebus geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis C. 4. 8.

(*b*) Ita

Digitized by Google

(*b*) Ita existimant ferè ii, qui plebis Christianæ jura valde extollunt. Hùc DAV. BLONDELLI liber de jure plebis in regimine ecclesiastico, hùc disciplina Independentium in Angliâ, Mennonitarum & Quackerorum pertinet. Sed enim Status democraticus parùm ferè à naturali abest.

(*i*) Hinc rectè omninò SAM. A PUFENDORF in aureo libello de habitu religionis Christianæ ad vitam civilem §. 32. p. 139. 140. *In Ecclesiis formandis non opus est decreto super certâ regiminis formâ introducendâ absurdæque adeo sunt quæstiones, monarchica, aristocratica, an democratica forma competat Ecclesiæ. Hæ quippe formæ cadunt in statum aliquem seu civitatem: Ecclesia autem status non est.* Hactenus PUFENDORFIUS.

(*k*) Vide VITRINGAM de syn. vet. in Proleg. C. 4. 6. nostramque dissertationem de oblatione veterum Eucharisticâ, quæ exstat in anecdotis Irenæi p. 161. sqq. ubi sanè ex CUDWORTHO, cui nunc H. GROTIUM in diss. *an semper communicandum sit per symbola* cum dissentiente heic, qui ipsum refutare aggressus est, CLOPPENBURGIO & G. HOOPERUM in discursu Anglico de jejunio P. 2. Rep. 1. C. 3. p. 167. sqq. meritò adspergimus, ostendimus, S. Eucharistiam ad formulam epuli sacrificialis paschalisque institutam fuisse nec oblationes veterum in nudis precibus sed & in oblatis donis pane & vino constitisse. Id quod Romanensibus negari haud debet, qui in eo saltem peccant, quod oblationem panis & vini, quæ innocua est, cum oblatione corporis & sanguinis Christi miris modis confundant. Illam statuere veteres, hanc secus. Non itaque negaverim, & ex disciplinâ templi aliqua in Ecclesiam Christianam transfusa fuisse.

(*l*) Ex Synedrio קנים sive Presbyteri in Ecclesiam fluxere. Jam & synedrii scholastici forma 1. Cor. 6, 1. sqq. 1. Tim. 5, 19. exstat. Taceo excommunicationem, à synedrio quæ & infligebatur, cum ejectione ex templo & synagogâ conjuncta. Consule omninò Reverendissimum HOOPERUM l. c. P. 2. C. 5. §. 3. p. 219. sqq. ubi SELDENUM is refutat & cum judicio refutat.

(*m*) Nihil hanc in rem certius novimus, quam quòd ex literis sanctioribus depromitur. Hìc enim luculenta συναγωγὴ mentio fit. In iis præter Mosis & Prophetarum lectionem docebatur, disputabatur, preces fundebantur, eleemosyna erogabatur, rei flagellis cædebantur & synagogâ exigebantur Luc. 4, 28. 29. Promiscua verò libertas cuivis competebat, in egregium publicum quædam proferendi, si eâ facultate

cultate polleret. Heic ſedebant Doctores juxta ordinem. Conventus inſtituebatur die ſabbati. Archiſynagogi unus vel plures ſynagogis præerant. Aderat & ὑπηρέτης. Plura hanc in rem ex libris N. T. nemo hauſerit. Aſt nondum hæc ſufficiunt, ad veteris Synagogæ formam penitius capiendam. Hinc ad Talmudem utique recurrendum eſt, ubi de Synagogarum conſtitutione variâ diſſeri nominaque eorum, qui eis præſunt vel ſerviunt, poni videas, ita tamen, ut docti de nominum iſtorum officiorumque, quæ ibi recenſentur, ſignificatione & indole plurimùm inter ſe litigent neſciantque ferè, quî omnia iſta cum Eccleſiâ componere debeant. Jam verò de Synagogâ hodiernâ nobis quæſtio planè non eſt, quam רב Rabbi, פרנס præfectus, גבאי eleemoſynarius, חזן ſive שץ *Schaz* prælector & שמש ædituus conficiunt, quam & cum Eccleſiâ Hug. Grotium in commentariis ſuis conferre videmus. Hanc enim collationem hiulcam ſubinde eſſe, etſi in quibusdam utique haud aberret, rectè putat Vitringa L. 2. C. 4. Ea etiam ſynagogæ fabrica, quam ex corpore Juris civilis Sam. Petitus in var. lect. L. II. C. 1. 2. exſtruit, ubi nomina *Archiſynagogorum*, *Patrum Synagogarum*, *Patriarcharum*, *Archiereorum*, *Archiperecitarum*, *Hiereorum*, *Presbyterorum*, *majorum*, *ſeniorum*, *didaſcalorum*, *Azanitarum* &c. videas, confuſa eſt & ſubobſcura, uti idem Vitringa probavit l. c. C. 5. etſi Rhenferdius aliam hîc tibiam inflet. Nec Jo. Lightfooti mens hîc adoptari poteſt, cui, cum in Talmude עשרה בטלנים של בית הכנסת *decem otioſos Synagogæ* legeret, quorum, ut Synagogæ rebus vacarent, officium fuiſſe perhibetur, viſum fuit, Synagogæ munia inter Decemviros hoſce minimè, uti Vir acutiſſimus putat, otioſos, ita diſtribuere, ut tres ex iis faceret Archiſynagogos, vulgò, ut ipſe quidem exiſtimat, בר של שלשה *conceſſum triumviralem*, unum Synagogæ miniſtrum, notum nomine שליח צבור ſive שץ *Schaz* aut חזן ὑπηρέτης, tres diaconos, quibus cura pauperum fuerit demandata, פרנסים nuncupatos, octavum legis divinæ in ſynagogâ interpretem. *Nonum*, addit, *& decimum quem nominemus, non eſt in promptu. Scholarcham theologicum ejusque interpretem eos eſſe ſupponamus, de quibus alibi copioſior erit anſa diſquirendi.* Vide horas Talm. & Rabb. ad Matth. 4, 23. Eandem ferè ſententiam defenderunt Jac. Capellus in obſerv. ad N. T. p. 26. Matth. 18, 15. Jo. Saubertus in palæſtrâ theol. philol. diſſ. 17. p. 378. ſqq. Jo. Henric. Otto in lexico adv. Synagogæ & Fr. Burmannus in exercitationum academicarum, quæ Roterodami A. 1688. prodiere, P. 2. diſp. 2. p. 21. ſqq.

Digitized by Google

ſqq. ubi inter decem otioſos ſynagogæ officia ita vir doctus diſtribuit, ut ajat, Archiſynagogos fuiſſe tres eosdemque Judices & פרנסים, ex quibus tamen eminuerit ראש הכנסת ſive ממונה, ſequi Sacerdotes & presbyteros, poſtea diaconos ſive חזנים aut שליחי צבור vel שמשים ſuccedere, quos & cum ἐπισκόποις Vir inſignis confert, addendos quoque eſſe Eleemoſynarios, qui itidem פוסים nuncupentur, & denique interpretem. Accedit his omnibus CAMP. VITRINGA L. 2. C. 7. ſqq. qui tamen diſtributionem illam officiorum inter Decemviros otioſos haud approbat penitus, cum nec Triumviros Judices eosdem cum Archiſynagogis, nec חזן ἐπίσκοπον eſſe nec גבאי צדקה *collectores eleemoſynarum* ad ſynagogam olim pertinuiſſe, nec התורגמן ſive *interpretem* diverſum à חזן habendum putet, ipſe verò mox tres Archiſynagogos & ſeptem lectores numerum otioſorum Synagogæ confeciſſe exiſtimet, mox diſtributionem officiorum iſtam determinare nolit, ſed in genere ſaltem ponat, Synagogas veteres celebriorum urbium ab integro Senatu doctorum Virorum, alias ſynagogas minores ab unico רב ſive ſacrorum magiſtro gubernatas fuiſſe. Addit dein, regimen Eccleſiæ Chriſtianæ non eſſe formatum juxta ejusmodi typum ſynagogæ, cui præſit רב Magiſter ſive didaſcalus, qui ſacra negotia curet, accedentibus pluribus paſtoribus ſive פרנסים, qui civilia tractent, ſed eſſe potius effictum ad illud regiminis exemplar, quo plures Viri docti unum aliquod conſiſtorium ſive ſynedrium ſacrum conſtituentes communi conſilio res ſynagogæ moderentur, ſub uno tamen præſide ſive ראש ישיבה qui verò ordinis ſaltem non jurisdictionis primatum habeat. Porrò & nomina eorum, ad Synagogam qui pertinent, explicat aitque זקנים fuiſſe illos, qui Synagogam olim rexerint, conſiſtorii eccleſiaſtici aſſeſſores, פרנסים fuiſſe itidem præfectos ſynagogæ, non eleemoſynarios, uti LIGHTFOOTUS putet, eosdem quoque cum זקנים & פרנסים eſſe ממונים של הצבור, qui omnes in Eccleſiâ veteri πρεσβύτεροι, ἐπίσκοποι, προεστῶτες & ἡγούμενοι vocitati fuerint, præfectos quoque hos & ipſos in Synagogâ concionatos olim fuiſſe & aliis quoque doctoribus hanc facultatem permiſiſſe regimenque eorum in moderamine actuum Synagogæ, coercitione inobedientium, quæ per excommunicationem & flagellationem maximè ſe exeruerit, & curâ eleemoſynarum conſtitiſſe. Quin & ad miniſtros ſynagogæ tranſit aſſeritque, שליחי צבור *legatos congregationis* olim eos dictos fuiſſe qui ad preces pro cœtu fundendas ſivè ordinariè ſive extra ordinem fuerint deputati, nec malè cum ἐπισκόποις conferri, חזנים verò

verò ſive *miniſtros* illos exſtitiſſe, qui viliora Synagogæ miniſteria obiverint atque eapropter cum diaconis Eccleſiæ componi debeant, διακόνους utpote, ex quo & patet, Διακόνους ipſum cum גבאים haud confuſos velle. Adjicit porrò, lectionem legis cæteraque ritualia ab Archiſynagogis olim cuivis probato literatoque viro commiſſa fuiſſe, nunc verò ſynagogæ miniſtris, qui & jam שליח ציבור dicantur, concedi. Denique ait VITRINGA, hæc, omnia tantis *obſita tenebris* eſſe, ut *haud dubie abſque temeritate nihil in multis audacter definiri poſſit* p. 533. VITRINGÆ adjungimus adverſarium Jo. RHENFERDIUM, qui in diſſert. Philol. de decem otioſis Synagogæ, lectis BUXTORFII veſtigiis, judices in ſynagogis non ſediſſe atque adeo decem otioſis planè haud adnumerandos putat, qui omnes ejusdem ordinis & poſthabitis omnibus negotiis aliis ſynagogæ penitus addicti fuerint, utpote in quâ ſeſe quotidiè manè & veſperi tempore precum præſentes ſiſtere ad numerum denarium, qui legitimum demum cœtum conſtituat, conficiendum debuerint. Addit idem, eos fuiſſe ſynagogæ ſtipendiarios, probos atque pios & urbibus magnis ſaltem proprios. Chaſſanem neque eſſe epiſcopum neque diaconum Synagogæ ſed cuſtodem porrò is putat. Parnaſſim exiſtimat mox ſynagogæ præfectos & ſeniores, mox collectores ciborum eſſe. תרגמן ſive ſtatum interpretem in ſynagogâ nullum admittit. Otioſos non neceſſariò debuiſſe eſſe literatos affirmat. Archiſynagogum ſaltem unum olim, ſeniores ſeptem, duos diaconos, Angelum cœtus ſive prælectorem aut præcentorem & Chaſſanem ſive ædituum ſynagogæ officia & miniſteria olim expleviſſe autumat. Rectorem academiæ denique & collectores eleemoſynarum, quos ſcilicet cum diaconis confert, ex ſynagogâ haud excludendos eſſe arbitratur. Addi poteſt JAC. BASNAGE in Hiſt. des Juifs T. 3. C. 31. ubi diverſas iſtas ſententias, in quibus multa obſcuritas eſt, recenſeri videas. Ex BUXTORFIORUM Synagogâ Judaicâ, quæ recentiorem ſaltem ſynagogam nobis adumbratam ſiſtit, atque ex LAUR. ODHELII, Sueci ſynagogâ bifronte, quæ longè alia nobis argumenta exhibet quam quæ ex titulo forſan conjeceris, aliisque Autoribus non eſt, quod hîc ſapiamus, niſi quòd ab iis, qui omnia hanc in rem ſcripta legere voluerint, evolvendi quoque ſint, quos celeb. FABRICIUS in Bibliogr. antiqu. C. 9. §. 9. p. 288. 289. & C. 21. §. 1. p. 616. 617. citat. Patet autem jam, quam incerta & lubrica ſit tota de ſynagogâ vetere tractatio iſta quantæque campum hunctenebræ occupent, ex quibus vix quisquam facilè ſe extricaverit. Unde &

ad

Digitized by Google

ad commune illud NON LIQUET cùm toties hîc recurrendum sit, non existimo, ex investigatione veteris Synagogæ ad origines Juris ecclesiastici dandas sufficientes fontes peti posse. Nec tamen & penitùs negligenda hæc venit disquisitio, cùm, ut jam ostendimus, aliqua saltem, quæ ad Jus ecclesiasticum primitivæ Ecclesiæ evolvendum spectant, hinc explicari possint. Referri huc potest & quæstio illa, quam haud sine ratione quis moverit: Num excommunicatio Judaica separationem à cœtu sacro secum tulerit? Scilicet cùm excommunicationem Judaicam in Ecclesiam è Synagogâ ab Apostolis transfusam existiment Viri præstantissimi eandemque separationem à cœtu & sacris secum haud vehere arbitrentur, nulli hanc Apostolico mandato sed confœderationi saltem ecclesiasticæ inniti causantur. Præterquam autem, quod ipsa collegiorum constitutio essentialem hanc facultatem sibi junctam habet, ut collegio hoc exigi queat is, qui illud turbat, nec sine hâc facultate ordo ullus aut disciplina servari potest, id quidem primum mirum cuidam videri possit, quod affirmetur, excommunicationem Judaicam in Ecclesiam quoque translatam esse, cùm excommunicatio Judaica pœna civilis, fatentibus omnibus, sit, qualis profectò naturæ collegii indolique Ecclesiæ, ubi nullus imperans datur, repugnat. Si verò dixeris, excommunicationem hanc Judaicam, demto illo, quod in eâ civilem quandam jurisdictionem olet, in Apostolicâ Ecclesiâ saltem adoptatam fuisse, id profectò remanet, separationem à cœtu & sacris ab ipsismet Apostolis in Ecclesiam fuisse inductam. Ejusmodi quippe excommunicatio refertur Esdræ C. X. comm. 8. Quin sanè hoc secum illa phrasis fert, qua ἀποσυνάγωγος quis fieri dicitur. Joh. 9, 22. 12, 42. 16, 2. Ita scilicet & Christus synagogâ & urbe Nazaretanâ simul ejectus legitur Luc. 4, 29. Quale quid & cæco à Christo curato accidit Joh. 9, 34. 35. Adde Luc. 6, 22. Nec est, quòd ajas, ἀποσυνάγωγος γίνεσθαι nîl aliud esse quàm à consortio hominum civili atque familiari, non à sacris vel templo excludi. Quid enim per συναγωγὴν in libris Novi Testamenti intelligatur, constat. Nostrum sanè non est, acceptiones vocum fingere pro lubitu, ἵνα ὑποθέσει δυλίνωμεν. Mirum verò est, Jac. Capellum in annot. ad h. l. Jo. Seldenum de jure naturali & gentium juxta disc. Ebr. L. 4. C. 9. p. 540. sqq. & de synedriis vet. Ebr. L. 1. C. 7. p. 78. 101. 125. 126. & Jo. Lightfootum ad Joh. 9, 22. 16, 2. hanc sibi mentem induere, quam & suam feciſſe alios eosque præstantissimos Viros video. Jam enim ajunt Viri summi, excom-

 municatum

municatum apud Judæos templo & ſynagogis olim haud exactum fuiſſe. Vide Jo. Seldenum de ſynedr. vet. Ebr. L. 1. C. 7. p. 128. ſqq. 137. 138. Jo. Lightfootum ad 1. Cor. 5, 5. Opp. T. 2. f. 891. & Sam. Basnagium in annal. Polit. Eccleſ. T. 2. Diſſ. 2. f. 478. ſqq. quos alios ex recentioribus ſequi videas. Ut & argumenta pro aſſertione hâc militantia afferantur, in ſcenam primò producitur locus Miſchnicus Middot C. 2. hal. 2. qui verò nihil aliud probat, quam hoc, excommunicatos in הר הבית ſive *atrium gentium* admiſſos fuiſſe, ut ipſemet ſic verba exponit Lightfootus in centuriâ chorographicâ Matthæo præmiſſâ C. 28. Jam verò ab admiſſione in *atrium gentium* ad admiſſionem in *atrium Iſraëlitarum* nulla valet conſequentia. Porrò & dicitur, vel ex eo patere, quod excommunicatio Judaica à templo & ſynagogis neminem exegerit, quia Chriſtus & diſcipuli ejus, quos excommunicatos fuiſſe nemo negare poſſit, templum tamen & ſynagogas liberè intraverint. Ego verò penitus nego, Chriſtum aut diſcipulos ejus fuiſſe excommunicatos, ſi unicum iſtum locum Luc. 4, 29. exceperis. Si enim diſcipuli jam excommunicatione ligati fuiſſent, in futuro Chriſtus dicere potuiſſet, *apoſynagogos vos facient* Joh. 16, 2. Non audebant eousque temeritatis adverſarii Chriſti procedere, qui ipſum apud populum videbant magni prophetæ famâ florere. Confer omninò Seldenum de J. N. & G. L. 4. C. 9. p. 543. 544. Vitringam de ſyn. vet. L. 3. P. 1. C. 11. p. 779. 780. & Jac. Basnage in Hiſtoire des Juifs L. 6. C. 21. §. 9. p. 448. ſqq. Quod enim Judæi fingunt, Chriſtum trecentis buccinis excommunicatum fuiſſe, nos non moratur. Vide Eisenmengeri entdecktes Judenthum P. 1. C. 2. p. 108. 116. Nec eſt, quod minus probabile tibi hoc videatur, Chriſtum non fuiſſe excommunicatum & tamen τοὺς ἄρχοντας, qui Chriſto adhæſerint, diſſimulâſſe, ſe doctrinæ Chriſti adhinnire, ne excommunicarentur. Joh. 12, 42. Hi enim ἄρχοντες peculiari quadam ratione ad Judaicas traditiones ſervandas obſtricti erant, ita ut nullo modo in ipſis ejusmodi innovatio tolerari potuerit, quemadmodum in Chriſto, qui cum diſcipulis ſuis Judæam obambulabat nec fixam Hieroſolymis ſedem habebat. Notumque utique eſt illud: *duo cum faciunt idem, non eſt idem.* Quod in uno toleratur, in altero punitur. Quæ ipſa contra Sam. Basnagium l. c. §. 3. f. 469. notanda ſunt. At ſunt alii Viri præſtantiſſimi qui ajant, excommunicatis quidem templum ingredi licuiſſe, non verò ſynagogas. Vide C. Vitringam l. c. C. 9. p. 741. ſqq. & Jac. Basnage Hiſt. des Juifs L. 6. C. 21. §. 21. p. 463. 464. qui

ſanè

Digitized by Google

ſanè nonniſi loco illo ex Middot deſumto deluſi fuiſſe videntur. Denique nihil nos cogere video, ut ſtatuamus, excommunicatos ad agnum paſchalem comedendum admiſſos fuiſſe, cum is, qui quatuor cubitorum ſpatio ſecedere ab aliis debuit, qui & convivio trium intereſſe non potuit, cujus quoque filius ad circumciſionem haud fuit admiſſus, certè convivio paſchali intereſſe haud potuerit. Et ſit ita, id expreſſè nullibi memorari. Id quod nec neceſſarium eſt, cùm, ut ita dicam, *per ſe* id pateat. Quod reſtat, velim omninò hic inſpici Jo. Coccejı, Theologi Reformati ejusdemque longè doctiſſimi theſes de ſynedrio & judiciis, exterminio, anathemate & ſeparatione à Synagogâ ſive Eccleſiâ, quæ operum ejus ἀνεκδότων tomo II. f. 513. ſqq. inſertæ conſpiciuntur. Scilicet & heic Vir doctiſſimus eandem ferè Seldeno reſponſionem dat, quam nos jam adhibuimus, locum iſtum ex Middot ſaltem de ingreſſu להר הבית *in montem templi* agere. Hinc & publicanum illum μακρόθεν ἑστῶτα Luc. 18, 13. credo tanquam in monte templi ſtantem & hactenus ab atrio Iſraëlitarum abſtentum repræſentari. Nec ſanè comprehendi ullâ ratione poteſt, quî illi ſacrorum communio permiſſa fuerit, cum quò cibum capere nefas erat. Maneat itaque hoc, excommunicationem Judaicam præter civilem iſtam notam, quam excommunicato inuſſit, & juxta quam in commercio civili mortuus is habebatur, etiam à ſacris eundem ſeparâſſe, & per conſequens, excommunicatione hâc, uti Viri doctiſſimi credunt, in Eccleſiam Chriſtianam traductâ, ſeparationem à ſacris utique Apoſtolici juris eſſe. Id quod erat demonſtrandum. Eandem verò hîc nobiſcum mentem tenent Jo. Buxtorfius in Lex. Talmudico & Rabbinico, vocibus חרם, נדוי & שמתא & G. Hooperus in diſcourſe concerning lent P. 2. Rep. 1. C. 5. p. 209. ſqq. C. 9. p. 318. ſqq. Et ſanè Seldeni omnia ſibi hîc haud arridere monet Jo. Clericus, Vir celeberrimus, in Hiſt. Eccl. Sec. 2. ad A. 196. p. 803. Cæterum merentur omnino hic conferri egregiæ obſervationes illæ ſelectæ ad hiſtoriam cenſuræ eccleſiaſticæ, quarum diſſertationem 1. huc ſpectantem præſide celeberrimo Jano anno 1718. ad d. 26. Octobr. Vitembergiæ defendit M. Theodorus Crugfr, Sedinenſis, ubi & hæc ipſa erudite excuſſa conſpiciuntur.

(*n*) Litem hanc agedum, inter Viros doctiſſimos agitatam pauliſper recenſeamus. Scripſerat Londino die 22. Aug. A. 1682. ad Frid. Spanhemium, Theologum Lugdunenſem Belgam Henr. Compton, Epiſcopus Londinenſis, quæſiveratque ab ipſo, ut cum Collegis ſen-

Digitized by Google

tentiam ſuper hâc quæſtione diceret: *ſacræne cum Anglicanâ Eccleſiâ, ut Epiſcopis ſubeſt, communioni renunciandum iis ſit, qui Presbyteriali diſciplinæ addicti eſſent?* Reſpondit SPANHEMIUS, ordinis ſacri formam certam ab Apoſtolis non eſſe traditam, ſe itaque non videre, quî Presbyterianis Epiſcopalis diſciplina tantopere rejicienda veniat, ſi modo nulla neceſſitatis aut juris divini opinio illi affundatur. Hoc audito Jo. VANDER WAEYEN, Theologus Franequeranus claſſicum ſtatim cecinit & SPANHEMIO confeſſionis Belgicæ, quæ æqualitatem Miniſtrorum eccleſiæ contra Hierarchicos ex iure divino talem Art. 30. & 31. ſupponit, læſæ crimen imputavit, quæ res multis iisque acerbiſſimis inter SPANHEMIUM & WAEYENUM ſcriptis libellis anſam dedit. Partem eorum, eos ſcilicet, qui nempe à SPANHEMIO ſcripti fuere, videre eſt in hujus operibus Tomo II. L. 8. f. 942. ſqq. Adde HENR. LUDOLFI BENTHEMII, Viri clariſſimi Holländiſchen Kirch-und Schulen-Staat P. 2. C. 2. §. 28. ſqq. p. 82 ſqq. Jam cum palpabile admodum ſit, Apoſtolos, qui Eccleſias plantabant, ad formam ſynagogarum eas tantiſper compoſuiſſe, hujusque evolutio inſigne quoddam ad decidendam litem hanc momentum adferre viſa eſſet, CAMPEGIO VITRINGÆ, Philologo tùm Franequerano, mox Theologo placuit, in formam ſynagogicam curatius inquirere, quod & fecit, edito libro, cui titulus: *Archiſynagogus obſervationibus novis illuſtratus, quibus veteris Synagogæ conſtitutio tota traditur, inde deductâ Epiſcoporum Presbyterorumque primæ Eccleſiæ origine.* Franequeræ A. 1685. Heic verò etſi eruditiſſimis obſervationibus tractationem hanc Vir celeberrimus perfudiſſet, cum tamen ſtatuiſſet, decem otioſos, quos in vetere Synagogâ fuiſſe conſtat, munera & officia Synagogæ expleviſſe, quæ LIGHTFOOTI mens erat, BUXTORFIANÆ adverſa, contradicendum hîc eſſe ratus JACOBUS RHENFERDIUS, Vir itidem clariſſimus & linguæ ſanctæ in eâdem Univerſitate Profeſſor, edidit *diſſertationes philologicas* easque duas *de decem otioſis Synagogæ, in quibus* Jo. LIGHTFOOTI aliorumque *ſententiæ* de otioſis examinantur: *varia de* Synagogis *earumque* jure, Præfectis, miniſtris &c. *adſpergunter.* Franekeræ 1686. Hoc ferre haud valens celeberr. VITRINGA repoſuit *de decem Viris otioſis ad ſacra neceſſaria veteris Synagogæ curanda deputatis librum ſingularem, in quo ſententiæ* LIGHTFOOTI *de hoc argumento non ita pridem à ſe acceptæ ratio redditur, quæque illi nuper objectæ ſunt, difficultates è medio removentur; illuſtratis, ubi occaſio eſt, cum locis S. Scripturæ tùm antiquis civitatis Hebræorum conſuetudinibus.*

Frane-

Digitized by Google

Franequeræ A. 1687. Nec ſiluit ſane RHENFERDIUS ſed reſumto calamo illicò repoſuit *Archiſynagogum otioſum* αὐτοκατάκριτον Franequeræ A. 1687. ſequente anno additurus *ſpecimen animadverſionum in V. Cl. decem viros otioſos, in quo frequens decem virorum cum Archiſynagogo & ſe ipſis pugna oſtenditur ejusdemque Viri Cl. querelæ & criminationes refelluntur, gaudia & triumphi conturbantur* &c. Franequeræ 1688. Atque ita ferè ſopita lis in fumos abiit, ut, quis viciſſet, in dubio ferè relinqueretur, niſi quòd clarè ſatis perſpiciebatur, RHENFERDIUM demonſtrâſſe, ſynagogæ Præfectos miniſtroſque ex decem otioſorum numero haud fuiſſe. Nec tamen arenâ penitus ceſſit VITRINGA ſed rediit in campum & reſumtis quidem cum fœnore viribus, ubi A. 1696. eodem illo loco egregium amplumque librum *de ſynagogâ vetere* edidit, in quo eruditiſſima quævis in unum collecta exhibuit ſententiamque ſuam de decem-viris otioſis ex Præfectis miniſtriſque Synagogæ conſtantibus ſaltem probabilem eſſe aſſeruit. Claufit denique pugnam RHENFERDIUS ediditque Franequeræ A. 1701. *inveſtigationem præfectorum Synagogæ, ubi de Archiſynagogo docente & Presbyteris regentibus* curatè egit. Qui fontibus hiſce caruerit, inſpiciat tantiſper Jo. CLERICI Bibl. Univerſ. T. 10. Art. 4. p. 101. ſqq. & JAC. BASNAGII Hiſt. des Juifs L. 3. C. 31. §. 5. ſqq. p. 792 ſqq. ubi agitur des *dix oiſeux* de la Synagogue & des diſputes ſur cette matiére, itemque H. L. BENTHEMIUM l. c. §. 43. 44. p. 100. ſqq.

(o) Res luce clarius patet. Ut enim taceamus, in capite iſto præcipuo, ubi quæritur, num Synagoga unicum ſaltem Archiſynagogum, an plures habuerit, reſpondendum eſſe, diſciplinam ſynagogicam heic variâſſe, licet, ubi Archiſynagogi plures fuere, unum eminuiſſe omninò credibile ſit, conſtat, in Eccleſiâ Chriſtianâ Presbyteros Azanitarum officium in precibus publicis fundendis præſtare & adminiſtrando cultui publico vacare Decem-virosque otioſos nullos, nullam & flagellationem, nullam civilis pœnæ irrogationem conſpici, id quod utique in ſynagogâ vetere aliter ſe habuit, quemadmodum de flagellatione id ipſæmet ſanctiores literæ oſtendunt. Matth. 10, 17. 23, 34. Act. 5, 40. Vide VITRINGAM de ſyn. vet. L. 3. P. 1. C. 11. p. 768. ſqq. Unde, etſi elegans, etſi erudita hæc diſquiſitio ſit, ea tamen planè non eſt, quæ omnem, quæ præcipuam huic de originibus juris eccleſiaſtici argumento lucem affundere poſſit. Id quod & vel maximè eam ob rem dicendum nobis venit, quoniam ob monumentorum veterum penuriam nobis genuina ſynagogæ veteris, qualis

Digitized by Google

tempore Christi floruit, facies, quî & ea post excidium Hierosolymitanum sensim sensimque immutata atque inflexa fuerit, haud sanè ex toto constat.

CAPUT III.

DE JURE ECCLESIASTICO, QUOD SECULIS SECUNDO ET TERTIO OBTINUIT.

ARTICULUS PRIMUS.

QUi ea jam, quæ præcipua sunt, origines nempe Juris ecclesiastici è divinis fontibus, limpidis iis nulloque confœderationis traditionisve humanæ sequioris luto inquinatis haustas dedimus, jam ad evolvendas ejusdem, quæ seculo secundo & tertio obtinuere, rationes progredimur eodemque filo telam sic sat benè cœptam bonis avibus persequimur. Heic verò id jam ante omnia monendum venit, tantam esse in hoc campo monumentorum ecclesiasticorum penuriam (*a*), ut exasciati & perfecti quid vix dari etiam ab eruditissimis, ad quorum tamen lucem nos assurgere haud valemus, possit. Tota quippe disciplinæ ecclesiasticæ ratio, quæ in secundo & tertio post Christum natum seculo floruit, miraque ejus in omnibus Ecclesiis diversitas in scriptis iis σωζομένοις Virorum, qui eo tempore inter Christianos vixere, præstantissimorum, quæ etiamnum exstant, elata haud conspicitur. (*b*) Unde & patet, quænam vis ARGUMENTO NEGATIVO (*c*) in hâc historiæ Ecclesiasticæ parte insideat & quanta determinandis rebus hîc adferenda modestia, quanta diffidentia multâ cum ἐποχῇ permista iis adspergenda sit, quî &, quod commune nostrorum hominum vitium est, ad disciplinam sacram ex unius Scriptoris coætanei libello haustam, quæ utique particularis saltem existere potuit,

Ecclesiæ

Digitized by Google

Ecclesiæ universalis disciplina haud exigenda (*d*) nec ad seculorum sequiorum decempedam enarrandæ Ecclesiæ primitivæ rationes veniant, id quod iis familiare est, qui Autores primorum & sequiorum seculorum nullâ rebus distinctione adhibitâ, miscent. (*e*) Taceo DISCIPLINAM ARCANI, (*f*) quæ, cùm jam hisce temporibus invaluerit, in ecclesiastici juris vetustissimi latifundia inspicientibus nobis nescio quas tenebras hîc offundit.

(*a*) Scilicet fontium omnium, qui memorari hîc possunt, brevis admodum conspectus datur. Si enim hîc Clementem, si Hermam, si Ignatium, si Polycarpum, si Justinum M., si Irenæum, si Clementem Alex. si Tertullianum, si Plinium II. si Lucianum, si Cyprianum, si Minucium Felicem, si Hippolytum, si Origenem, si Gregorium Thaumaturgum nominaveris, omnes ferè, qui in partes hîc vocandi veniunt, nominaveris. Jam verò ad Canones Apostolicos constitutionesque illas, eodem quæ titulo ornantur, haud quaquam provocaverim. Etsi enim mea, quam de iisdem foveo, sententia compilationibus illis magis faveat, quam communis illa & recepta, ubi luxuria frondium cum radice arboris exscinditur, existimemque, plurima omninò heic inveniri, quæ ad secula ista priora pertineant, nolim tamen, quicquam ex iisdem hîc ut producatur, cùm difficilè oppidò sit, genuina ab iis, quæ mediante interpolatione in libellos istos immissa fuere, ad convictionem lectoris secernere. Qui verò, quæ hanc in rem jam olim diximus, legere anhelaverit, is ea, quæ ad Irenæi anecdota dedimus sub prælum proximè reditura, is &, quæ in primitiis Tubingensibus contra illustrem Virum, SCIPIONEM MAFFEJUM hanc in rem scripsimus, inspiciat necesse est.

(*b*) Accedit & hoc, quòd præstantissimi isti Viri perraro in scriptis suis datâ operâ Ecclesiæ disciplinam evolvunt calamumque rebus explicandis admovent, sed *ὡς ἐν παρόδῳ* saltem, quæ hùc pertinent, tractationi suæ adspergunt, atque obscurâ sæpius & tenebricosâ dictione animi sui cogitata hîc exprimunt, cujusmodi loca vel maximè in Tertulliano invenias.

(*c*) Argumentum negativum hoc est, quod ex silentio scriptorum coætaneorum facti nullitatem arguit. Jam quæritur: num argumentum hoc semper valeat, vel num positio hæc semper sit *ἐξεταστέα*: Id, quod Scriptores coætanæi haud enarrant, ad ætatem istam haud assurgit. Ubi nostra hæc est mens, thesin hanc non semper procedere,

Digitized by Google

re, maximè si ad ea tempora adplicetur, ubi magna scriptorum est penuria. Nec tamen existimaverimus, promiscuè illa tanquam vera admittenda esse, quæ à scriptoribus ætatum sequiorum tanquam olim facta memorantur. Jam enim in discernendis rebus judicium criticum hîc adhibendum venit fierique subinde solet, ut, ubi certi quid determinare non possumus, in βάθος ἐποχῆς nos præcipites demus, qui sapimus. Ast de argumenti negativi momento jam sufficienter egimus in primitiis Tubingensibus P. 2. p. 156. 186. 193. ubi & autores hanc in rem consulendos adjunximus, queis velim addas jam & Jo. Pearsonium, Episcopum olim in Angliâ Cestriensem in vindiciis Epistolarum S. Ignatii P. I. C. 11. f. 317. sqq.

(*d*) Ita scilicet, ubi ex Justino M. ubi ex Irenæo, ubi ex Tertulliano, ubi ex Cypriano quid adfertur, statim id pro disciplinâ ecclesiasticâ seculi secundi vel tertii venditatur. Nolim hoc ut fiat, mi lector. Rem ut manibus comprehendas, do instantiam. In Ecclesiis, quæ Augustanæ Confessioni adhærent, plurimæ habentur ordinationes Ecclesiasticæ, quarum una ab alterâ multis modis differre subinde conspicitur. Jam pone, ex his ordinationibus unam vel alteram saltem tibi, disciplinam Ecclesiæ Evangelicæ communem enarraturo cognitam esse. Nonne magnus hic solœcismus foret, si, quæ ex illa particularis Ecclesiæ cujusdam constitutione decepsisti, effata loco generalis cujusdam regulæ tibi esse paterere, ad cujus decempedam Ecclesiæ omnis Evangelicæ placita statutaque exigeres? Quod verò hîc incongruum est, id & quoad statuta canonesque veteres eam ipsam ob rationem haud valet. Jam autem error hic communiter erratur præjudiciumque istud omnibus ferè, re haud satis pensitatâ ad determinationem istam provolantibus obrepit.

(*e*) Hanc ἀβλεψίαν ferè Scriptores omnes committere conspicimus, qui eam, quâ par erat, distinctionem heic rebus non adhibent. Exempli loco esse possunt Caveus & Arnoldus.

(*f*) Non curiosum saltem & elegans est istud de disciplinâ arcani argumentum, sed & utile, sed & ad accuratam veteris Ecclesiæ investigationem necessarium. Scilicet, qui disciplinam arcani ignoraverit, ex quâ discrimen illud inter fideles, catechumenos & pœnitentes oritur, is veteris Ecclesiæ constitutionem penitus ignoret, necessum est. Dedimus rerum levem quandam adumbrationem in primitiis Tubingensibus P. 2. p. 148. sqq. ubi & p. 158. nominavimus Autores heic inspiciendos, quibus jam velim affundas Ph. Jac. Hartmannum de rebus

Digitized by Google

rebus gestis Christianorum sub Apostolis C. 12. p. 279. sqq. Fr. Spanhemium Opp. T. 1. f. 722. 723. & celeberr. Boehmerum in Jure Eccles. ant. p. 229. 230. ubi monet Vir præstantissimus, disciplinam arcani jam Tertulliani tempore receptam fuisse. Non verò dici satis potest, quàm necessaria hæc disciplina ad Historiæ Ecclesiasticæ veteris, suis sanè tenebris subinde involutæ, mysteria penetranda sit. Jam enim in Ecclesiâ veteri & Doctores & auditores in distinctas classes fusi erant, id quod postremum utique post disciplinam arcani abrogatam non amplius hodiè conspicitur.

ARTICULUS SECUNDUS.

At verò, ubi jam Oceanum dicendorum quendam ingredimur, ea, quæ heic tangenda nobis veniunt, (neque enim prolixam in rerum deductionem (*a*) abibimus,) suas in classes dispescimus. De doctoribus Ecclesiæ varioque eorum ordine, qui seculo secundo & tertio obtinuit, primùm enarranda mens nostra est. Postea & variæ auditorum classes & sacramentorum rituumque ecclesiasticorum, pœnitentiæ itidem varia disciplina evisceranda atque inspicienda est. Age, cùm naturalis hæc methodus sit, de doctoribus primùm dispiciamus. Nemo nescit, quanta lis eruditorum hîc mentes agitet, qui, prout huic vel illi sectæ hîc adhærent, diversa quoque heic principia fovent. Quæritur nempe, num jam hisce temporibus supereminentia illa episcopalis obtinuerit? Id quod omnes illi adfirmant, qui divinum illi jus affundunt, ii verò, qui Episcopos cum Presbyteris eosdem faciunt, hactenus pernegant, sed ita, ut ajant, disciplinam hanc episcopalem seculo secundo ex instituto quodam humano cœpisse. At enim, qui extra partium studium heic positus fuerit, existimabit, fuisse forsitan Ecclesias ab Apostolis plantatas, ubi unicus saltem Episcopus, plures doctores & presbyteri exstiterint, queis ille ex Apostolorum autoritate præfuerit & præcipua munia, quibus hi manum adfundere nequiverint, exercuerit, (*b*) fuisse & alias Ecclesias rursus Apostolorum operâ collectas, ubi omnes doctores æquali dignitate, æquali & episcoporum presbyterorumque nomine fulserint, (*c*) etsi & in has tandem supereminentia epi-

Digitized by Google

ſcopalis & in primis quoque iſtis temporibus inducta fuerit. Scilicet chariſmatum, experientiæ ſpiritualis & αὐτοψίας Dominicæ ætatisque Apoſtolicæ rationem hic ab Apoſtolis & Eccleſiis habitam fuiſſe tam clarum eſt quàm quod clariſſimum. Itaque, ſi quidem ſapere velint, qui in mutua heic viſcera ſæviunt, facilè hîc amico quodam connubio jungi poſſunt. Sit ita, uti Viri inſignes volunt, ut ſupereminentia Epiſcopalis divini juris eſſe exiſtimari poſſit, ſi modò adjiciatur, Epiſcoporum & Presbyterorum æqualitatem itidem divini Juris eſſe. Quod ipſum ſi ita ſe habet, patet, relictum hoc eſſe Eccleſiarum libertati & confœderationi, quamnam regiminis eccleſiaſtici formam eligere & conſtituere velint. Quin & porrò hinc manat, inficetum hoc eſſe atque valde inconcinnum, ſi Eccleſiæ, quæ diverſas hîc vias ſibi fecere, ubi una Epiſcopalis, altera presbyteriana, tertia mixti generis eſt, naſis aduncis heic ſeſe invicem ſuſpendere & brutis fulminibus impetere velint. Quidquid tamen hujus ſit, Epiſcoporum, Presbyterorum & Diaconorum ordo jam communior hoc ſeculo exſtitit, quibus in Eccleſiâ maximè Africanâ acceſſere lectores, (*d*) ſubdiaconi, Acoluthi & Exorciſtæ. (*e*) De doctrinâ de ſacerdotio N. T. & de diſtinctione inter Clericos & laicos (*f*) itemque de jurisdictione eccleſiaſtica, (*g*) quæ in conſtitutione Epiſcoporum rerumque eccleſiaſticarum diſpoſitione conſiſtit, non eſt, quod multa hîc dicamus, cum plenis velis ſuperſtitio nondum hoc tempore graſſata fuerit resque ſat benè tunc temporis adhùc ſe habuerit. Et hæc de Doctoribus ſufficiant. Jam & de Eccleſiarum inter ſe communionè & dignitate pauciſſima ſaltem infra damus. (*h*)

(*a*) Neque etiam à manibus noſtris hoc jam quis popoſcerit, qui viderit, nos libellum ſaltem academicum hîc conſcribere. Quin nec neceſſarium quoque hoc eſt, ſi, quæ prolixius dici poterant, in nervum conſtrinxeris & ſumma rerum momenta cum curâ tetigeris.

(*b*) Retulerit hùc quis Angelos illos ſive Epiſcopos Eccleſiarum Aſiaticarum, qui in Apoc. 2. 3. memorantur. Cùm enim presbyterorum nulla in epiſtolis illis Apocalypticis mentio occurrat, quorum tamen mentio vix negligi hîc potuiſſet, ſi Eccleſiæ Aſiaticæ illo tempore Pres-

Digitized by Google

Presbyteros habuissent, prona videtur hinc colligi posse consequentia, solos hîc Episcopos utramque ubique paginam fecisse. Nec tamen sic Episcopalibus frigida suffunditur, cùm hi Episcopos statuant rei Ecclesiasticæ dominos, ubi presbyteri adsunt. Insequitur alia quædam, quæ Episcopos evehat, ratio. Exstant nempe catalogi atque indices vetustissimorum in Ecclesiis Episcoporum, quos exempli gratia nobis dant Irenæus & Eusebius, & ad quos tantâ cum solicitudine Tertullianus provocat, qui & passim conspiciuntur, ubi series Episcoporum elata habetur. Habemus ita Episcopos Romanos, Hierosolymitanos, Alexandrinos, Antiochenos, alios. Maximum verò rebus pondus addit Ignatius, Episcopus ipse Antiochenus, qui seculo secundo ineunte floruit. Hic enim passim in epistolis suis, quæ ex eruditorum sententiâ minus interpolatæ creduntur, Episcoporum supereminentiam præ Presbyteris miris modis extollit. Vide ep. ad Ephes. §. 4. 5. 8. ubi & §. 1. laudatur Onesimus, Ephesiorum episcopus, itidem epist. ad Magnesianos, quorum episcopus Damas ab Ignatio celebratur & à Presbyteris Basso & Apollonio distinguitur §. 2. Addi possunt sequentia §. 3. 4. 6. 7. 13. ubi §. 6. dicitur, *episcopum præsidere loco DEI, Presbyteros loco Synedrii Apostolici esse, & Diaconos concreditum sibi habere ministerium JEsu Christi.* In epistola ad Trallianos §. 1. memoratur Episcopus Trallensium Polybius idemque Ecclesiastici consessus ordo recensetur §. 2. & §. 7. Episcopi Presbyteri & diaconi vocantur *altare, intra quod qui sit, mundus sit.* Adjici & potest epistola ad Romanos §. 3. 4. 7. 8. 9. ubi sanè Episcopus cum summo Sacerdote, Presbyteri cum sacerdotibus V. T. conferuntur, & §. 13. itemque epistola ad Philadelphienses §. 10. In epistolâ denique ad Smyrnæos §. 8. hæc habentur: *Omnes Episcopum sequimini, ut JEsus Christus Patrem, & Presbyterum ut Apostolos, Diaconos autem reveremini ut DEI mandatum. Sine Episcopo nemo quicquam faciat eorum, quæ ad Ecclesiam spectant. Rata Eucharistia habeatur illa, quæ sub Episcopo fuerit vel cui ipse concesserit. Ubi comparuerit Episcopus, ibi & multitudo sit, quemadmodum, ubi fuerit Christus JEsus, ibi Catholica est Ecclesia. Non licet sine Episcopo neque baptizare neque agapen celebrare, sed quodcunque ille probaverit, hoc & DEO est beneplacitum, ut tutum ratumque sit, quodcumque agitur.* Est tamen locus, qui argumenta omnia, quæ ex Ignatio pro supereminentiâ episcopali petuntur, subruat. Præterquam enim, quod nullibi ajat Ignatius, Episcopos jure divino Presbyteris præstare, solique Episcopo eodem jure ordinationem competere, in

Digitized by Google

epistolâ ad Magnesianos §. 3. hæc verba habentur, quæ Græca adponemus: καὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ συγχρᾶσθαι τῇ ἡλικίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν Θεοῦ πατρὸς πᾶσαν ἐντροπὴν αὐτῷ ἀπονέμειν, καθὼς ἐγνων καὶ τοὺς ἁγίους πρεσβυτέρους, οὐ προσειληφότας τὴν φαινομένην νεωτερικὴν τάξιν ἀλλ' ὡς φρονίμους ἐν Θεῷ συγχωροῦντας αὐτῷ, quæ latinè ita sese habent: *sed & vos decet non familiariter ac superbè uti ætate Episcopi sed secundum virtutem DEI Patris omnem impertiri illi reverentiam, non respicientes ad apparentem* juvenilem ordinationem *sed ut prudentes in DEO cedentes ipsi.* Scilicet si per νεωτερικὴν τάξιν non juvenilem sed novam constitutionem, quâ demum Episcopatûs supereminentia fuerit introducta, intellexeris, epocham natæ dignitatis & hierarchiæ Episcopalis jam habebimus. Et ita quidem Ignatiana hæc nos olim interpretati fuimus in libello Gallico: *la verité de la religion Protestante* p. 200. 201. Primus, qui hoc argumentum contra Episcopales adhibuit, fuit Ludovicus Capellus in Salmurienſibus de Episcopi & Presbyteri discrimine thesibus. Sed respondit Jo. Pearsonius in præfatione vindiciarum S. Ignatii, qui & telum hoc à Jo. Dallæo neglectum esse observat & Salmasium, qui idem vibrare nullus dubitavit, depectit, atque omninò ostendit, vocem νεωτερικὴ *juvenilem* ætatem episcopi denotare, uti 2. Tim. 2, 22. νεωτερικαὶ ἐπιθυμίαι *juveniles voluptates* sunt, quas tamen per *novarum rerum cupiditates* sed obtorto collo verbis raptis Salmasius vertere mallet. Scilicet idem illud hîc Ignatius dictum vult, quod 1. Tim. 4, 12. exstat: μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω, uti rectè ad h. l. Pearsonius idem in editione epistolarum Ignatii Smithianâ p. 42. notat. Hinc rectè Th. Smith in scholio ad hæc verba p. 78. *Sensus hic mihi quidem verus esse videtur, quem attigit interpolator* ὑ πρὸς τὴν φαινομένην ἀφορῶντες νεότητα. *Ad ætatem enim Damæ, cum planè juvenis esset, quod ex vultu ipsius cuivis manifestè* apparebat, *verba* τῇ φαινομένῃ νεωτερικὴν *referri debent. Non tamen prorsus abnuerim, tempus* nuperæ recentisque ordinationis *hîc quoque posse intelligi.* Ordinem *verò apud veterem interpretem pro* ordinationem *poni tralatitium est.* Hactenus Smithus. Post Ignatium memorare & Tertullianum convenit, qui non solùm successionem Episcoporum urget, sed etiam Episcopos, Presbyteros & Diaconos à se invicem distinguit. Vide librum de præscriptionibus adv. hæreticos C. 41. & de baptismo C. 17. Eadem distinctio & apud Cyprianum occurrit atque apud alios ferè omnes Ecclesiæ Patres, qui sequuntur. In Cypriano hoc vel maximè notandum, quod legem ordinationis in Episcopi constitutione urgeat, de unitate Ecclesiæ f. 111.

(c) Scili-

Digitized by Google

(c) Scilicet & ex ſeculo ſecundo effata adferri pro æqualitate Epiſcoporum & Presbyterorum poſſunt. *Seniores* ſive *Presbyteri* apud Hermam in Paſtore L. 1. Viſ. 3. ſub finem *Eccleſiæ præſunt* memorantur-que ita, ut nulla *Epiſcopi* mentio injiciatur. Idem Hermas L. 3. Sim. 9. §. 27. Epiſcopos præſides Eccleſiarum nuncupat. Ex quo conſpicere eſt, apud ipſum Epiſcopos & Presbyteros unum idemque fuiſſe. Clemens 1. Cor. §. 1. & 21. ἡγουμένους à Presbyteris videtur diſtinguere. Idem l. c. §. 42. de Apoſtolis: *κατὰ χώρας οὖν καὶ πόλεις κηρύσσοντες καθίσανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν. Prædicantes igitur per regiones & urbes primitias earum ſpiritu cùm probâſſent, in Epiſcopos & diaconos eorum, qui credituri erant, conſtituerunt.* Ex quo pateſcere videtur, Epiſcopos & Presbyteros apud Clementem eosdem eſſe. Id quod & ex §. 44. liquere videtur, ubi Epiſcopi & Presbyteri voces ſecum invicem commutantur. Nec §. 54. peculiaris quidam Epiſcopus memoratur, ubi *ovile cum conſtitutis Presbyteris* nominatur. Denique §. 57. unicum id commendatur, *Presbyteris ut ſubditi ſint* Corinthii. Atque ita profectò & Polycarpus in epiſtolâ ad Philippenſes §. 5. ait: oportet ſubjici *Presbyteris & diaconis tanquàm Deo & Chriſto*, non nominato Epiſcopo. Juſtinus M. ſub finem Apol. 2. lectorem à præpoſito diſtinguit & dein diaconorum ſaltem mentionem injicit. Irenæus, etſi Epiſcoporum ordinem in Eccleſiâ Romanâ recenſeat, tamen ab Epiſcopis Presbyteros haud diſtinguit. Jam enim L. 1. contra hær. C. 10. §. 2. memorat *τοὺς πρεσβυτέρους ἐν ταῖς ἐκκλησίαις*. Idem L. 4. C 26 §. 2. ſqq. & L. 5. C. 20. §. 1. 2. itidemque in fragmentis apud Euſebium Hiſt. Eccl. L. 5. C. 20. & 24. & Niceph. Hiſt Eccl. L. 4, C. 30. & 39. quæ in editione RENATI MASSUETI f. 339. ſqq. habentur, Epiſcopos presbyterosque ita miſcet, ut nullum planè hîc diſcrimen, quod mireris, appareat. Tertullianus etſi epiſcopum ſubinde, Presbyteros, Diaconos & lectores nominet ſucceſſionemque Epiſcopalem de præſcript hær. C. 32. plurimùm urgeat, tamen Apolog. C. 39. ait: *præſident probati quique ſeniores.* Addi poteſt Origines contra Celſ. L. 3. p. 129. ubi *οἱ βελτιστοὶ καὶ οἱ ἄρχοντες ἐκκλησίας θεοῦ* memorantur. Tacemus alia.

(d) Juſtinus M. ſub finem Apol. 2. memorat *τὸν ἀναγνώσκοντα*, & Cyprianus *lectorem* Optatum nominat, qui & ſimul *doctor audientium* fuit. Epiſt. 29. ordinis Felliani, 24. Pameliani. Quinam audientes fuerint, poſtea dicetur.

Digitized by Google

(*e*) Hypodiaconum idem eundem Optatum dicit, qui & lectorem Saturum se feciſſe memorat. l. c. Adde ep. 8. & 9. Sic & Presbyteros doctores, de quibus diſſ. X. Cyprianicam Dodwellus ſcripſit, hâc ipſâ epiſtolâ Cyprianus refert. Aſt forſan hæc Eccleſiæ Africanæ ſaltem adſcribenda quis dixerit, niſi Cornelius Epiſc. Rom. in epiſt. ad Fabium, Epiſcopum Antiochenum jam memoraret Presbyteros, Diaconos, ſubdiaconos, acoluthos, exorciſtas, lectores & oſtiarios. Vide Euſebii Hiſt. Eccl. L. 6. C. 43. f. 244. Sed locum in mendo cubare animadvertit J. G. Dorscheus, Theologus eruditiſſimus, quod refert G. Arnoldus in der abbildung der erſten Chriſten L. 2. C. 11. Acoluthos tamen & memorat Cyprianus, uti eſt apud S. Basnagium ann. pol. Eccl. ad A. 233. §. 6. 7. imo & exorciſtas, uti habet Frid. Spanhem. opp. T. 1. f. 741. Vide loca Cypriani ep. 7. Felli, Pamelii 36. itemque ep. 75

(*f*) Ut taceamus dicta V. T. ubi miniſtri Eccleſiæ N. T. ſubinde cum Sacerdotibus & Levitis componuntur Jeſ. 66, 21. Malach. 3, 4. Pſalm. 132, 16. notum eſt, in libris N. T. omnes fideles cum veteris Teſtamenti Sacerdotibus & templo conferri 1. Cor. 3, 16. 6, 19. 2. Cor. 6, 16. Eph. 2, 21. 3, 17. 1 Pet. 2, 5. 9. Ebr. 3, 6. Apoc. 1, 6. 5, 10. Adde Rom. 12, 1. Peculiari tamen ratione & ſacerdotium ſibi Paulus arrogat, quòd nempe Gentiles Deo per Evangelium offerat, id quod per converſionem eorundem contigit. Rom. 15, 16. Unde & loquendi ſaltem modus quidam hic eſt, quo hîc Apoſtolus utitur. Idem ſed exſtantiore quâdam ratione dein adhibitus legitur à Clemente Romano in 1. Cor. §. 40. Verba ſunt; *Cuncta ordine debemus facere, quæ nos Dominus juſſit peragere. Statutis temporibus oblationes & officia perfici neque temerè vel inordinatè fieri præcepit ſed præfinitis temporibus & horis. Ubi etiam & à quibus celebrari vult, ipſe excelſiſſimâ ſuâ voluntate definivit: ut pure & ſanctè omnia facta in beneplacito accepta eſſent voluntati ejus. Qui ergô aſſignatis temporibus oblationes ſuas faciunt, accepti & beati ſunt: nam, qui ſequuntur leges Domini, non aberrant. Summo quippe Sacerdoti ſua munia tributa ſunt & ſacerdotibus locus proprius aſſignatus eſt & Levitis ſua miniſteria incumbunt. Homo laicus præceptis laicis conſtringitur.* Mira certè ſunt, quæ hîc Clemens Romanus ponit, à Clemente Alex. & in conſtitutionibus Apoſtolicis repetita. In unum confluunt multa, quæ concoqui ſatis haud poſſunt. 1. *Dominum juſſiſſe oblationes perficere.* 2. *determinaſſe & eundem oblationum tempus.* 3. itidemque *perſonas offerentes* & 4. *locum oblationum peragendarum.* Denique 5. diſtin-

Digitized by Google

5. distinctio additur inter summum sacerdotem, sacerdotes & Levitas, à quibus omnibus laici secernuntur. Nec dicis gratiâ hæc omnia ponuntur sed ad Novum Testamentum applicantur, ita ut videatur credidisse & perperam quidem credidisse Clemens vel quisquis hæc scripsit, (inter tot enim veterum pias fraudes, suppositiones & corruptiones facillimè ad ἀρχὴν historicam hîc quis provolaverit,) disciplinæ Leviticæ rationes in novo fœdere haud abrogatas sed mutandis saltem mutatis retentas servatasque fuisse. Quæ omnia si rhetorico & oratorio dicendi genere quis ita saltem inflectere vellet, tantisper tolerari possent. Jam verò ex confusione ista oblatio veterum eucharistica tùm laica tùm sacerdotalis, utraque, si limites rebus ponas, innocens hactenus manavit, quæ tamen sequioribus dein temporibus infausto errore sacrificium missaticum peperit. Scilicet ex fontibus sacris constat, 1. solum Christum in N. T. summum Sacerdotem esse, id quod epistola ad Hebræos satis docet, 2. in N. T. dierum & horarum distinctionem sublatam esse, 3. nullas heic oblationes externas à Christo assignatas esse. 4. discrimen inter Clericos & laicos, quod in V. T. obtinuit, in N. T. exspirâsse, ubi omnibus omninò fidelibus sacerdotium competit. Nec tamen eam nos in sententiam delabimur, ac si Ecclesiæ N. T. disciplina cum templi Judaici disciplinâ planè comparari haud posset. Eadem quippe ratione hoc fieri potest, quâ Judæi disciplinam Synagogicam cum disciplinâ templi comparant. Vide CAMP. VITRINGAM de syn. vet. in proleg C. 4. p. 27. sqq. De oblationibus illis externis, quas Clemens memorat & §. 44. repetit, monendum hoc est, eas nec esse solas illas spirituales oblationes, quas communiter jactitant, precesque, nec sacrificium corporis Christi repetitum, quod in Missa sese peragere Romanenses arbitrantur, sed ESSE OBLATIONES illas PANIS ET VINI PRIMITIARUMQUE, quæ in Ecclesiâ vetere à fidelibus oblatæ (en oblationem laicam, quæ vocatur!) dein ab episcopo vel Presbyteris (en sacerdotalem!) precibus fusis sive ad Eucharistiæ usum sive in genere benedictæ fuere. Totam rem enucleavimus tùm in notis ad Irenæi fragmentum secundum adjectisque de oblatione & consecratione veterum Eucharisticâ dissertationibus, Hagæ Comitis A. 1715. impressis, tùm in dissertatione apologeticâ contra SCIPIONEM MAFFEJUM, Virum illustrem, quam deinde parti secundæ primitiarum Tubingensium inseruimus. Ignatius in epist. interpol. ad Smyrnæos §. 8. *Non licet sine episcopo neque baptizare*

Digitized by Google

zare neque offerre, neque ſacrificium immolare, neque convivium ſc. dominicum *celebrare.* At in epiſtolâ, quæ pro genuinâ venditur, ſaltem hæc habentur: *οὐκ ἐξόν ἐστι χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν οὔτε ἀγάπην ποιεῖν. Non licet ſine epiſcopo vel baptizare vel agapen facere.* Quæ utique melius ſe habent, eapropter ſcilicet conſtituta, quod ſapiente nullo res dirigente confuſio ſine dubio in Eccleſiâ Smyrnenſi ſuborta fuerat. Juſtinus M. oblationes repetit ſed omnibus eas fidelibus applicat, prout & fidelium omnium generale quoddam ſacerdotium eſſe idem ait in dialogo cum Tryphone Judæo f. 344 ubi: *ἀρχιερατικὸν τὸ ἀληθινὸν γένος ἐσμὲν τοῦ Θεοῦ.* Adderem heic Irenæum adv. hær. L. 4. C. 8. §. 3. ubi in verſione vetere: *Omnes enim juſti ſacerdotalem habent ordinem*, niſi verba Græca apud Jo. Damaſcenum & Ant. Meliſſam ita haberent: *πᾶς βασιλεὺς δίκαιος ἱερατικὴν ἔχει τάξιν*, etſi & ſic ſacerdotium Clericatu latius reddatur, nèc nos morentur ea, quæ REN. MASSUETUS, Monachus Benedictinus Pariſienſis è Congr. S. Mauri, nobis, dum viveret, amiciſſimus in diſſ. 3. in Irenæum f. 151. 152. contra Jo. ERN. GRABIUM hîc poſuit. Jam & diſtinctionem inter Clericos & laicos Tertulliani tempore obtinuiſſe ex ejusdem libro de præſcript. hæret. C. 41. patet. Adde de baptiſmo C. 17. ubi & *Epiſcopus ſummus Sacerdos* dicitur, & exhortationem ad caſtitatem C. 7. ubi habetur diſtinctio inter *Sacerdotes* & *laicos*, quam tamen ita inflectit Tertullianus, ut ajat, *ubi eccleſiaſtici ordinis non ſit conſeſſus, ſacerdotis jus & diſciplinam quemvis habere.* Cyprianus jura Sacerdotum V. T. in miniſtros Eccleſiæ N. T. quos eodem nomine donat, paſſim transfert, bonâ quidem intentione, quis enim pietatem Viri ex ſcriptis ipſius plurimùm effulgentem haud exoſculetur? ſed perverſâ rerum applicatione, quæ dein in maximum directionis eccleſiaſticæ abuſum ceſſit. Idem & altare & oblationes, vicarias etiam illas, in epiſtolis ſuis haud uno loco memorat. Clericos autem & laicos datâ operâ is ipſe etiam diſtinguit, obtinuitque dein iſta diſtinctio ab illius temporibus uſque ad noſtrum hoc ævum. Repetamus hanc in rem noſtram mentem, quam jam effati ſumus. Si per clericos doctores Eccleſiæ & per laicos auditores ſaltem intelligantur, tranſeat hoc tantiſper. In terminis ſimus faciles. At ſi res ita computetur, ut credatur clericis certus quidam ſanctitatis character adſperſus, qui in ſubjecto clericali tanquam dignitas quædam atque ἕξις ſacra effulgeat atque dein laicos, qui nominantur, ad ignobiliorem in eccleſiâ gradum detrudat ipſisque ſolam obſequii & ſubmiſ-

Digitized by Google

ſubmiſſionis gloriam relinquat, primus egomet, Theologus licet, fuerim, qui ſublato lapide, hoc quicquid eſt monſtri contundam, donec è terrâ viventium deleatur. Spectrum ejusmodi in ſcholis ſacris haud tolerandum ſed adhibito eo, quo par eſt, exorciſmo auditoriis Eccleſiisque noſtris exigendum eſt. Nobilitatem dignitatemque ſacram nonniſi chariſmata ſanctiora majorque rerum divinarum cognitio & experientia, denique major in ſanctitate Chriſtianâ vitaque ſpirituali gradus adaugent. His ſi careat Clericus, ſi careat Eccleſiæ Doctor, laico ſanctiore infinities eſt ignobilior. Hìc enim pretium affectionis humanæ haud valet, ſed pretium internum, quod DEus rebus ponit. Egregius hanc in rem habetur locus apud Clem. Al. L. 6. Strom. f. 667. cui omninò calculum adjicimus. *Licet ergò nunc eis quoque, qui ſe in dominicis exercuere mandatis & perfectè vixere convenienter Evangelio, perfectè & gnoſticè ubi vixerint, in ſelectum numerum Apoſtolorum adſcribi. Hic reverâ eſt Presbyter Eccleſiæ & Diaconus verus voluntatis divinæ, ſi facit & docet ea, quæ ſunt Domini, non qui ab hominibus per impoſitionem manuum ordinatus aut qui propterea, quia Presbyter, juſtus æſtimatus eſt, ſed qui propterea, quia juſtus eſt, ad Presbyterium electus eſt. Atque licet hìc in terris non honoratus fuerit primâ ſede, ſedebit in viginti quatuor thronis populum judicans, ut dicit Johannes in Apocalypſi.* Nec eſt, quod negligamus hìc hiſtoriam illam converſæ per Frumentum Indiæ, mercatoribus Romanis Chriſtianis iisque nullâ manuum impoſitione vel clericali charactere hactenus ornatis ſacra facientibus. Vide Ruffinum Hiſt. Eccl. L. 1. C. 9. Theodoretum Hiſt. Eccleſ. L. 1. C. 23. & Socrat. Hiſt. Eccl. L. 1. C. 19. Etſi enim diluere illa conatus fuerit & Petavius in diatribâ de poteſtate conſecrandi & ſacrificandi Sacerdotibus à DEO conceſſâ deque communione uſurpandâ C. 3. itemque Henr. Dodwellus in diſſ. de jure laicorum ſacerdotali ex ſententia Tertulliani aliorumque veterum adv. anonymum diſſertatorem de cœnæ adminiſtratione, ubi paſtores non ſunt C. 4. p. 272. ſqq. facilis tamen ubique eſt reſponſio. Vide poſt alios P. J. Sklerandri hiſtoriam antiquitatum Eccleſ. p. 125. ſqq. Quæ dum ponimus, non poſſumus non, ubi calamus jam in hoc argumento enarrando currit, benevolum lectorem paucis monere, magnam olim litem de jure laicorum ſacerdotali ex occaſione verborum Tertulliani de exhortatione caſtitatis C. 7. inter Viros ſummos, Rigaltium & Albaspinæum itemque Grotium, Petavium Salmasiumque, qui larvam Walonis Messalini ſumſit, agitaram fuiſſe, jurgio huic dein ſeſe admiſcentibus

Digitized by Google

Andrea Riveto, Jo. Cloppenburgio, Georgio Ambiano & denique Henrico Dodwello, qui rerum hîc geſtarum recenſionem ſatis luculentam nobis dedit in præfatione collectionis diſſertationum Grotii, Petavii & Cloppenburgii hanc in rem dudum editarum, queis & ipſe amplam ſatis diſſertationem de jure laicorum ſacerdotali jam à nobis citatam Londini A. 1685. adfudit. Prima pugna exarſit inter Nic. Rigaltium, Romanenſem quidem illum ſed Reformatis principiis ſubinde inhiantem, qui A. 1628. Tertullianum è codice MS. Agobardi emendaverat & obſerv. 19. jus laicorum ſacerdotale abſentibus prorſus paſtoribus ex Tertulliano plurimùm evexerat, & Gabrielem Albaspinæum, Epiſcopum Aurelianenſem, qui in libro Gallico de Euchariſtiâ Rigaltium depexum dedit, unde lis poſtmodum ad Pontificem delata mox morte Albaspinæi, quæ A. 1630. contigit, finita fuit. Rigaltii ſententiam in diſſ. de cœnæ adminiſtratione, ubi Paſtores non ſunt, & an ſemper communicandum ſit per ſymbola, A. 1638. * defendit Hugo Grotius, cui ſequente anno reſpondit Dionysius Petavius è Soc. JEſu, qui vocem *offerre*, quæ apud Tertullianum exſtat & laicis in caſu neceſſitatis adſignatur, miro ſenſu ſaltem pro *diſtribuere* ſumendam baptiſmique adminiſtrationem laicis in eodem neceſſitatis caſu permiſſam eſſe dictitavit in citatâ diatribâ, quæ & ſeparatim primùm & dein in collectione Dodwelliana cuſa & poſtremum operi de theologicis dogmatibus T. 4. edit. Amſtelod. f. 203. ſqq. affuſa conſpicitur. At Rigaltianam Grotianamque ſententiam denuò in ſcenam reduxiſſe Walonem Messalinum ſive Claudium Salmasium in diſſ. 1. de epiſcopis & Presbyteris autor eſt Dodwellus, qui etſi in eo non erret, quod putat, Salmasium Grotii ſententiam tenuiſſe, tunc tamen lectorem fallit, quòd Salmasium tanquam Scriptorem, qui datâ operâ Grotii ſententiam in ſcenam heic reduxerit, allegat. Quæ enim apud Messalinum C. 5. p. 384. ſqq. habentur, inſperſa ſaltem ſunt. Grotio verò ſeſe oppoſuere, uti ex Romanenſibus G. Ambianus in ſuis ad Tertullianum adnotationibus, quem plurimi ſecuti ſunt, ita ex Reformatis Rivetus in apol. n. 45.

* Habentur & diſſertationes hæ in H. GROTII operibus theologicis Amſtel. A. 1679. editis n. 14. 15. f. 507. ſqq. Verſio vero earundem Anglica exſtat in a defence of the rights of the Chriſtian Church London 1709. P. 2. ubi p. 177. ſqq. videre eſt two tracts of H. Grotius on thoſe queſtions: 1. *Whether the ſacrament of the Lord's ſupper may be adminiſtred, where there are no Paſtors?* 2. *whether it be neceſſary at all times to communicate with the ſymbols?*

Digitized by Google

n. 45. & CLOPPENBURGIUS in diſſ. ſel. IV. quæ tùm à DODWELLO in collectione iſtâ edita, tùm operum Cloppenburgianorum T. 1. p. 592. ſqq. inſerta eſt, ubi vero ſaltem poſterior diſſertationis Grotianæ pars: *num ſemper communicandum ſit per ſymbola?* diluitur. DODWELLI, qui omnia ferè iſta in unum faſciculum flavit, diſſertationem jam nominavimus. At verò mirum eſt, tantopere eum verba Tertulliani hìc torſiſſe, ut diceret, iis ſolùm laicis poteſtatem tingendi & offerendi conceſſiſſe Tertullianum, qui Prophetæ exſtiterint. Vide C. 3. §. 21. ſqq. p. 243. ſqq. Jam totam hanc controverſiam varii ſunt Autores, qui poſt DODWELLUM recenſeant. RICH. SIMON in lettres choiſies, quæ Amſtel. A. 1700. 12. prodiere, lettre 3. p. 11. 12. hæc nobis ſingularia dat: *un de mes amis, qui ſait le fin de cette diſpute, prétend, que l'Evêque* (de l'Aubeſpine) *ne fit tout ce grand bruit* (contre Rigaut) *que dans la vûe d'être nommé au Cardinalat.* Addit poſtea de GROTIO: *Pour ce qui eſt de* Grotius, *il a outré ſon ſujet. Il avoit d'étranges opinions la deſſus: on m'a aſſuré, qu'il béniſſoit tous les jours le pain â table & qu'il prétendoit donner l'Euchariſtie â ceux qui étoient avec luy. C'étoit, diſoit il, communier â l'Apoſtolique, comme ſi les Apôtres avoient ſuivi en cela l'uſage des Juifs, parmi leſquels le Pére de famille ou le plus ancien de l'aſſemblée faiſoit la benediction. Vous voyés que c'eſt encherir de beaucoup ſur* Tertullien *de la maniere qu'il eſt explique par* Rigaut. „ Et certum eſt, GROTIUM, ubi legatum olim Pariſiis egit, nec Romanenſium nec Reformatorum communioni ſeſe addixiſſe, utpote qui tunc religionibus conciliandis curas ſuas conſecravit. Vide DODWELLUM in præf. collectionis citatæ §. 6. SIMONEM ſequatur LUDOVICUS ELLIES DU PIN, Theologus Sorbonicus in Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques T. 17. articulis *L'Aubeſpine* p. 143. *Petau* p. 214. ſqq. & *Rigault* p. 227. DUPINIO adjungendi veniunt TH. ITTIGIUS in ſel. cap. Hiſt. Eccl. Sec. 2. C. 4. §. 12. ſqq. p. 251. ſqq. & celeberrimus BOEHMERUS in jure eccleſ. ant. diſſ. 4. de coitionibus Chriſtianorum ad capiendum cibum §. 24. p. 274. qui & deinde DODWELLI explicationem §. 25. p. 277. 278. refutat. Tacemus ea, quæ nos in diſſ. de conſecr. vet. Euch. §. 23. p. 490. ſqq. poſuimus, niſi quod, quæ dicere ibidem negleximus, tantiſper hìc ſupplenda nobis videantur. Pertinet nempe & hùc diſquiſitio illa: num diaconis liceat Euchariſtiam conſecrare vel adminiſtrare. Quod poſterius attinet, nullum dubium eſt, quod nos hìc angat. In Conſt. Apoſt. L. 8. C. 12. Diaconi dicuntur ὑπηρετεῖσθαι τῷ τοῦ κυρίου σώματι & τῇ προσφορᾷ τῆς εὐχαριστίας

χολάζεσθαι Cyprianus in libro de lapsis: *Calicem Diaconus offerre præsentibus cœpit.* Ambrosius de officiis L. 1. C. 41. ita loquentem refert Laurentium diaconum, cum Sixtus Papa ad Martyrium duceretur: *Quò progrederis sine filio Pater, quò, Sacerdos sancte, sine diacono properas Nunquam sacrificium sine ministro conferre consueveras. Quid ergo in me displicuit Pater? numquid degenerem probasti? Experire certe, utrum idoneum ministrum elegeris, CUI COMMISISTI DOMINICI SANGUINIS CONSECRATIONEM, cui consummandorum consortium sacramentorum, huic tui sanguinis consortium negas,* Ait THEODORICUS RUINARTUS in actis Martyrum sinceris f. 196. hunc locum, qui ita in Benedictinorum editione obstetricantibus JACOBO DU FRISCH & NIC NOURRIO datâ legitur, à suis beneficio codicum MSS. restitutum esse, observatque etiam, consecrationem & dispensationem hîc unum idemque esse, id quod vel ex Augustino pateat, qui serm. 304. scribat, Laurentium *sacrum Christi sanguinem ministrâsse,* quod & in Missali Mosarabico exstet. Adde edit. Ambrosii Benedict. T. 2. f. 55. ubi editio Romana contra Hospinianum tantisper defenditur aliaque egregia adsperguntur. Distributionem quoque diaconis adscribit Justinus M. Apol. 2. f. 9. Imo & Innocentius III. lib. 1. Myst. Missæ C. 5. de *Diaconis* ait, eos *Eucharistiam offerre* sive dispensare. Alibi in contraria omnia itur. Vide Concil. Nic. C. 18. Conc. Laod. C. 25. Hieron. adv. Lucifer. Epiph. hær. 79. Fulbert. Carnot. hær 36. & Cæsarium Heisterbac. L. 5. de mirac. C. 19. ut alios plurimos autores ex veteribus taceamus. Quæ si quis nosse avet, adeat præter notam illam eruditam Benedictinorum ad Ambrosium Jo. HARDUINUM in embolo 1. de potestate consecrandi, quod & in operibus selectis invenitur, ubi probare Vir insignis annititur, Diaconos nunquam potestatem consecrandi habuisse & Tertullianum laicis nonnisi spirituale sacerdotium adjudicâsse, quod & observat L. E. DU PIN in libro citato T. 19. p. 108. Ast quam quæso in prolixitatem, dum enthusiasmo scribendi calamum commodamus, heic præter intentionem nostram excurrimus? Quod restat, Autores de discrimine clericorum & laicorum congessit doctissimus FABRICIUS in Bibliogr. ant. C. 13. §. 1. p. 442. 443. ubi & observatur, celeberr. BOEHMERUM ob rejectam hanc distinctionem à Jesuitis Parisiensibus refutatum fuisse. Nos ad omnes istos Autores præter DODWELLUM supra notatum addimus Reverendiss. HOOPERUM in discursu Anglico de jejunio P. 2. Rep. 1. C. 8. p. 291. sqq. qui omninò conferendus iis est, qui

Digitized by Google

qui ex aſſe hoc argumentum noſſe anhelant & G. ARNOLDUM in der abbildung der erſten Chriſten L. 2. C. 5. f. 195. ſqq.

(g) Directio cœtuum, uti vidimus, à veteribus mox epiſcopis; mox ſenioribus adſcribitur. Clemens Rom. 1. Cor. §. 57. jubet, Presbyteris ut ſubditi ſimus, etſi §. 44. ajat, Apoſtolos nonniſi conſentiente Eccleſiâ epiſcopos olim conſtituiſſe. Ignatius ita ad Magneſianos §. 6. *Hortor, ut hoc ſit veſtrum ſtudium, in Dei concordia omnia agere Epiſcopo præſidente Dei loco & Presbyteris loco ſenatûs Apoſtolici & Diaconis, quibus commiſſum eſt, miniſterium JEſu Chriſti.* Alibi, uti vidimus, poteſtatem Epiſcopalem idem & valdè evehit. Vide eandem epiſt. ad Magnes. §. 13. In epiſtolâ ad Trallianos §. 2. 7. 13. is ipſe plebem & Epiſcopo & Presbyteris ſubjicit. Adde ep. ad Philad. §. 7. & ad Smyrnæos §. 8. ubi hæc verba inveniuntur: *Omnes Epiſcopum ſequimini, ut Jeſus Chriſtus Patrem, & Presbyterium, ut Apoſtolos, Diaconos autem reveremini ut Dei mandatum Sine Epiſcopo nemo quidquam faciat eorum, quæ ad Eccleſiam ſpectant. Rata Euchariſtia habeatur illa, quæ ſub Epiſcopo fuerit, vel cui ipſe conceſſerit. Ubi comparuerit Epiſcopus, ibi & multitudo ſit: quemadmodum, ubi fuerit Chriſtus Jeſus, ibi Catholica eſt Eccleſia. Non licet ſine Epiſcopo neque baptizare, neque Agapen celebrare, ſed quodcunque ille probaverit, hoc Deo eſt beneplacitum, ut tutum ratumque ſit, quodcunque agitur.* Nec tamen ita hæc omnia ſunt capienda, ac ſi Ignatius omnia plebis jura deſtructum iviſſet. Electionis enim jus plebi is vendicat in epiſtolâ ad Philadelphienſes §. 10. Adde ejusdem ep. ad Polyc. §. 7. Tertullianus in libro de fugâ in perſecutione C. 13. *Epiſcopi univerſi plebi mandare jejunia ſolent.* Idem de baptiſmo C. 17. *Dandi quidem jus habet ſummus Sacerdos, qui eſt Epiſcopus. Debinc Presbyteri & Diaconi, non tamen ſine Epiſcopi autoritate propter Eccleſiæ honorem, quo ſalvo, ſalva pax eſt. Alioquin etiam laicis jus eſt,* & quæ ſequuntur. Pertinet hùc quoque locus ille in exhortatione ad caſtitatem C. 7. *Differentiam inter ordinem & plebem conſtituit Eccleſiæ autoritas & honor per ordinis conſeſſum ſanctificatus, adeò, ubi eccleſiaſtici ordinis non eſt conſeſſus, & offers & tingis Sacerdos, qui es tibi ſolus.* In Cypriano denique & egregia planè aureaque hanc in rem & talia quoque, quæ πνευματικὰ eſſe videntur, inveneris. Ecce illa, à Cypriano in Concilio Carthaginenſi A. 256. de baptizandis hæreticis dicta: *Audiſtis, Collegæ dilectiſſimi, quid mihi Jubajanus, Coepiſcopus noſter ſcripſerit, conſulens mediocritatem noſtram de illicito & profano hæreticorum baptiſmo*

& quid ego ei reſcripſerim, cenſens ſcilicet, quòd ſemel atque iterum & ſæpe cenſuimus, hæreticos ad Eccleſiam venientes Eccleſiæ baptiſmo baptizari & ſanctificari oportere. Item lectæ ſunt vobis & aliæ Jubajani literæ, quibus pro ſuâ ſincerâ & religioſâ devotione ad epiſtolam noſtram reſcribens non tantùm conſenſit ſed etiam inſtructum ſe eſſe gratias egit. Supereſt, ut de hâc ipſâ re ſinguli, quid ſentiamus, proferamus, NEMINEM JUDICANTES AUT A JURE COMMUNIONIS ALIQUEM, SI DIVERSUM SENSERIT, AMOVENTES. Aurea verba, quæ quis eſt qui haud exoſculetur? Sed pergit Vir eximius: *NEQUE ENIM QUISQUAM NOSTRUM EPISCOPUM SE EPISCOPORUM* (quem titulum jam ſibi arrogare eo tempore incipiebant Romani Pontifices, uti videre eſt apud Tertullianum de pudicitiâ C. 1,) *CONSTITUIT, aut tyrannico errore ad obſequendi neceſſitatem Collegas ſuos adigit, quando habeat omnis Epiſcopus pro licentiâ libertatis & poteſtatis ſuæ arbitrium proprium, tamque judicari ab alio non poſſit, quam nec ipſe poteſt judicare. Sed exſpectemus univerſi judicium Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui unus & ſolus habet poteſtatem & præponendi nos in Eccleſiæ ſuæ GUBERNATIONE & de actu noſtro judicandi.* Adde lib. de Unitate Eccleſiæ f. 108. editionis Bremenſis. Quàm verò vellem jam ego, ut omnes illi διστρεφόμενοι. omnes illi hæretifices, qui in Eccleſiarum gremiis ſunt, irretortis oculis hoc Cypriani effatum jugiter adſpicerent ſtyloque adamantino ſuis id mentibus penitus inſcribi imprimique paterentur. Aſt aliam tibiam Cyprianus inflare videtur, ubi epiſt. 4. f. 9. ita infit: *Nec putent ſibi vitæ aut ſalutis conſtare rationem, ſi Epiſcopis & Sacerdotibus obtemperare noluerint, cum Deuteronomio* (C 17. comm. 12.) *Dominus Deus dicat:* Et homo, quicunque fecerit in ſuperbiâ, ut non exaudiat Sacerdotem aut judicem, quicunque fuerit in diebus illis, morietur homo ille, & omnis populus cùm audierit, timebit, & non agent impiè etiam nunc. *Interfici Deus juſſit Sacerdotibus ſuis non obtemperantes, judicibus à ſe ad tempus conſtitutis non obedientes, ſed tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc & circumciſio carnalis manebat, nunc autem, quia circumciſio ſpiritalis eſſe apud fideles ſervos Dei cœpit, SPIRITALI GLADIO ſuperbi & contumaces necantur, DUM DE ECCLESIA EJICIUNTUR. Neque enim vivere foris poſſunt, cum domus Dei una ſit & nemini ſalus eſſe niſi in Eccleſiâ poſſit.* In meliorem tamen partem in ſequentibus ea Cyprianus noſter explicat, ubi ad Pomponium ita ſcribit: *Ergò ne indiſciplinati conſumantur & pereant, da operam,* frater chariſſime, *ut*

quantum

Digitized by Google

quantum potes, CONSILIIS salutaribus fraternitatem regas & singulis ad salutem suam consulas. Arcta & angusta est via, per quam gradimur ad vitam, sed summus & magnus est fructus, cum pervenimus ad gloriam. Scilicet sola illa ejectio, quæ per modum CONSILII & per modum SECESSIONIS, quâ à scandalosis hominibus Ecclesiam nosque abstrahimus, fit, spiritualem genium refert. Nec alia tunc quoque in Ecclesiâ in usu esse poterat, quæ sub magistratu ethnico adhùc premebatur. Ast, qui & alios Cypriani textus evolverit, haud inficiatus fuerit, si modò partium studium sepositerit, Cyprianum, optimum Virum, dum episcopatum cum sacerdotio veteris Testamenti securè nimis composuit, extra oleas paulisper vagatum esse. Ita enim ille in epistolâ ad Cornelium, quæ est apud Fellum 59. apud Pamelium 55. post alia, quibus *Episcopatus vigor & Ecclesiæ gubernandæ sublimis ac divina potestas* commendantur, f. 128. 129. *Quomodo possunt censuram Domini ultoris evadere, qui talia ingerunt non solum fratribus sed & sacerdotibus, quibus honor tantus de DEI dignatione conceditur, ut, quisquis Saterdoti ejus & ad tempus hic judicanti non obtemperaret, statim necaretur? ..... Cùm hæc tanta ac talia & multa alia exempla præcedant, quibus SACERDOTALIS AUCTORITAS & POTESTAS de divinâ dignatione firmatur; quales putas esse eos, qui Sacerdotum hostes & contra Ecclesiam Catholicam rebelles nec præmonentis Domini comminatione nec futuri judicii ultione terrentur? Neque enim aliunde hæreses abortæ sunt aut natæ sunt schismata, quam inde, quod Sacerdoti Dei non obtemperatur nec unus in Ecclesiâ ad tempus Sacerdos & ad tempus Judex vice Christi cogitatur. Cui si secundum magisteria divina obtemperaret fraternitas universa, nemo adversum Sacerdotum collegium quicquam moveret, nemo post divinum judicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum judicem se jam non Episcopi sed Dei faceret: nemo dissidio unitatis Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens seorsim foris hæresin novam conderet, nisi ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, ut putet, sine Dei judicio fieri Sacerdotem.* Eosdem flosculos alibi quoque in Cyprianeis invenire est. Inspice, si placet, lector, epistolam 3. ad Rogatianum f. 5. 6. & videbis semina dominii ecclesiastici eo tempore jam improvidè jacta, ubi nempe potestas sacerdotalis veteris Testamenti ad ministros novi fœderis tracta fuit. Nec solum hoc argumentum est, quod pro jurisdictione & potestate ecclesiasticâ Episcoporum adfert Cyprianus è sacerdotali V. T. dignitate desumtum, sed & jus clavium & successio Aposto-

Digitized by Google

Apoſtolica, ubi utique à Tertulliano Montaniſtâ is plurimùm abit, qui in libro de pudicitia C. 21. poteſtatem ſolvendi & alligandi perſonaliter Petro non Eccleſiæ collatam & à Petro imbutam clavem eſſe ait. Nolumus adferre, quæ præſtantiſſimus BOEHMERUS in jure eccleſ. ant Diſſ. 3. p. 210. ſqq. plenis manibus lectori hîc enucleanda atque deguſtanda præbet, ubi ſane & ambitionem Epiſcoporum ſenſim ſenſimque ingruentem cauſam jurisdictionis arrogatæ & hanc ipſam decretis ſynodalibus jam illis ipſis temporibus exercitam fuiſſe oſtendit. Nihilominus haud diſſimulandum hîc venit, jurisdictionem ſacram non Epiſcopis ſolis, plebe inconſultâ, competiiſſe. Id quod ſæpius Cyprianus teſtatum facit. Ita ſcilicet is epiſt. 4. ad Pomponium, f. 7. 8. *Primo igitur loco*, frater cariſſime, & *præpoſitis & plebi nihil aliud elaborandum eſt, quam ut, qui Deum timemus, cum omni obſervatione diſciplinæ divina præcepta teneamus nec patiamur errare fratres noſtros & pro arbitrio & ructu ſuo vivere ſed ad vitam ſingulis fideliter conſulamus.* Explicatius idem epiſt. 30. f. 58. 59. Verba hæc ſunt: *Nondum eſt Epiſcopus propter rerum & temporum difficultates conſtitutus, qui iſta omnia moderetur, & eorum, qui lapſi ſunt, poſſit cum auctoritate & conſilio habere rationem. Quanquam nobis in tam ingenti negotio quod & tu ipſe tractâſti prius, Eccleſiæ pacem ſuſtinendam, deinde, ſic collatione conſiliorum cum Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis, confeſſoribus, PARITER & STANTIBUS LAICIS* (hæc verba velim probè ut conſiderent, Clero qui omnia adjudicant) *factâ lapſorum tractare rationem*, & quæ ſequuntur. Nec abludunt Moyſes & Maximus Presbyteri & Nicoſtratus itemque Rufinus, Diaconi & cæteri Confeſſores in literis ad Cyprianum datis, quæ in Cyprianeis Fellianis num. 31. conſpiciuntur, ubi hæc legas: *Animadvertimus enim, te congruente cenſurâ & eos dignè objurgaſſe, qui immemores delictorum ſuorum pacem à Presbyteris per abſentiam tuam feſtinata & præcipiti cupiditate extorſiſſent, & illos, qui ſine reſpectu Evangelii ſanctum Domini canibus & margaritas porcis profana facilitate donaſſent: cum grande delictum & per totum penè orbem incredibili vaſtatione graſſatum non oporteat niſi, ut ipſe ſcribis, cautè moderatèque tractari, conſultis omnibus Epiſcopis, Presbyteris, Diaconibus,* (hæc verò alapa Priſciano ſemper in operibus Cypriani infligitur,) *Confeſſoribus & ipſis ſtantibus Laicis, ut in tuis literis & ipſe teſtaris, ne dum volumus importune ruinis ſubvenire, alias majores ruinas videamur parare.* Addi debet epiſt. 49. f. 93. Quin ait Cyprianus ep. 14. f. 33. *ſe à primordio Epiſcopatûs ſui ſtatuiſſe, NIHIL SINE*

Digitized by Google

SINE CONSILIO Presbyterorum & Diaconorum, *& SINE CONSENSU PLEBIS ſuâ privatim ſententiâ gerere.* Adjice ep. 15. f. 35. Quid quòd tanta eo tempore fuere plebis jura, ut ad conſtitutionem epiſcopi ſuffragia ejus requirerentur, Vide Cypriani epiſt. 55. f. 104. ubi: *Factus eſt autem Cornelius Epiſcopus de DEI & Chriſti ejus judicio & de clericorum penè omnium teſtimonio, de plebis, quæ tunc affuit, ſuffragio & de ſacerdotum antiquorum & bonorum Virorum collegio, cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Fabiani locus, id eſt, cùm locus Petri & gradus cathedræ Sacerdotalis vacaret.* Nec negligendus hîc venit locus, qui ep. 19. f. 42. exſtat. *Hoc enim & verecundiæ & diſciplinæ & vitæ ipſi omnium noſtrûm convenit, ut præpoſiti cum clero convenientes, præſente & ſtantium plebe, quibus & ipſis pro fide & timore ſuo bonos habendus eſt, diſponere omnia conſilii communis religione poſſimus.* Denique & adferenda hîc Eccleſiæ illa definitio, egregia planè, quam Cyprianus ponit, Epiſt. 33. apud Pamel. 27. Initium ejus ita habet: Cyprianus lapſis: *Dominus noſter, cujus præcepta metuere & obſervare debemus, Epiſcopi honorem & Eccleſiæ ſuæ rationem diſponens in Evangelio loquitur & dicit Petro:* Ego tibi dico, quia tu es Petrus.... ſoluta in cœlis. „*Inde per temporum & ſucceſſionum vices Epiſcoporum ordinatio & eccleſiæ ratio decurrit, ut Eccleſia ſuper Epiſcopos conſtituatur: & omnis actus Eccleſiæ per eosdem præpoſitos gubernetur. Cùm hoc itaque DIVINA LEGE fundatum ſit, miror, quosdam audaci temeritate ſic mihi ſcribere voluiſſe, ut Eccleſiæ nomine literas facerent, quando Eccleſia in Epiſcopo & Clero ET IN OMNIBUS STANTIBUS ſit conſtituta.* Quem locum eapropter totum poſuimus, ut tota mens Cypriani nobis conſtet, qui quidem ſacerdotii vigorem & poteſtatem plurimùm & terminis, qui hùc haud pertinent, adhibitis evehit, nec tamen PLEBIS CHRISTIANÆ JURA ullâ ratione jugulat. Nec valent profectò hîc Henr. Dodwelli ſomnia, quæ egregiè difflavit ſolidèque diluit nobiliſſimus, quem ſæpius citamus atque noſtras ſubinde in partes vocare amamus, Boehmerus in jure eccleſ. ant. diſſ. 3. §. 64. p. 200. ſqq. qui & egregium iſtum locum in epiſt. 67. ordinis Felliani 68. f. 171. edit. Brem. exſtantem in medium profert, ubi ita Cyprianus cum ſuis ad Legionenſes, Aſturicenſes & Emeritanos Chriſtianos ſcribit: *Propter quod plebs obſequens præceptis dominicis & DEum metuens à peccatore præpoſito ſeparare ſe debet nec ſe ad ſacrilegi ſacerdotis ſacrificia miſcere; quando ipſa maximè habeat poteſtatem vel eligendi dignos Sacerdotes vel indignos recuſandi.* Addit idem Vir clariſſimus epiſt. 68. f. 177.

Digitized by Google

ubi Cyprianus Stephano fratri ita ſcribit : *Dirigantur in provinciam & ad plebem Arelate conſiſtentem à te literæ, quibus abſtento Marciano alius in locum ejus ſubſtituatur & grex Chriſti, qui in hodiernum ab illo diſſipatus & vulneratus contemnitur, colligatur.* Quæ etſi ita ponantur, Cyprianus tamen in rebus ejusmodi ordinandis præcipuam Epiſcopo poteſtatem ſemper reſervat. *Cui rei*, inquit ibidem, *noſtrum eſt conſulere & ſubvenire, frater cariſſime, qui divinam clementiam cogitantes & gubernandæ Eccleſiæ libram tenentes ſic cenſuram vigoris peccatoribus exhibemus, ut tamen lapſis erigendis & curandis vulneratis bonitatis & miſericordiæ medicinam non denegemus.* & quæ ſequuntur. Claudamus rivos effato Cyprianeo, quod exſtat epiſt. 67. Fellianâ, Pamelianâ 68. f. 172. *Coram omni Synagoga jubet Deus conſtitui Sacerdotem, id eſt, inſtruit & oſtendit, ordinationes ſacerdotales, non niſi ſub populi aſſiſtentis conſcientia fieri oportere, ut plebe præſente vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur & ſit ordinatio juſta & legitima: quæ omnium ſuffragio & judicio fuerit examinata. Quod poſtea ſecundum divina magiſteria obſervatur in Actis Apoſtolorum, quando de ordinando in locum Judæ Apoſtolo Petrus ad plebem loquitur.* Surrexit, *inquit*, Petrus in medio diſcentium, fuit autem turba in uno. *Nec hoc in Epiſcoporum tantùm & Sacerdotum ſed & in Diaconorum ordinationibus obſervaſſe Apoſtolos animadvertimus, de quo & ipſo in actis eorum ſcriptum eſt.* Et convocaverunt, *inquit*, illi duodecim totam plebem diſcipulorum & dixerunt eis. *Quod utique idcircò tam diligenter & cautè convocata plebe tota gerebatur, ne quis ad altaris miniſterium vel ad ſacerdotalem locum indignus obreperet. Ordinari enim nonnunquam indignos non ſecundum Dei voluntatem ſed ſecundum humanam præſumptionem & hæc Deo diſplicere, quæ non veniant ex legitima & juſta ordinatione, Deus ipſe manifeſtat per Oſee Prophetam, dicens :* ſibimet ipſis conſtituerunt Regem & non per me. *Propter quod diligenter de traditione divina & Apoſtolica obſervatione ſervandum eſt & tenendum, quod apud nos quoque & ferè per provincias univerſas tenetur, ut ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem, cui præpoſitus ordinatur, Epiſcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, & Epiſcopus deligatur plebe præſente, quæ ſingulorum vitam pleniſſime novit & uniuscujusque actum de ejus converſatione perſpexit. Quod & apud vos factum videmus in Sabini Collegæ noſtri ordinatione, ut de univerſæ fraternitatis ſuffragio & de Epiſcoporum, qui in præſentia convenerant, quique de eo ad vos literas fecerant, judicio Epiſcopatus ei deferretur & manus ei in locum Baſilidis imponerentur. Nec reſcindere ordinationem*

Digitized by Google

tionem jure perfectam poteſt, quod Baſilides poſt crimina ſua detecta & conſcientiam etiam propria confeſſione nudatam Romam pergens Stephanum Collegam noſtrum longè poſitum & geſtæ rei ac tacitæ veritatis ignarum fefellit, ut exambiret reponi ſe injuſtè in Epiſcopatum, de quo fuerat juſtè depoſitus. Hactenus Cyprianus, cujus hæc verba & rationem conſtituendi ordinandique epiſcopos, apud veteres quæ olim obtinuit, egregiè heic declarant, digniſſima ſanè, quæ tota nullaque ſui parte mutilata hùc poſuerimus.

(*b*) Et verò ſupra jam DODWELLI ſententiam retulimus, quâ Vir præſtantiſſimus Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, poſt Epheſinæ primatum vendicavit, non inepto adeò inſtituto. Vide & ipſius diſſ. de jure laicorum ſacerdot. C. 3. §. 13. p. 210. Irenæus tamen Romanæ Eccleſiæ potiores heic partes adſcribere videtur L. 3. adv. hær. C. 3. §. 2. ubi hæc habentur: *Quoniam valdè longum eſt, in hoc tali volumine omnium Eccleſiarum enumerare ſucceſſiones, maximæ & antiquiſſimæ & omnibus cognitæ à glorioſiſſimis Petro & Paulo Romæ fundatæ & conſtitutæ Eccleſiæ, eam, quam habet ab Apoſtolis, traditionem & annunciatam hominibus fidem per ſucceſſiones Epiſcoporum pervenientem usque ad nos indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per ſibi placentia vel vanam gloriam vel per cæcitatem & malam ſententiam, præter quam oportet, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam PROPTER POTIOREM PRINCIPALITATEM neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt eos, qui ſunt undique fideles, in quâ ſemper ab his, qui ſunt undique, conſervata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis, traditio.* Haud dici poteſt, quantopere dicto huic Irenæi innitantur Romanenſes quicunque. Et conferri ſanè hîc velim RENATUM MASSUETUM in diſſ. III. prævia in Irenæum Art. 4. §. 30. ſqq. f. CXX. ſqq. ubi GRABIUM maximè is depectit. Aſt ſalva res eſt. Sive enim potior principalitas hîc civitati ſive Eccleſiæ Romanæ adſcribatur, quod poſterius facilè egomet conceſſerim, luce clarius patet, de nullâ jurisdictionis & poteſtatis ſed ſaltem ordinis ſed ſaltem magnitudinis ſed ſaltem teſtimonii ſed ſaltem externæ cujusdam dignitatis (quæ à fundatorum æſtimio atque gloriâ martyrii, quo coronati illi ibidem fuere heic quaſi reſidente manavit,) hîc quæſtionem eſſe. Si jurisdictionis principalitas hîc intelligeretur, perperam egiſſet Irenæus ubi in cauſâ Paſchali Victori reſtitit. Nec eſt, quod objectionem hanc MASSUETUS inter res fidei & diſciplinæ diſtinguendo exſibilet. Hoc enim cauſam ipſius penitus deſtruit. Præterquam enim, quod nulla hîc reſtrictio in textu Irenæi

additur, ſed ex cerebro demum Monachi doctiſſimi manat, ſuæ ſcilicet ut cauſæ ſerviat, quam ſalvare aliâ ratione haud poteſt, argumentamur κατὰ βίαιον. *Si in rebus fidei Romana Eccleſia determinare potuit, quid ſit traditionis Apoſtolicæ, quidni multò magis in rebus diſciplinæ, quæ tanti non ſunt?* Certè qui in majoribus jus habet, & quoad minora idem habere eſt cenſendus. Et ſanè num ea jurisdictionis principalitas Romanæ Eccleſiæ olim tributa fuerit aut tribuenda hodie ſit, quam ipſi adſcribit MASSUETUS, vel ex eo ſolo patet, quod Tertullianus etiam ratione teſtimonii, quod de traditione ferendum eſt, alias Romanæ Eccleſias de præſcript. hæret. C. 32. 36. ad latus ponit, quod &, qui tamen & ipſe *cathedram Petri Eccleſiam principalem, unde unitas ſacerdotalis exorta ſit*, epiſt. 59. ad Cornelium f. 136. nominat, Cyprianus Stephano, Romano Pontifici hæreticos haud rebaptizandos eſſe contendenti adhinnire noluit atque heic & contra Stephanum Firmilianus ad Cyprianum ſcribit epiſt. 75. f. 220. quòd denique Canon Nicænus VI. atque etiam Chalced. Canon. 28. τὰ ἴσα πρεσβεῖα Romanæ reliquisque Patriarchalibus Eccleſiis adſcribit, eidemque ſaltem ordinis primatum relinquit & quod hodiè Eccleſiæ Gallicanæ potentior pars à Pontifice Eccleſiâque Romanâ & à Conſtitutione *Unigenitus* ad Concilium univerſale & liberum provocat. Jam autem, ubi Eccleſia Romana moderna non ſaltem à fontibus traditionis omnis ſanctioris, qui ſunt Scripturæ ſacræ oracula, & à veteris Eccleſiæ omnis, imò & Romanæ antiquioris fide deviat, aquam cribro is hauſerit, qui hoc Irenæi teſtimonium contra Proteſtantes urſerit. A vetere enim Eccleſiâ Romanâ ejusque juribus ad Eccleſiam Romanam recentiorem non valet conſequentia. Quod reſtat, conteſſeratio & confœderatio Eccleſiarum veterum ex Tertulliano de præſc. C. 20. & Irenæo adv. hær. L. 1. C. 3. ex transmiſſione euchariſtiæ communionis, oſtendendæ cauſâ apud Euſeb. Hiſt. Eccl. L. 5. C. 24. ex literis mutuis, queis una alteram conſuluit, ex earundem denique in concilia coitione patet. Adde Anonymum Anglum de antiquitatibus primitivæ Eccleſiæ à JENKINO THOMASIO latinè editum in diſſ. varii argumenti p. 333. ſqq. & P. J. SKLERANDRUM in hiſtoriâ antiquitatum Eccleſiæ Chriſtianæ C. IX. ſqq.

ARTICULUS TERTIUS.

Quod auditorum diſciplinam, quæ ſeculo ſecundo & tertio viguit, attinet, probè tenendum, eo jam tempore diſtinctionem inter

inter fideles, catechumenos & pœnitentes obtinuiſſe atque adeo auditores in diverſas claſſes diſpoſitos fuiſſe. (a) Pœnitentium in ordinem is redigebatur, qui lapſus (b) fuerat eaque propter ab Eccleſiæ communione, communi conſiſtentium (c) voto, abſtentus (d) & excommunicatus, ita ut inter fideles conſiſtere atque ſacramentis Eccleſiæ frui haud poſſet. (e) Ad quæ ſi redire is vellet, exomologeſi ſive pœnitentiâ publicâ (f) & ſatisfactione & DEO & Eccleſiæ dandâ opus erat. (g) A catechumenatu (h) ad ſtatum fidelium mediante baptiſmo (i) tranſitus fiebat. Baptiſmum ſequebatur unctio in Africanâ maximè Eccleſiâ, & confirmatio. (k) Pædobaptiſmus in eâdem Eccleſiâ eo tempore, non tamen ſine contradictione obtinuit. (l) Cultûs publici rationem infra ex Plinio (m) Juſtino Martyre (n) Tertulliano (o) & Origene (p) damus. Ad cultum publicum obeundum locus omnis his temporibus erat indifferens, in ædibus tamen privatis communiter is exercebatur, ſuccedentibus dein ſenſim ſenſimque domibus conventuum ſingularibus. Dies feſti fuere præter dominicam Paſcha & Pentecoſte. (q) Jejunia non ubivis eadem fuiſſe conſtat. Ante Paſcha jejunium fuiſſe ſed à variis variè celebratum liquet. Quin & quadrageſimam eo tempore jam ſunt, qui celebrârint. Xerophagiæ liberæ exſtitere. Feriâ quartâ & ſextâ itidem jejunatum eſſe eo tempore, conſtat. (r) De precum ſtationibus (s) pauca dicenda veniunt. De pedilavio (t), de oſculo ſancto (u), de hymnis (x) & de re veterum matrimoniali. (y) multa hîc addere haud libet. De euchariſtiæ celebratione id maximè notandum, oblationes & deprecationes pro mortuis (z) hoc jam tempore frequentatas fuiſſe, morem aquam loco vini heic adhibendi à Cypriano (aa) reprobatum, euchariſtiam etiam aſſervatam aliisque transmiſſam fuiſſe. (bb) De juribus plebis eccleſiaſticis, quæ hoc tempore plurimùm floruere, ſupra jam abundè ſatis diximus. (cc) Et hæc ſunt, quæ ſeculi ſecundi & tertii jus eccleſiaſticum nobis ſiſtunt. Jam ſi ordo rerum nobis ſequendus eſſet, ſi & in prolixiorem exire campum pro inſtituti noſtri ratione nobis liceret, eâdem methodo per ſecula ſequentia iremus,

Digitized by Google

mus, atque, quî ſub Conſtantino M. ubi Magiſtratus politicus Eccleſiæ ſeſe admiſcuit, jura eccleſiaſtica mutata (*dd*), Epiſcopalis dignitas aucta, jurisdictio eccleſiaſtica efformata atque hâc ratione duæ poteſtates independentes, civilis & eccleſiaſtica (*ee*) in civitate dein exortæ, quænam & bella jurgiaque inter ſacerdotium & imperium agitata fuerint, & quî imperium ſub jugo ſacerdotii tandem gemuerit & per multa ſecula ululatus luculentiſſimos fuderit (*ff*), quî & Hierarchia eccleſiaſtica rebus ſic ſtantibus in immenſum excreverit, fontibus hiſtoriæ eccleſiaſticæ adapertis, enarrandum nobis canonumque veterum codices (*gg*) hanc in rem evolvendi eſſent. Sed præterquàm quod hoc vel eapropter quoque haud neceſſarium eſſe videtur, quòd origines ſaltem juris eccleſiaſtici (*hh*) tradere nobis hîc conſtitutum eſt, à quâ tractatione alienum utique foret, de incrementis & decrementis ejusdem multa congerere, nolumus, quæ ubivis ferè jam occurrunt atque à Viris doctis dudùm occupata ſunt, noſtris obſervationibus vel adaugere vel corrigere vel repetere, ſed potius, dum ad caput rei nunc pergimus, quod tamen & ipſum, inito viæ compendio, brevibus ſaltem enarrabimus, magno impetu facto unoque curſu ſumto ſecula iſta omnia tranſilimus & ſicco pede pontem brevitatis vel ſilentii potius ſuperantes hiatus iſtos, ampliſſimo rerum dicendarum campo, à dextrâ & ſiniſtrâ manu quæ oculis noſtris viſendæ ſeſe offerunt, jam relicto promti alacresque ſcandimus. Et ecce nos jamjam in ſeculo reformationis poſitos, ubi novo quodam atque inopinato ſpectaculo Principes (*ii*) faſces eccleſiaſticos in manibus tenentes & epiſcopali petalo (*kk*) ornatos non ſine admiratione quâdam noſtrâ offendimus.

(*a*) Diximus jam hanc in rem quædam partim in obſervatione ad liturgiam Grabianam, quæ in anecd. Iren. p. 527. 528. exſtat, partim verò in diſſertatione nuperâ, quam edidimus, de vitiis eorum, qui ſacris operantur & medelâ rebus hîc adhibendâ ſect. 2. §. 4. p. 40. 41. Pertinet hùc quippe diſciplina arcani, cujus fontes jam articulo primo hujus capitis adaperuimus, ubi primitias noſtras Tubingenſes P. 2. p. 149. ſqq. argumentum hoc exhibentes maximè allegavimus, &

& disciplina pœnitentialis, cujus primas lineas in ipsis notis hisce ducimus. En verò verba in diss. de vitiis eorum, qui sacris operantur, nuper hanc in rem à nobis sect. 2. §. 4. p. 40. elata: *Dividebatur in vetere Ecclesiâ cœtus ecclesiasticus in tres ferè classes, FIDELIUM, CATECHUMENORUM & POENITENTIUM. Hi utpote ob commissa mortalia peccata* eaque scandalosa *è classe fidelium extrusi ad epulum sacrum* fraternitatemque fidelium *haud admittebantur, etsi jam resipiscerent, donec resipiscentiam hanc esse sinceram, esse constantem, exacto temporis benè longi decursu ostendissent. Catechumeni è gentilibus* Judæisve *assumti tùm à baptismo tùm à communione Eucharistica abigebantur hactenus, donec & ipsi constantiam resipiscentiæ suæ per temporis quandam moram demonstrarent atque de rebus divinis plenius instituerentur. Solis fidelibus tantarum rerum communio mysteriique hujus sacrarium ineundum permittebatur. Hinc, & egregiè quidem, JUSTINUS MARTYR in Apologiâ II. scribit*, nemini olim permissum fuisse sacræ mensæ accumbere, quam credenti, vera esse, quæ à Christianis doceantur, qui & baptizatus remissionemque peccatorum nactus & regenitus fuerit atque ITA VIXERIT, UTI CHRISTUS TRADIDERIT. *Hinc & illa in Ecclesiâ veterè inter Missam Catechumenorum & Missam fidelium distinctio, cui tota arcani disciplina magnaque disciplinæ veteris pars innititur, ubi finitâ Catechumenorum missa, cùm ad administrationem Eucharisticam esset accedendum, Diaconus ita exclamare cœpit: EXITE CATECHUMENI IN PACE, FORAS CATECHUMENI, SI QUIS EST CATECHUMENORUM, RECEDAT FORAS, NE QUIS CATECHUMENUS SUPERSIT, EXITE, QUI IN POENITENTIA ESTIS, SI QUIS NON COMMUNICAT, DET LOCUM, EXITE ENERGUMENI & quæ aliæ formulæ antiquæ sunt, in liturgiis veterum quæ inveniuntur. Quo facto dein Sacerdos* τὰ ΑΝΩ ΤΟΝ ΝΟΥΝ *SURSUM CORDA intonuit, respondente populo:* ΕΧΟΜΕΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΚΥΡΙΟΝ, *HABEMUS AD DOMINUM, insecutæque sunt egregiæ istæ acclamationes:* τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, *sancta sanctis & :* ne quis contra alterum, ne quis in hypocrisi! *accedente tandem ipsa Eucharistiæ distributione, quæ quoties dispensabatur, ab omnibus præsentibus, nullo temporis discrimine habito accipiebatur, nec sine maximo scandalo negligi poterat.* Loca verò Patrum seculi secundi & tertii hùc pertinentia in primitiis Tubingensibus cum cura congessimus, quas velim benevolus lector hîc ut inspiciat. P. 2. p. 155. sqq.

(*b*) Lapsi

(*b*) Lapsi dicti fuere illi, qui aliquod delictum commisere, ob quod pœnitentiæ publicæ subjacere debebant. Ita rectè eos definit CAROLUS DU FRESNE, Dominus DU CANGE in glossario ad hanc vocem. Qui pleniores crateras haurire anhelaverit, Cyprianum *de lapsis adeat*, ubi ad titulum hunc hæc videmus annotare Jo. FELLUM, Episcopum olim Oxonienſem præstantissimum. *In usu ecclesiastico illi ferè intelliguntur lapsi, qui persecutionis tempore minis aut tormentis cessere, quique* dejecti, prostrati & jacentes *à Cypriano aliâs dicuntur. Quemadmodum illi, qui in fide permansere*, stantes *appellati, quos Zacharias Propheta videtur adumbrâsse C. 3. comm. 7.* ubi ambulanti in viis Domini & custodiam ejus custodienti *promittitur sors* בין העומדים inter stantes. *Lapsorum variæ fuerunt classes I. eorum, qui libellis* (scilicet, quos magistratus ethnici dabant Christianis fidem suam profitentibus sed pretio necessitatem sacrificandi idolis redimentibus, vel quibus datis aut acceptis hi testabantur, se cultui Deorum addictos esse, neque enim à libellis martyrum ad pacem ab Ecclesiâ pœnitentibus impetrandam datis libellatici nuncupati fuere, uti videre est ex Cypriani epist. 20. 30. 55. 61. f. 43. 57. 107. 170. edit. Brem. & ex iis, quæ idem insignis Episcopus ad libellum de lapsis f. 133. adnotavit) *securitatem paciscebantur* & libellatici *dicti*, 2. *qui thus adolebant aut de victimis epulabantur, qui* thurificati & sacrificati *audiebant*, 3. *qui blasphemiis nefas cumulantes Christianum nomen ejurârunt* & Apostatæ *appellati.* Et hoc postremo sensu, quo *negatores* vocantur lapsi, in Conciliorum statutis passim hæc vox adhibetur. Confer omninò TOB. PFANNERI observ. eccl. P. 1. obs. 2. & 3. p. 147. sqq. ubi de sacrificatis, libellaticis &c. & traditoribus sive iis, qui codices sacros tyrannis comburendos tradidere, agitur.

(*c*) Ita nuncupati subinde fuere stantes, qui lapsis contradistinguebantur. Vide epist. 1. Cyprianæam, inscriptam *Presbyteris & Diaconibus & plebi Furnis consistentibus.* Adde ep. 9. f. 18. ep. 17. f. 39. ep. 29. f. 55. ep. 65. f. 162. Miror, DU FRESNIUM in glossario eos intelligere, qui cum pœnitentibus consistebant. Cæterum & Episcopi, uti ex Cypr. ep. 3. f. 6. & ep. 59. f. 131. patet, & presbyteri, uti ex ejusdem ep. 42. f. 81. liquet, abstinere poterant. At verò & plebs, uti ex locis supra citatis sequitur.

(*d*) Hic terminus passim apud Cyprianum exstat.

(*e*) Illustria in vetere historiâ excommunicatorum exempla habemus. Irenæus: *Sunt, qui audierunt* Polycarpum *dicentem, quoniam Joannes Domini*

Digitized by Google

Domini discipulus in Ephesо iens lavari, cùm vidisset intus Cerinthum, exsilierit de balneo non lotus dicens, quod timeat, ne balneum concidat, cum intus esset Cerinthus, inimicus veritatis. Et ipse autem Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti sibi & dicenti: Cognoscis nos? *respondit:* Cognosco te primogenitum Satanæ. *Tantum Apostoli & horum discipuli habuerunt timorem, ut ne verbo tenus communicarent alicui eorum, qui adulteraverant veritatem.* Idem C. 4. adv. hær. L. 3. C. 3. de Cerdone: *abstentus est à religiosorum hominum conventu.* Adde Tertullianum de præscript. C. 30. qui indicem abstentorum ibi dat atque Valentinum maximè & Marcionem ibi memorat. Quî Victor, Episcopus Romanus Ecclesias Asiaticas, quæ eodem die cum ipso Pascha haud celebrabant, ἀκοινωνήτους pronuntiaverit, vide Eusebii Hist. Eccl. L. 5. C. 24. f. 192. De Paulo Samosateno, qui in Concilio Antiocheno III. A. 270. congregato, ubi & ὁμοούσιον ab orthodoxis damnatum deprehenditur, ab Ecclesiâ catholicâ eliminatus fuit, id omninò memorandum venit, quòd, cùm successori suo Domno Ecclesiam Antiochenam, cujus directione & communione vi decreti Synodalis privatus fuerat, tradere nollet, autoritate Imperatoris Aureliani, ethnici illius, cujus opem heic Concilium imploraverat, abactus fuerit, quam in rem hæc sunt Theodoreti verba hæret. fabul. 8. apud Baron in Annal. Eccles. T. 2. A. C. 272. §. 18. ἔπεισαν ἐξελᾶσαι τῆς ἐκκλησίας. Καὶ γὰρ τῇ τῶν εἰδώλων θεραπείᾳ δεδυλωμένος ὑπέλαβε δίκαιον τὸν τῇ ὁμοπίστων ἀντιλέγοντα ψήφῳ τῶν ἐκείνων ἀποτιμᾶσθαι συμμορίας. *Persuaserunt* Imperatori, *ut ex Ecclesiâ illum expelleret. Idolorum enim etiam cultui deditus æquum existimavit, eum, qui fidei suæ hominum sententiæ non acquiesceret, ab eorum consortio resecari.* Addi & potest exemplum Luciani, qui Pauli Samosateni errorem secutus fuerat apud Seldenum de Synedr. vet. Ebr. L. 1. C. 13. p. 349. 350. ut de abstentis, quos Cyprianus memorat, taceamus. Jam verò iis, qui abstenti fuere, ad sacramenti Eucharistici participationem provolare haud licuit. Vide Cypriani tractatum de lapsis, ubi memorabilia quædam hanc in rem exstant, ejusdemque literas ad Antonianum fratrem num. 55. f. 101. sqq. aliasque epistolas plures. Cæterum in his ad Antonianum literis Cyprianus ostendit, quî & lapsis, ubi pœnitentiam egerint, pax danda h. e. quî ad communionem Ecclesiæ ii rursus admittendi sint, idque ex communi Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, Confessorum pariter & stantium laicorum consilio. Verba inter alia hæc sunt: *Scripturis diu ex utraque parte prolatis*

Digitized by Google

latis temperamentum salubri moderatione libravimus, ut nec in totum spes communicationis lapsis denegaretur, (id quod à Novatianis factum) *ne plus desperatione deficerent & eò, quòd sibi Ecclesia clauderetur, secuti seculum gentiliter viverent nec tamen rursus censura Evangelica solveretur, ut ad communicationem temere prosilirent, sed traberetur diu pœnitentia* & quæ sequuntur. De excommunicatione evolvenda sunt Tertulliani loca de Idolol. C. 11. L. 2. ad uxorem C. 3. & omnino de pudicitiâ C. 4. 5. 12. ubi maximè mœchos & homicidas excommunicatos vult, additque: *reliquas libidinum furias non modò limine verum omni Ecclesiæ tecto submoverunt, quia non sunt delicta sed monstra.* Adde Apologet. C. 39. ubi verba: *nam & judicatur* &c. exstant, quæ infra nota (*o*) ponuntur.

(*f*) Vide hìc Tertullianum de pœnitentiâ, quem librum is, orthodoxus adhùc, scripsit, itemque de pudicitiâ & Cyprianum de lapsis. Est autem ἐξομολόγησις *confessio* peccatorum, per quam eamque *publicam* lapsi olim in Ecclesiam rursus immittebantur. Formam ἐξομολογήσεως hujus quis petierit ex Cypriani ep. 19. f. 41. ubi hæc habentur: *Quoniam significastis, quosdam immoderatos esse & excommunicationem accipiendam festinanter urgere & desiderâstis in hâc re formam à me vobis dari satis plene scripsisse me ad hanc rem proximis literis ad vos factis credo, ut, qui libellum â Martyribus acceperunt & auxilio eorum adjuvari apud Dominum in delictis suis possunt, si premi infirmitate aliquâ & periculo cœperint, exomologesi factâ & manu eis à vobis in pœnitentiâ impositâ cum pace à Martyribus sibi promissâ ad Dominum remittantur, Cæteri vero, qui nullo libello à martyribus accepto invidiam faciunt, quoniam non paucorum nec Ecclesiæ unius aut unius provinciæ sed totius orbis hæc causa est, expectent de Domini protectione Ecclesiæ ipsius publicam pacem.* Idem ep. 22. f. 48. *factâ exomologesi habeant pacem.* & ep. 15. f. 35. graviter eos reprehendit, qui *contra Evangelii legem ante actam pœnitentiam, ante exomologesin gravissimi atque extremi delicti factam ante manum ab Episcopo & Clero in pœnitentiæ impositam offerre pro illis & Eucharistiam dare id est sanctum Domini corpus profanare audeant, cum scriptum sit:* Qui ederit panem aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. *Et lapsis quidem potest in hoc venia concedi. Quis enim non mortuus vivificari properet? Quis non ad salutem suam venire festinet? Sed præpositorum est, præceptum tenere & vel properantes vel ignorantes instruere, ne, qui ovium pastores esse debent, LANII fiant. Ea enim concedere, quæ in perniciem vertant, decipere est. Nec erigitur sic lapsus*

sed

Digitized by Google

ſed per Dei offenſam magis impellitur ad ruinam. Addenda & eſt epiſtola 16. f. 37. ubi hæc habentur: *Cùm in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam juſto tempore & ſecundum diſciplinæ ordinem ad exomologeſin veniant & per manus impoſitionem Epiſcopi & Cleri jus excommunicationis accipiant: nunc crudo tempore, perſecutione adhùc perſeverante, nondum reſtitutâ Eccleſiæ ipſius pace ad communicationem admittuntur & offertur nomen eorum, & nondum pœnitentia actâ, nondum exomologeſi factâ, nondum manu eis ab Epiſcopo & Clero impoſitâ Euchariſtia illis datur, cum ſcriptum ſit*: qui ederit panem & biberit calicem Chriſti indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Jam & adſpergenda hîc veniunt, quæ exſtant ep. 17. f. 38. 39. ubi ita Cyprianus ad fratres in plebe conſiſtentes: *Compatior ego & condoleo de fratribus noſtris, qui lapſi & perſecutionis infeſtatione proſtrati partem noſtrorum viſcerum ſecura trahentes parem dolorem nobis ſuis vulneribus intulerunt. Quibus potens eſt divina miſericordia medelam dare, properandum tamen non puto nec incaute aliquid & feſtinanter gerendum, ne, dum temerè pax uſurpatur, divinæ indignationis offenſa gravis provocetur. Fecerunt ad nos de quibusdam beati Martyres literas, petentes examinari deſideria ſua. Cum pace nobis omnibus à Domino prius datâ ad Eccleſiam regredi cœperimus, examinabuntur ſingula, PRÆSENTIBUS & JUDICANTIBUS vobis. Audio tamen, quosdam de Presbyteris nec Evangelii memores, nec, quid ad nos Martyres ſcripſerint, cogitantes, nec Epiſcopo honorem ſacerdotii ſui & cathedræ reſervantes jam cum lapſis communicare cœpiſſe & offerre pro illis & Euchariſtiam dare, quando oporteat, ad hæc per ordinem perveniri. Nam cùm in minoribus delictis, quæ non in Dominum committuntur, pœnitentia agatur juſto tempore & exomologeſis fiat, inſpectâ vitâ ejus, qui agit pœnitentiam, nec ad communicationem venire quis poſſit, niſi prius illi ab Epiſcopo & Clero manus fuerit impoſita, quanto magis in his graviſſimis & extremis delictis cautè omnia & moderatè ſecundum diſciplinam Domini obſervari oportet?* Et hæc omnia utique Cypriani mentem de exomologeſi ſatis nobis ſiſtunt, niſi quod ex ep. 18. f. 40. 41. obſervandum veniat, lapſos, *qui libellos à Martyribus acceperant, ſi in commodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectatâ* Epiſcopi *præſentiâ apud Presbyterum quemcunque præſentem vel ſi Presbyter repertus non fuerit & urgere exitus cœperit, apud Diaconum quoque exomologeſin facere delicti ſui & manu eis in pœnitentiâ impoſita venire ad Dominum cum pace, quam dari Martyres literis ad* Epiſcopos *factis deſideraverint, potuiſſe.* Id unicum reſtat quærendum, num omnis exomo-

Digitized by Google

logesis publica fuerit & quæ disciplina in catechumenos lapsos fuerit exercita. Quod prius attinet, non existimem, omnem exomologesin privatam, quæ in primis hisce temporibus obtinuerit, negari posse. En, quid ajat Cyprianus de lapsis f. 134. *Confiteantur singuli, quæso vos, fratres dilectissimi, delictum suum, dum adhùc, qui deliquit, in seculo est, dum admitti confessio ejus potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud Dominum grata est. Convertamur ad Dominum mente tota & pœnitentiam criminis veris doloribus exprimentes DEI misericordiam deprecemur. Illi se anima prosternat, illi mœstitia satisfaciat, illi spes omnis incumbat.* Et paulò ante idem: *Denique quanto & fide majores & timore meliores sunt, qui, quamvis nullo sacrificii aut libelli facinore constricti, quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipsum apud Sacerdotes DEI dolenter & simpliciter confitentes exomologesin conscientiæ faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam parvis licet & modicis vulneribus exquirunt, scientes scriptum esse:* DEus non deridetur. *Derideri & circumveniri DEus non potest nec astutiâ aliqua fallente deludi. Plus imò delinquit, qui secundum hominem DEum cogitans evadere se pœnam criminis credit, si non palam crimen admisit. Christus in præceptis suis dicit:* Qui confusus me fuerit, confundetur eum filius hominis. Ubi verò rectissimè Baluzius legit: *qui confessus me fuerit, confitebitur eum filius hominis.* vide editionem Baluzianam f. 188. Queis pro exomologesi & confessione privatâ, quæ non in toto cœtu sed coram Sacerdotibus saltem peragitur, quid clarius dici possit, ferè non patet. Addi potest Tertullianus de pœnitentiâ C. 4. ubi: *Omnibus ergo delictis seu carne seu spiritu seu facto seu voluntate commissis, qui pœnam per judicium destinavit, idem & veniam per pœnitentiam spospondit.* Quæ tamen cautela in exomologesi privatâ istâ adhibenda sit, exponit Origenes in Psalm. 37. hom. 2. lat. edit. Basil. T. 1. ubi: *Hi, qui peccaverunt, si quidem occultant & retinent intra se peccatum, intrinsecus urgentur & prope modum suffocantur à phlegmate vel humore peccati. Si autem ipse sui accusator fiat, dum accusat semet ipsum ac confitetur, simul evomit & delictum atque omnem morbi digerit causam. Tantummodo CIRCUMSPICE DILIGENTIUS, CUI DEBEAS CONFITERI PECCATUM TUUM. Proba prius Medicum, cui debeas causam languoris exponere, qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, condolendi & compatiendi noverit disciplinam, ut ita demum, si quid ille dixerit, qui se prius & eruditum Medicum ostenderit & misericordem, si quid consilii dederit, facias & sequaris, si intellexerit & præ-*

Digitized by Google

præviderit, talem esse languorem tuum, qui in conventu totius Ecclesiæ exponi debeat & curari, ex quo fortassis & cæteri ædificari poterunt & tu ipse facilè sanari, multa hoc deliberatione & satis perito Medici illius consilio procurandum est. Pleniores qui fontes anhelaverit, adeat Autorem Anglum anonymum, qui Londini A. 1714. libellum edidit hoc commate insignitum: *The penitential discipline of the primitive Church for the first 400. years after Christ: together vvhit its declension from te fifth century dovvnvvards to its present state impartially represented by a Presbyter of the Church of England.* Ibi enim C. 2. P. 1. Sect. 1. cùm dixisset, disciplinam veterum pœnitentialem tribus partibus absolvi: *confessione, segregatione, absolutione*, de confessione p. 44. ita infit: *This vvas either* publick *or* private. *The* publick (*as* Tertullian *speacks of it*) *vvas a discipline* &c. Verba Tertulliani, quæ Vir eruditus allegat, ex libro de pœnitentiâ C. 9. desumta sunt atque ita habent: *Exomologesis prosternendi & humilificandi hominis disciplina est, conversationem injungens misericordiæ illicem. De ipso quoque habitu atque victu mandat, sacco & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animam mœroribus dejicere, illa, quæ peccavit, tristi tractatione mutare, cæterum pastum & potum pura nosse, non ventris scilicet sed animæ causa, plerumque verò jejuniis preces alere, ingemiscere, lacrimari & mugire dies noctesque ad Dominum, Deum tuum, Presbyteris advolvi, caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ injungere, Novv, besides this, there vvas a very early practice of* voluntary *confession, vvas sometimes* publick *and sometimes* private *only, of both vvhich vve meet vvith testimonies approaching so near the fountain, that they almost mix vvith it.* Atque hæc testimonia, quæ & jam dedimus, deinde Vir doctus in medium profert. Nec est, quod ajas, ita ferè in Romanensium sententiam descendi, qui confessionem suam auricularem inde à primis temporibus repetant. Sed salva res est. Alia est confessio *privata*, quam & primis illis temporibus subinde à fidelibus sed pro libertate sua frequentatam fuisse ipse quoque Dallæus haud inficiatur, alia *auricularis*, quæ Innocentio III. & Concilio Lateranensi Anno. 1215. C. 21. 22. originem debet. Hæc necessaria est & absolutè necessaria, ita ut ab eâ remissio peccati suspendatur, illa libertati Christianæ subjacet & profectò nullo veteris illius Ecclesiæ, cujus statuta hanc in rem nulla habentur, canone sed observantiâ saltem quâdam nititur. Hæc in anxiâ omnium peccatorum enumeratione consistit, ita ut, si quid omiseris atque celaveris, illud dein haud remitti à Sacerdote possit,

Digitized by Google

illa verò potius Miniſtro Dei ſtatum tuum ſpiritualem adaperit, quàm hæc vel illa peccata abs te commiſſa manifeſtat, ut ipſo ſpiritualia conſilia ſubminiſtrante noſſe dein poſſis, quî mens tua dirigenda & quæ via in poſterum tibi ingredienda veniat. Neſcio verò, num ad privatam hanc pœnitentiam ſtabiliendam adferri quoque poſſit illud Hermæ in Paſtore L. 3. Sim. 9. §. 23. ubi hæc exſtant: *Ego autem moneo vos, nuncius & præpoſitus pœnitentiæ, ut, quicunque propoſitum tale habetis, deponatis illud & ad pœnitentiam recurratis & Dominus medebitur prioribus delictis veſtris, ſi ab hoc dæmonio vos purificaveritis, ſin minus, ad mortem trademini illi.* Ille verò Presbyter pœnitentiarius, qui ex occaſione lapſorum, in Decianâ perſecutione qui defecerant, in Eccleſiis conſtitutus fuerat & à Nectario Epiſcopo Conſtantinopolitano rurſus abolitus, uti Socrates & Sozomenus referunt, nondum hùc pertinet, noſtris quippe, in quibus hactenus ſubſiſtimus, temporibus ſequior. Cæterum, ſi quis illud de confeſſione argumentum, ea maximè, quæ de confeſſione auriculari ſcriptata inter Romanenſes & Proteſtantes fuere, penitius noſſe voluerit, is præter ſcripta iſta polemica, quæ in vulgus nota ſunt, adeat Autores à doctiſſimo FABRICIO in Bibliogr. antiqu. C. 11. §. 27. p. 402. ſqq. ubi & ipſe rebus explicandis manum quandam affundit, & §. 23. p. 413. 414. citatos, quos jam hîc repetere nolumus. Præcipui ſunt SIRMONDUS, PETAVIUS, qui ANTONIUM ARNALDUM de frequente communione hîc refutavit, & DALLÆUS, quem adgreſſi dein ſunt NATALIS ALEXANDER, JAC. BOILEAU & DIONYSIUS SAMMARTHANUS. Agmen claudat velim hodiernus in Angliâ Epiſcopus Briſtolenſis SMALDRIDGIUS, qui ſcripſit *a diſcourſe concerning auricular Confeſſion, as it is preſcribed and practiſed by the Church of Rome* London 1684. 4. ubi ſub finem Jac. Υδροπότης, Gallus ille, quia adhùc in labris noſtris hæret, refutatur. Notumque eſt, (jam enim Fabricianam collectionem ſupplemus,) quòd de confeſſione auriculari cum MARTINO LUTHERO, cujus miniſterio ad mutandas reformandasque Eccleſiæ res Deo uti placuit, decertaverint JO. FISCHERUS, Epiſcopus Roffenſis Anglus, & Jo. ECKIUS. Et illius quidem libellus Herbipoli ſub ipſa reformationis initia, hujus ſermones hanc in rem recitati Pariſiis A. 1561. prodiere. Habetur & PAULI MANUTII hiſtoria de ſacramento confeſſionis ſeu pœnitentiæ ex editione MARIANI VICTORII Romæ. A. 1562. edita. Et conferri etiam hic poteſt EMANUEL SCHELSTRATIUS in diſſ. ad

Can. II.

Digitized by Google

Can. II. Concilii Antioch. C. 9. itemque Jo. MABILLONIUS in Præf. ad Acta Bened. Sec. III. P. 1. Obſ. 15. §. 80. ſqq. f. 60. ſqq. ut taceam CAROLI WITASSE, Theologi nuper Sorbonici præſtantiſſimi tractatum de ſacramento pœnitentiæ Pariſiis A. 1717. editum, ut ſicco pede præteream Jo. FRID. KNORRII diſcurſum Juris canonici de pœnitentiâ eccleſiaſticâ *von der Kirchen-Buſſe* Jenæ A. 1712. impreſſum, ut denique haud memorem vel illuſtrem THOMASIUM ad Lancelottum p. 685. ſqq. vel celeberr. BOEHMERUM in Jure eccleſ. ant. ubi velim indicem in vocibus *confeſſio* & *exomologeſis* evolvas. De alterâ quæſtione, quæ de catechumenis lapſis agit, paucis hæc habe, catechumenos, qui peculiarem in Eccleſiâ claſſem à fidelibus & ſtantibus diſtinctam confecere & eodem ferè cum pœnitentibus loco fuere, cùm ad ſacramentorum fraternitatisque communionem hactenùs admiſſi haud fuerint, neque etiam pœnitentiæ publicæ ſubjectos fuiſſe, ſed, ubi in competentium h. e. eorum, qui baptiſmum petere poterant, ordine fuere, in audientium, qui eodem ferè loco cum gentilibus fuerunt & ad audiendum ſaltem verbum admittebantur, claſſem detruſos fuiſſe. Vide præſtantiſſimum BOEHMERUM l. c. diſſ. 3. §. 31. ſqq. p. 129. ſqq. Addendi veniunt Jo. MORINUS in operibus poſthumis, ubi de catechumenorum expiatione agit C. 15. p. 115. & GUIL. BEVEREGIUS in annot. ad συνοδικὸν ſive pandectas canonum ab Eccleſiâ Græcâ receptorum f. 80. 81. 181. quarum magnificam planè editionem Oxonii è theatro Sheldoniano A. 1672. datam & duobus tomis in forma majore ſuperbientem, variantibus itidem lectionibus è codicibus Bodlejanis hauſtis & GUILIELMI LLOYD, Epiſcopi nuper Vigornienſis manu adpictis ornatam poſſidemus.

(g) De ſatisfactione pœnitentiali poſt plurimos alios Scriptores polemicos conferri meretur Jo. DALLÆUS, Eccleſiæ Reformatæ Carentonienſis Gallicanæ Theologus olim celeberrimus eruditiſſimusque qui *de pœnis & ſatisfactionibus humanis libros VII.* Amſtelodami A. 1649. edidit & CLAUDIO SARRAVIO, Parlamenti Pariſienſis Senatori dedicavit. Heic verò maximè L. 7. C. 4. p. 644. ſqq. evolvendum venit, ubi DALLÆUS monſtrat, *ſatisfactionis* vocabulum planè aliud olim apud Patres ſignificâſſe, quam id, quod nunc apud Romanenſes ſignificat. Scilicet apud hos *ſatisfacere* eſt, juſtitiæ divinæ pœnas temporales peccatorum poſcenti ſatis, quod eſt facere, vel &, ſi antiquiorum ſententiam dare velimus, pœnas peccatorum temporales, in quas æterna commutata fuerit, luere, apud illos, pœnas eccleſiaſti-

cas

Digitized by Google

cas ab Eccleſiâ præſcriptas luere. Adde H. GROTIUM in conſult. Caſſ. ad art. 11. 12. ubi tamen vide, quæ A. RIVETUS, qui & in Catholico orthodoxo tr. 3. qu. 12. conferendus eſt, ad Grotiana iſta annotet, qui & hcic ex Apologiâ Aug. Conf. locum adducit, qui in articulo 6. de confeſſione & ſatisfactione p. 186. exſtat: *DEus perdat iſtos impios ſophiſtas tàm ſceleſte detorquentes verbum DEI ad ſua ſomnia vaniſſima. Quis bonus vir non commoveatur indignitate tantâ? Chriſtus inquit*: agite pœnitentiam. *Apoſtoli prædicant pœnitentiam. Igitur pœnæ æternæ compenſantur pœnis purgatorii. Quis docuit iſtos aſinos hanc dialecticam? Sed hæc neque dialectica neque ſophiſtica eſt ſed ſycophantica.* Manifeſtus eſt error, quem perſtringit MELANCHTHON. At ne hoc quidem egomet negaverim, Patres in hâc voce uſurpandâ nimis, ſubinde liberales fuiſſe. Vide omninò Jo. MORINUM de adminiſtr. ſacr. pœnit. L. 3. C. 12. qui poſt JOHANNEM LENSÆUM, Theologum Lovanienſem, libri luculenti *de eccleſiaſtica ſatisfactione pœnitentis* auctorem & GABR. ALBASPINÆUM Epiſc. Aurelian. in obſerv. ſacris omninò hic conſuli debet. Jam enim & apud Tertullianum & Cyprianum paſſim adfirmari videas, quod ſatisfactiones iſtæ canonicæ non ſaltem Eccleſiæ ſed & DEO fiant, id quod nec DALLÆUS diffitetur. Conferri denuò poteſt BOEHMERUS in Jure eccleſ. ant. diſſ. 3. §. 57. p. 183. ſqq. Jam & adſpergendi hîc ſunt quatuor iſti pœnitentiæ gradus, qui μίθεξιν τῶν ἁγιασμάτων participationem ſacramentorum abſolutionemque & receptionem in claſſem fidelium ex veteris Eccleſiæ diſciplinâ præcedere debebant, & quos jam ex primis fontibus ſuis dabimus. Ita verò habet epiſtola canonica Gregorii, Archiepiſcopi Neocæſarienſis, Thaumaturgi canone XI. ſive ultimo, ſi quidem canon hic ex ſequiorum temporum diſciplina haud fuerit additus, quæ ferè MORINI, DUPINII & SPANHEMII conjectura eſt. ἡ προσκλαυσις ἔξω τῆς πύλης τοῦ εὐκτηρίου ἐστὶν, ἔνθα ἑστῶτα τὸν ἁμαρτάνοντα χρὴ τῶν εἰσιόντων δεῖσθαι πιστῶν ὑπὲρ αὐτοῦ εὔχεσθαι ἡ ἀκρόασις ἔνδοθι τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι, ἔνθα ἑστάναι χρὴ τὸν ἡμαρτηκότα ἕως τῶν κατηχουμένων καὶ ἐντεῦθεν ἐξέρχεσθαι· ἡ δὲ ὑποπτωσις, ἵνα ἔσωθεν τῆς πύλης τοῦ ναοῦ ἑστάμενος μετὰ τῶν κατηχουμένων ἐξέρχηται· ἡ σύστασις, ἵνα συνίσταται τοῖς πιστοῖς καὶ μὴ ἐξέρχηται μετὰ τῶν κατηχουμένων. Τελευταῖον δὲ ἡ μίθεξις τῶν ἁγιασμάτων. Fletus *ſeu luctus eſt extra portam oratorii, ubi peccatorem ſtantem oportet fideles ingredientes orare, ut pro ſe precentur.* Auditio *eſt intra portam in porticu, ubi oportet eum,*

qui

Digitized by Google

qui peccavit, ſtare usque ad Catechumenos & illinc egredi. Subjectio *autem ſeu* ſubſtratio *eſt, ut intra templi portam ſtans cum catechumenis egrediatur.* Congregatio *ſeu* conſiſtentia eſt, *ut cum fidelibus conſiſtat & cum catechumenis non egrediatur. Poſtremò eſt* participatio ſacramentorum.„ Scilicet quæcunque de his pœnitentiæ gradibus apud veteres recentioresque habentur, ex hoc fonte promanavere. Satius autem eſt, bibere ex fontibus quam rivis, quod vel maximè in hiſtoriâ Eccleſiaſticâ obſervandum venit. Vide Conciliorum collectionem regiam maximam Jo. HARDUINI T. 1. f. 194. Nec tamen credas velim, hanc diſciplinam in Eccleſiâ univerſa ita receptam fuiſſe, id quod nemo ſine ſolœciſmo hiſtorico ſtatuere poteſt. Convenit &, paucis hîc quærere, quænam ob peccata pœnitentia iſta ſeverior impoſita fuerit. Reſpondetur, ob idololatriam præcipuè, adulterium, homicidium & hæreſin, non excluſis tamen aliis enormibus delictis. Vide celeb. BOEHMERI Jus eccl. ant. diſſ. 3. §. 33. p. 138. & SAM. BASNAGII annales pol. eccl. ad A. 206. §. 13. T. 2. f. 244. 245. qui ad annos 205. 206. egregiè articulum de pœnitentiâ veterum evolvit. Nec tamen eadem veterum hanc in rem fuit opinio. Fuerunt enim Montaniſtæ, fuerunt & dein Novatiani, qui nullam lapſis pacem dandam eſſe perperam aſſeruere. De Hermâ conſtat, quod unam ſaltem pœnitentiam ſtatuerit L. 2. mand. 4. f. 89. Ignatius *pœnitentes redire ad unionem Eccleſiæ* dicit, epiſt. ad Philad. §. 3. At verò iſta peccata, tria ſcilicet priora irremiſſibilia cenſuere & orthodoxi veteres, ex quibus primus Zephyrinus Pontifex Romanus mœchis pœnitentibus pacem dedit. Unde Tertull. de pudic. C. 5. *Quid agis, molliſſima & humaniſſima diſciplina? Aut omnibus eis hoc eſſe debebis, beati enim pacifici, aut ſi non omnibus, noſtra eſſe. Idololatram quidem & homicidam ſemel damnas, mœchum verò de medio excipis.* Poſtea tamen & abſolutio cæteris data fuit nec in fine vitæ & pœnitentibus, etſi tempus pœnitentiæ nondum abſolviſſent, negata, licet eidem homini ſuper peccato repetito pœnitentia publica haud bis concederetur. Quod reſtat, neminem id terreat, quando dicitur, remiſſionem peccatorum & abſolutionem *vice Dei* fieri, ſi modò ſano id ſenſu dicatur. Sanus autem ſenſus hic eſt, quem ad nauſeam usque inculcant orthodoxi. Deus uti Dominus & judex αὐτοκρατορικῶς peccata remittit, miniſtri eccleſiæ verò ſaltem miniſterialiter, licet ὑπηρετικῶς (verbum enim, quod prædicant, certam ἐνέργειαν ſive ad vitam ſive ad mortem habet) abſolutionem diſpenſant. Hinc & in vetere Eccleſiâ, ubi pœnitenti poſt

exomologesin pax data, non saltem scandalum & injuria, per quam ecclesia læsa fuerat, remissa sed & publicum Ecclesiæ testimonium ipsi exhibitum fuit, quo is certior fuit factus, Ecclesiam existimare, quòd & cum Deo is in pacem redierit. At verò absolutio *loco Dei* nihil aliud quam id, quod hìc dicimus, infert, quod probè observandum est, ob Viros doctissimos, qui φράσιν hanc nimis premunt putantque, per absolutionem ministerialem justificationem peccatoris coram Deo intelligi.

(*b*) Catechumeni erant illi, qui è Judaismo & gentilismo ad Ecclesiam transibant nomenque illi suum dabant, novitii hactenus in fide, sed post probationis suæ tempus, mediante baptismo, in cœtum fidelium immittendi. Autores, qui de iis egere variasque eorum species & disciplinam recensuere, hîc jam non repetendos citavimus in primitiis Tubingensibus P. 2. p. 154. sqq. queis velim addas jam CAROLUM DU FRESNE, D. DU CANGE in glossario, Jo. ANDR. SCHMIDIUM lexico eccles. minore ad hanc vocem aliosque à MARTINO LIPENIO in Bibl. Theolog. & à celeberr. FABRICIO in Bibliogr. antiqu. C. 11. p. 386. 389. citatos. Jam verò eapropter tam soliciti in annotandis Scriptoribus sumus, quod experientiâ magistrâ novimus, quantum historia literaria lucem rebus affundat. Cæterùm catechumenos memorat Tertullianus sæpius, qui eos & audientes vocat, & Cyprianus.

(*i*) Agedum, de Ministro baptismi primùm disquiramus. Ignatius in epist. ad Smyrnæos §. 8. ita habet: οὐκ ἐξὸν ἐστιν χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου βαπτίζειν, *Non licet sine Episcopo baptizare.* Id quod tamen haud ita capi velim, ac si solus Episcopus baptizandi facultate olim gavisus fuerit. Saltem sine ipso ad baptismum admittendum esse neminem vult Ignatius. Quæ in constitutionibus apostolicis hìc disposita sunt, invenire est libro earundem III. C. 9. ubi velim conferas luculentam Jo. BAPT. COTELERII notam, & L. 8. C. 28. At verò notus est hanc in rem Tertulliani locus, qui in casu necessitatis & laicos ad baptismi administrationem admittit. Ita scilicet ille in libro de baptismo C. 17. ubi: *Superest ad concludendam materiolam de observatione quoque dandi & accipiendi baptismum commonefacere. Dandi quidem habet jus summus Sacerdos, qui est Episcopus. Debinc Presbyteri & diaconi, non tamen sine Episcopi autoritate propter Ecclesiæ honorem, quo salvo, salva pax est. Alioquin etiam laicis jus est.* Vide & reliqua. Ita & vel maximè in exhortatione ad castitatem C. 7. ubi itidem: *Nonne & laici sacerdotes sumus?*

Digitized by Google

ſumus? .... adeò, ubi eccleſiaſtici ordinis non eſt conſeſſus, & offers & tingis Sacerdos, qui es tibi ſolus. A laicis verò collatum in temporibus Apoſtolicis baptiſmum eſſe haud infirmis ſanè rationibus probat autor anonymus, (TYNDALLI nomen ipſi eſſe ſupra affirmavimus) libri: *the rights of the Chriſtian Church*, cujus editionem quartam Londini A. 1709. editam ad manum habemus, C. IV. n. 20. p. 153. ſqq. Jam verò notum eſt, quænam lis Eccleſiam Anglicanam hanc in rem ante aliquod tempus vexaverit. Etenim A. 1709. Epiſcopalium quidam (inter quos ſunt rigidiores, qui baptiſmum à Miniſtro, quem Epiſcopus, ritè & ipſe ordinatus, non ordinavit, collatum irritum eſſe putant,) non neminem à Presbyterianis ad ſe tranſeuntem rebaptizarunt. Quo facto graviter ii reprehenſi fuere, in libro, qui titulum fert: *a caveat againſt the new Anabaptiſts lately ſprung up at Exon*, oſtenſumque, quod ſecundum hanc Epiſcopalium rigidiorum ſententiam Reges Angliæ ab Epiſcopalibus non baptizati invalide baptizati fuerint. Oppoſuit ſcripto huic *a reply againſt the caveat* rebaptizatus ille, in quo factum omni ſtudio defendere annititur. Vide Acta erud. Lipſ. 1714. p. 246. 247. Scripſiſſe & contra baptiſmum laicorum LAURENTIUM quendam, Presbyterum Anglicanum, additâ GEORGII HICKESII epiſtolâ, in Mem. de Trev. 1715. p. 731. memoratur. Et ecce, quid hanc in rem in iisdem relationibus Trivultinis 1716. p. 179. exſtet: *Voici un nouveau rebaptizant.* The invalidity of lay-baptiſm of diſſenting Miniſtres &c. *L'Auteur, qui ſe nomme* Cantrell, *pretend prouver, que le baptême conferé par des Miniſtres* non conformiſtes *eſt invalide & nul & que les Miniſtres de l'Egliſe Anglicane ne doivent pas dire les prières ordinaires à l'enterrement des perſonnes ainſi baptiſées. Ce livre fait beaucoup de bruit. On avoit crû que* Mr. Shaw, *Miniſtre Presbyterien y repondroit. Mais c'eſt* Mr. Bingham, *qui fit imprimer il y a quelque tems* l'hiſtoire du baptême laic, *qui s'eſt chargé de refuter le nouveau dogmatiſte.* Adde Unſchuld. Nachr. 1713. p. 692. 1715. p. 369. 370. Prodiit latina verſio à Griſchovio curata Halæ Magd. A. 1738. 4. LAURENTIUS ille datâ operâ hîc à BINGHAMO refutatur, qui verò, quod miror, de anonymo illo & de CANTRELLO prorſus ſilet, uti & de WHISTONO, de quo vide die Acad. Reden über die Theologiam dogmat. p. 404. Mutâſſe tamen ſententiam WHISTONUM patet ex libello, quem Londini A. 1714. edidit & cui hunc titulum præfixit: *An argument to prove, that either all perſons ſolemnly, tho' irregularly ſet apart for the miniſtry, are real*

Digitized by Google

Clergy-men and all their miniſterial acts are valid; or elſe there are now no real Clergy-men or Chriſtians in the vvorld. Scilicet ſcripſit hæc WHISTONUS, ut oſtenderet, vel omnes illos, qui ad miniſterium ſacrum obeundum ſolenniter, licet irregulariter & contra canones veteres conſtituti ſunt, eſſe Clericos eosque re verâ tales, ipſorumque actus miniſteriales eſſe validos vel nullos amplius Clericos aut Chriſtianos in mundo dari. Ex quo & patet, ipſum baptiſmum ab iis, qui canonicè ordinati haud ſunt, collatum tamen validum reputare. Si quid unquam, quod judicium Mathematicum profundamque rerum inſpectionem ſapit, ſcripſit WHISTONUS, Vir clariſſimus, hoc ſanè illud eſt, ubi haud obſcurè SAPIENTISSIMUM ILLUD PRINCIPIUM in ſcenam producit, SUCCESSIONEM MINISTERII ECCLESIASTICI EXTERNAM CANONICAMQUE IN TOTO MUNDO DEFECISSE, quo principio vel maximè Donatiſmus Romanenſium, Græcorum & Theologorum Anglicanorum rigidiorum jugulatur, qui omnes ab ordinatione canonicâ ſacramentorum ſive omnium ſive quorundam validitatem ſuſpendunt. Jam verò non eſt, quod & DODWELLI ſententiam hîc adferamus, qui ex ordinatione canonicâ baptizantis baptiſmi validitatem & animæ, quod mireris, immortalitatem deducit. Sed quò delabimur? Redeundum eſt ad diſciplinam baptiſmi, quæ ſeculo II. & III. obtinuit. Eam verò ex verbis Juſtini M. ita habe: *Quomodo DEO nos dicaverimus per Chriſtum renovati, jam exponemus. .... Quicunque perſuaſi fuerint & crediderint, vera eſſe, quæ à nobis traduntur & dicuntur, ac vivere ſe ita poſſe receperint, orare jejunantes & petere à DEO priorum peccatorum remiſſionem docentur, nobis cum illis unà & orantibus & jejunantibus. Deinde eò adducuntur à nobis, ubi aqua eſt, atque eo regenerationis modo, quo ipſi regenerati ſumus, regenerantur. Nam in nomine rerum cunctarum parentis & Domini DEI & Servatoris noſtri JEſu Chriſti & Spiritus S. in aquâ tum lavantur. . . . Vocatur verò lavacrum hoc φωτισμὸς, illuminatio.* Vide Apol. II. f. 93. 94. Nec eſt, quod mireris, Juſtinum M. de catechumenatu hîc nihil adferre, cùm is vel tempore ipſius nondum inſtitutus fuerit, vel certè ubique non inſtitutus fuerit. Tertullianus de baptiſmo librum adverſus Quintillam datâ operâ ſcripſit. Heic C. 2. dicitur *homo in aquam demiſſus & inter pauca verba tinctus.* C. 7. *Exinde egreſſi de lavacro perungimur benedictâ unctione de priſtina diſciplina*, quæ ſc. in veteri teſtamento obtinuit, ad quod diſciplinam Eccleſiæ Chriſtianæ dein

vete-

Digitized by Google

veteres formavere. C. 8. *Debinc manus imponitur.* C. 10. Johannis baptiſmum in futuram ſaltem peccatorum remiſſionem datum fuiſſe Tertullianus aſſeverat. C. 15. baptiſmum non iterandum eſſe idem adſtruit. C. 17. jus baptizandi Epiſcopis, presbyteris & diaconis tribuit, laicis etiam in neceſſitatis caſu. C. 18. pœdobaptiſmum memorato ſponſorum periculo diſſuadet. C. 19. diebus Paſchatis & Pentecoſtes baptiſmum olim peractum fuiſſe memorat. Denique C. 20. ita infit: *Ingreſſuros baptiſmum orationibus crebris, jejuniis & geniculationibus & pervigiliis orare oportet & cum confeſſione omnium retro delictorum* & quæ ſequuntur. In libro adv. Praxeam C. 26. ſub finem: *Nec ſemel ſed ter ad ſingula nomina in perſonas ſingulas tingimur.* Et de coronâ militis C. 3. *Aquam adituri in Eccleſiâ ſub antiſtitis manu conteſtamur, nos renunciare diabolo & pompæ & angelis ejus. Debinc ter mergitamur: amplius aliquid reſpondentes, quam Dominus in Evangelio determinavit. Inde ſuſcepti lactis & mellis concordiam præguſtamus exque ea die lavacro quotidiano per totam hebdomadam abſtinemus.* Jam & de pœnitentiâ C. 6. ubi evolvimus, hæc nobis verba occurrunt. *Nemo ſibi aduletur, quia inter auditorum tyrocinia deputatur, quaſi etiam nunc ſibi delinquere liceat. . . . . An alius eſt intinctis Chriſtus, alius audientibus. . . . . Non ideo abluimur, ut delinquere deſinamus, ſed quia deſiimus.* & quæ reſtant. Denique & memorandus eſt locus de reſurrectione carnis C. 8. *Caro abluitur, ut anima emaculetur. Caro ungitur, ut anima conſecretur. Caro ſignatur, ut & anima muniatur. Caro manus impoſitione adumbratur, ut & anima ſpiritu illuminetur. Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, ut & anima de DEO ſaginetur. Non poſſunt ergo ſeparari in mercede, quas opera conjungit. Nam & ſacrificia DEO grata, conflictationes dico animæ & ſeras & aridas eſcas & appendices hujus officii ſortes caro de proprio ſuo incommodo inſtaurat.* Hactenus Tertullianus. Magiſtro addemus diſcipulum Cyprianum, Epiſcopum Carthaginenſem. Nota eſt ejus ſententia, hæreticos rebaptizandos eſſe, quam in Concilio Carthag. A. 256. habito maximè propugnavit, & quidem contra Stephanum, Epiſcopum Romanum, qui à quacunque hæreſi venientes admiſit. Nec novi quid heic ab Africanis Patribus ſtatutum, qui decretis olim ſub Agrippino nec non in Oriente non uno loco conciliariter ſancitis adhærebant. Tandem lis in Concilio Nicæno finita fuit, quod Paulianiſtas ſaltem anabaptiſmo ſubjecit. Adde Cypriani ep. 70. f. 189. ſqq. Idem Cyprianus baptiſmum infantibus non poſt octavam demùm

Digitized by Google

diem ſed ſtatim conferendum eſſe in epiſt. 64. Fellianâ, Pamelianâ 59. ad Fidum ſtatuit, ubi ſanè miramur, eſſe Scriptorem Anglum DANVERSIUM, qui in tract. Anglicano de baptiſmo P. 2. C. 3. ajat, locum hunc Cypriani eſſe ſuppoſitium, cum & apud Auguſtinum ep. 28. ad Hieronymum, L. 4 contra duas epiſt. Pelag. C. 8. L. 3. de peccatorum meritis & remiſſione C. 5. ſerm. 4. de verbis Apoſt. & apud Hieron. L. 3. dial. adv. Pelag. inveniatur. De miniſtro baptiſmi hæc exſtant de exhort. martyrii ſub finem: *Nos Domino permittente primum baptiſma credentibus dedimus.* Accedat epiſt. 70. f. 190. 191. *Sed & ipſa interrogatio, quæ fit in baptiſmo, teſtis eſt veritatis. Nam cum dicimus:* credis in vitam æternam &c. *Ungi quoque neceſſe eſt eum, qui baptizatus ſit, ut accepto chariſmate id eſt unctione eſſe unctus DEI & habere in ſe gratiam Chriſti poſſit.* Denique & adſpergendus eſt locus epiſt. 73. f. 202. *Qui in Eccleſia baptizantur, præpoſitis Eccleſiæ offeruntur & per noſtram orationem ac manus impoſitionem Spiritum ſanctum conſequuntur & ſignaculo Dominico conſummantur*, ubi ſanè & Cyprianus ad Act. 8. 14. provocat. Addi de manus impoſitione debet ep. 74. f. 213. Sed hæc quidem diſciplinam veterum circa baptiſmum ſatis oſtendunt. Qui plura noſſe voluerit, adeat autores, quos citat celeb. FABRICIUS in Bibliogr. antiqu. C. 11. §. 25. p. 385. ſqq. queis velim BARNABAM BRISSONIUM de vetuſtis baptiſmi ritibus adjicias.

(*k*) Loca in præcedente notâ produximus, ubi de baptiſmo egimus. Addendus eſt locus ex Theophili L. 1. ad Autholycum, ubi: τοιγαροῦν ἡμεῖς τοῦτο ἕνεκεν καλούμεθα χριστιανοὶ, ὅτι χριόμεθα ἔλαιον θεοῦ. Jam & notandum eſt, unctionem quandam confirmatoriam à Gnoſticis ſub *redemtionis* nomine, quam Jo. CROJUS, JAC. RHENFERDIUS & Jo. E. GRABIUS illuſtravere, adhibitam fuiſſe, uti apud Irenæum L. 1. adv. hæreſes C. 28. §. 4. 5. eſt, id quod & à Valentinianis factum referunt Theodotiana apud Clem. Alex. f. 800. b. Marcionem etiam *oleo ſuos unxiſſe* Tertullianus L. 1. adv. Marc. C. 14. memorat. Novatianos ritum hunc omiſiſſe Theodoretus hæret. fab. L. 3. c. 5. f. 229. 230. & Cornelius in ep. ad Fabium apud Euſeb. Hiſt. Eccl. L. 6. C. 43. ferunt. Autorum, de hoc ritu qui egere, ordinem longum ponit celeberr. FABRICIUS in Bibliogr. antiqu. C. 11. §. 25. p. 393. ſqq. ubi tamen, quod miror, Jo. DALLÆI liber de confirmatione, quem cum illo de extremâ unctione (at verò hunc alibi FABRICIUS nominat, qui & adverſarium DALLÆI JACOBUM de SAINTE-

BEUVE,

Digitized by Google

BEUVE, Theologum olim Sorbonicum posuit,) edidit, PETRUS itidem ARCUDIUS de concordiâ occid. & orient. Ecclesiæ in 7. sacramentorum administratione, GEBHARDUS THEODORUS MEJERUS de tribus novellorum nascentis Ecclesiæ initiamentis, baptismo, catechesi & manuum impositione & PHILIPPUS JACOBUS HARTMANNUS de rebus gestis Christianorum sub Apostolis C. 17. p. 436. sqq. non conspicitur. Sed ais, mi lector, quî itaque fiat, quod in Romanensibus ritus tàm antiquos reprehendamus? Respondeo. In Ecclesiâ Africanâ, ubi primum viguit hic ritus (neque enim in seculis illis prioribus magis universalem eum fuisse constat,) uti cærimonia quædam ecclesiastica adhibitus is fuit, non uti sacramentum, quemadmodum hodie apud Romanenses ille obtinet, qui necessitatis notionem, qui spiritualem effectum, qui characterem indelebilem ipsi adspergunt, nec tamen χειροθεσίαν hîc, quod in Ecclesiâ Africanâ factitatum, sed χειροτονίαν atque, quod unctionem concernit, δακτυλοθεσίαν saltem adhibent. Nec est, quòd urgeantur loca Act. 8, 7. 19, 6. Ebr. 6, 2. Et his enim de χειροθεσία sermo est, de unctione verò ne verbulum quidem exstat. Quin fatentur Viri optimi, se per confirmationem suam dona Spiritûs S. extraordinaria conferre non posse, quod olim factitârunt Apostoli, quorum tamen vestigiis insistere se putant. Quod restat, confirmationem baptizatorum per χειροθεσίαν nemo Protestantium facile rejecerit, si nulla necessitatis, nulla superstitionis notio ritui à Christo Apostolisque nullibi præcepto adspergatur. At verò Christiana prudentia requirit, ritus ut minuamus potius quam augeamus, cærimoniarum adauctione cultum internum, qui medulla Christianismi est, subinde decrescere constet. Si verò unctio & confirmatio eapropter & hodie est necessaria, quoniam in vetere Ecclesiâ in usu fuit, sanè & talis erit prægustatio lactis & mellis. Video tamen, duo adhùc monenda hîc esse, antequam ad alia dilabamur. Primum est, in Ecclesiâ Romanâ secus ac in Africanâ olim factitatum fuit, bis inungi baptizatos, semel à Presbytero post baptismum in capite, secundò ab Episcopo & in confirmatione in fronte, quibus unctionibus deinde vel tandem & extrema accedit. Alterum est, olim in Ecclesiâ Africanâ signum crucis frontibus baptizatorum quoque impressum fuisse. Locum ex Tertulliano de resurr. carnis C. 8. supra jam adduximus. Idem L. 2. ad uxorem, ubi tamen hunc ritum baptismo haud affundit: *Latebisne tu, cum lectulum, cum corpusculum tuum signas?* & de coronâ militis

militis C. 3. *Ad omnem progreſſum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacumque nos converſatio exercet, FRONTEM CRUCIS SIGNACULO TERIMUS.* Hinc & Jo. Dallæus in diſp. adverſus Latinorum de cultus religioſi objecto traditionem ait jam ſecundo ſeculo receptam fuiſſe, cruce ut ſe Chriſtiani ſignarent & manûs motu figuram ejus in aëre ut effingerent L. 1. C. 9. p. 90. C. 10. p. 111. ubi & Tertulliani locum ſcorpiaci C. 1. exſtantem adducit, qui ita habet: *nobis fides præſidium* (adverſus ſcorpios ſcilicet) *ſi non & ipſa percutitur diffidentia, ſignandi ſtatim & adjurandi & urgendi beſtiæ calcem. Hoc denique modo etiam Ethnicis ſæpe ſubvenimus, donati à DEO ea poteſtate, quam Apoſtolus dedicavit, cum morſum viperæ ſprevit.* Aſt in baptiſmo crucis ſignum adhibitum fuiſſe primis temporibus idem negat L. 5. C. 1. p. 782. ſqq. quod malè fert Guil. Beveregius in codice canonum Eccleſ. primitivæ vindicato ſub finem procœmii, qui *luculentiſſima antiquitatis teſtimonia* quidem heic jactat ſed nulla producit, quæ & producere ſanè haud valet, cum ſolus Tertulliani locus de reſurrectione carnis C. 8. hùc ſpectare videatur, niſi quod & Cypriani illud ad Demetrianum f. 194. hùc forſan pertineat, ubi dicitur: *evadere eos ſolos poſſe, qui renati & ſigno Chriſti ſignati fuerint*, quæ & paulò poſt repetuntur & illud quoque in ep. 58. ad Tibaritanos f. 125. ubi: *muniatur frons, ut ſignum DEI incolume ſervetur.* Adde & Tertull. L. 3. adv. Marc. C. 18. & Cyprian. de lapſis f. 122. Quod reſtat, inter Proteſtantes Eccleſias ſignum crucis retinuere & Anglicana & noſtra ſubinde, quæ Aug. Confeſſ. profitetur, ubi videas ſanè cœtus, in quibus Miniſtri Eccleſiæ ſignum crucis in cultu publico efformant. Quin & in catechiſmo Lutheri noſtri minore p. 383. legimus: *manè cùm ſurgis è lecto, ſignabis te ſigno crucis.... ſimiliter veſperi, cùm confers te cubitum, ſignabis te ſigno ſanctæ crucis.* Et quis ritui iſti quæſo infenſus fuerit, ſi absque ſuperſtitione & opinione influxus ſanctitatis phyſici in rem ſignatam is uſurpetur? Autores, qui de ſigno crucis egere, recenſuit doctiſſimus Wolfius in Caſaubonianis p. 306. Addi poteſt Carolus du Fresne, D. du Cange in gloſſario ad *ſignum Chriſti*, Nic. Nourry in diſſ. ad Lucium Cecilium de mortibus perſecutorum Art. 3. p. 184. ſqq. atque in tomo 2. apparatûs ad Biblioth. max. vet. Patrum, ubi indicem in voce *crux* evolvas velim. Nec minus hîc conferendi ſunt commentatores in Lucium Cecilium iique, qui de cruce à Conſtantino M. viſâ ſcripſere, Tollius, Fabricius, Wol-

Digitized by Google

Wolfius idemque Nourrius. De exorciſmo baptiſmali Scriptores congeſſit Fabricius in Bibl. antiq. C. XI. p. 389. C. XIII. p. 468. Adde Goth. Arnoldi Abbildung der erſten Chriſten L. 7. C. 4. f. 148. ſqq.

(*l*) Quæ hùc pertinent, jam ſupra dedimus, atqus eâ cum copiæ affuſione dedimus, ut jam manus heic in ſinu complicare atque alto indormire otio nobis liceat.

(*m*) Plinius Epiſt. L. 10. ep. 97. ad Trajanum Imperatorem ita de Chriſtianis habet: *Affirmabant autem, hanc fuiſſe ſummam vel culpæ ſuæ vel erroris, quod eſſent ſoliti ſtato die ante lucem convenire carmenque Chriſto quaſi DEO dicere ſecum invicem ſeque ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depoſitum appellati abnegarent: quibus peractis morem ſibi diſcedendi fuiſſe rurſusque coëundi ad capiendum cibum promiſcuum tamen & innoxium, quod ipſum facere deſiſſe poſt edictum, quo ſecundum mandata tua hæterias eſſe vetueram.* Epiſtolam hanc poſt celeberrimos JCtos Franc. Balduinum, & Conradium Rittershusium, poſt Ger. quoque Jo. Vossium egregiis quinque diſſertationibus illuſtravit JCtus Halenſis planè eximius, Justus Henningus Boehmerus in Jure Eccl. antiquo, quod Lipſiæ A. 1711. edidit & Viro illuſtri Christiano Thomasio dedicatum ivit. In diſſ. I. agit de ſtato Chriſtianorum die, in diſſ. II. de antelucanis Chriſtianorum cœtibus, in diſſ. III. de confœderatâ Chriſtianorum diſciplinâ, in diſſ. IV. de coitionibus Chriſtianorum ad capiendum cibum, in diſſ. V. de Chriſtianorum cœtibus in vicis & agris.

(*n*) Hic verò in Apolog. 2. f. 97. ſqq. ita infit: *Nos autem ſecundùm hujuſcemodi lavationem credentem jam & nobis adſcitum ad fratres, qui dicuntur, eo adducimus, ubi illi congregati ſunt, ad communes preces & ſupplicationes cùm pro ſe ipſis tùm pro illuminato & aliis ubique gentium omnibus animo intento peragendas: ut digni idoneique ſimus, qui veritate agnitâ per opera etiam ipſa boni atque officioſi rerum adminiſtratores & datorum nobis mandatorum cuſtodes inveniamur atque ut ſalute ſalvemur ſempiternâ. A precibus finitis mutuis nos invicem oſculis ſalutamus. Deinde ei, qui fratribus præeſt, offertur panis & poculum aquæ & vini. Quibus ille acceptis laudem & gloriam rerum univerſarum Patri per nomen Filii & Spiritus S. offert & euchariſtiam ſeu gratiarum actionem pro eo, quòd nos donis ſuis biſce dignatus ſit, prolixè exſequitur. Atque, ubi ille preces & gratiarum actiones abſolvit, populus, qui adeſt, omnis*

 fauſtâ

Digitized by Google

fauſtâ approbatione acclamat dicens: Amen. *Amen autem voce Hebræâ* fiat *ſignificat. Præſidens verò, poſtquam gratiarum actionem perfecit, & populus univerſus apprecatione læta eam comprobavit, qui apud nos vocantur* diaconi *atque* miniſtri, *diſtribuunt unicuique præſentium, ut participet eum, in quo actæ ſunt gratiæ, panem, vinum & aquam, & ad abſentes perferunt. Porrò alimentum hoc apud nos adpellatur* Euchariſtia, *quod nulli alii participare licitum eſt, quam veram eſſe doctrinam noſtram credenti & lavacro propter remiſſionem peccatorum & regenerationem ablato, & ita, ut Chriſtus tradidit, viventi. Non enim ut communem panem neque communem potum ita ſumimus ſed quemadmodum per verbum DEI caro factus Jeſus Chriſtus Servator noſter & carnem & ſanguinem ſalutis noſtræ cauſa habuit, ad eundem etiam modum, in qua per preces verbi ejus ab ipſo profecti gratiæ ſunt actæ, alimoniam, unde ſanguis & caro noſtra per mutationem aluntur, incarnati illius Jeſu carnem & ſanguinem eſſe docti ſumus.* Et poſt alia: *Et qui habent, indigentes omnes adjuvant & aſſidui aliis ſumus. Atque in omnibus, quas offerimus, oblationibus benedicendo laudamus factorem omnium per Filium Jeſum Chriſtum & Spiritum ſanctum. Et ſolis, qui dicitur, die omnium, qui vel in oppidis vel ruri degunt, in eundem locum conventus fit, & commentaria Apoſtolorum aut ſcripta Prophetarum, quoad tempus fert, leguntur. Deinde lectore quieſcente præſidens orationem, quâ populum inſtruit & ad imitationem ſàm pulcbrarum rerum cobortatur, habet. Poſt bæc conſurgimus communiter omnes & precationes profundimus, & ſicuti retulimus, precibus peractis panis offertur & vinum & aqua, & Præpoſitus itidem, quantum pro virili ſuâ poteſt, preces & gratiarum actiones fundit & populus fauſtè acclamat dicens*: Amen. *Et diſtributio communicatioque fit eorum, in quibus gratiæ ſunt actæ cuique præſenti, abſentibus autem per Diaconos mittitur. Cæterum qui copioſiores ſunt & volunt, pro arbitrio quisque ſuo, ut viſum eſt, contribuunt, & quod ita colligitur, apud Præſidem deponitur, atque ille inde opitulatur pupillis & viduis & bis, qui propter morbum aut aliquam aliam cauſam egent quique in vinculis ſunt, & peregrè advenientibus boſpitibus, &, ut ſimpliciter dicam, indigentium is omnium curator eſt. Solis autem die communiter omnes conventum agimus, quandoquidem is primus dies eſt, quo DEUS tenebris & materia, quam prius creaverat, verſa mundum effecit & Jeſus Chriſtus Servator noſter eo ipſo die à mortuis reſurrexit. Pridie enim Saturni die ille in crucem actus eſt & poſtridie ejusdem, qui ſcilicet ſolis eſt dies, Apoſtolis & diſcipulis ſuis apparuit atque ea docuit, quæ etiam apud vos ut inſpiceretis, retuli-*

mus.

Digitized by Google

mus. Hactenus JUSTINUS MARTYR, cujus totum verborum textum retulimus, ut plena hanc in rem pocula lectori præberemus ipsiusque oculis totam disciplinam veterem sisteremus. Alia ejusdem Patris loca addere possemus, nisi prata hæc satis jam bibissent.

(o) Tertulliani præcipua in apologetico adversus gentes pro Christianis habentur. Ibi verò C. 2. *Plinius secundus cum provinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdam gradu pulsis, ipsâ tamen multitudine perturbatus, quid de cætero ageret, consuluit tunc Trajanum Imperatorem, allegans præter obstinationem non sacrificandi nihil aliud se de sacris eorum comperisse quam cœtus antelucanos ad canendum Christo & DEO & ad confœderandam disciplinam, homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam & cætera scelera prohibentes.* At verò addenda omnino sunt, quæ C. 39. habentur: *Eadem jam nunc ergò ipse negotia Christianæ factionis. . . . Corpus sumus de conscientiâ religionis & disciplinæ unitate & spei fœdere. Coimus in cœtum & congregationem, ut ad DEum quasi manu factâ precationibus ambiamus orantes. Hæc vis DEO grata est. Oramus etiam pro Imperatoribus, pro ministris eorum & potestatibus, pro statu seculi, pro rerum quiete, pro morâ finis. Coimur ad divinarum literarum commemorationem, si quid præsentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoscere. Certè fidem sanctitatis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinam præceptorum nihilominus inculcationibus densamus. Ibidem etiam exhortationes, & censura divina. Num & judicatur magno cum ponderè, ut apud certos de DEI conspectu, summumque futuri judicii præjudicium est, si quis ita deliquerit, ut à communicatione orationis & conventûs & omnis sancti commercii relegetur. Præsident probati quique seniores, honorem istum non pretio sed testimonio adepti. Neque enim pretio ulla res DEI constat. Etiam si quod arcæ genus est, non de honorariâ summâ quasi redemtæ religionis congregatur. Modicam unusquisque stipem menstruâ die vel quum velit vel si modo velit & si modo possit, apponit. Nam nemo compellitur sed sponte confert. Hæc quasi depositа pietatis sunt. Nam inde non epulis nec potaculis nec ingratis voratrinis dispensantur sed egenis alendis humandisque & pueris ac puellis re ac parentibus destitutis, jamque domesticis senibus, item naufragis & si qui in metallis & si qui in insulis vel custodiis, dumtaxat ex causa DEI sectæ; alumni confessionis suæ fiunt. . . . . Cœna nostra de nomine rationem sui ostendit. Vocatur enim ἀγάπη, id quod* dilectio *penes Græcos est. Quantiscunque sumtibus constet, lucrum est pietatis nomine facere sumtum, siquidem inopes quoque refrigerio isto.....*

Non prius discumbitur quam oratio ad DEum præguſtetur. Editur, quantum eſurientes capiunt, bibitur, quantum pudicis eſt utile. Ita ſaturantur, ut qui meminerint, etiam per noctem adorandum DEum ſibi eſſe, ita fabulantur, ut qui ſciant, Dominum audire. Poſt aquam manualem & lumina, ut quisque de ſcripturis ſanctis vel de proprio ingenio poteſt, provocatur in medium DEO canere. Hinc probatur, quomodo biberit. Æque oratio convivium dirimit. Inde diſceditur, non in catervas cæſionum neque in claſſes diſcurſationum nec in eruptiones laſciviarum ſed ad eandem curam modeſtiæ & pudicitiæ, ut qui non tàm cœnam cœnaverint quam diſciplinam. Aſt non eſt, quod totum Tertullianum jam expilemus. Præcipua ſaltem hîc damus & fontes damus, quos qui lucentiores anhelat, opera ejus adeat neceſſe eſt. Jam & paucis monendum eſt, celeb. Boehmerum & ad Tertullianum diſſertationes in Jure eccleſiaſtico antiquo, quod edidit, dediſſe. Tituli ſunt de differentiâ inter ordinem eccleſiaſticum & plebem ſeu inter clericos & laicos, de conſeſſu ordinis eccleſiaſtici & de veteri Eccleſiæ ſtatu, de jure laicorum ſacerdotali & de jure dandi baptiſmum.

(p) Vide L. 3. contra Celſum p. 142. 143. *editionis* Spencerianæ. Hîc ita: *Chriſtiani, quantum poſſunt, præexaminant animos audire ſe cupientium ac primò privatim incantatos, priusquam in cœtum recipiantur, ubi videntur eò profeciſſe, ut honeſtæ vitæ ſint cupidi, tùm demum introducunt diſtinctis ordinibus, altero recens admiſſorum nec dum aſſecutorum luſtrationis ſymbolum, altero eorum, qui quantum in ſe eſt, demonſtrant, ſibi propoſitum eſſe nil aliud niſi cum Chriſtianis velle & ſentire, inter quos nonnulli præpoſiti ſunt, qui in vitam & mores eorum, qui admittuntur, inquirant, ut non conceſſa facientes candidatos religionis* arceant *à ſuis conventibus, cæteros horum diſſimiles excipiant ex animo & quotidianis acceſſibus meliores faciant. Jam erga peccantes quam ſevera eſt diſciplina, præcipuè contaminatos libidine, quos è ſua communione rejiciunt noſtri, quantumvis Celſus eos* nugacibus circulatoribus *ſimiles faciat? Et Pythagoreorum quidem venerunda ſchola ponebat cenotaphia diſciplinæ ſuæ deſertoribus, nimirùm quòd haberet eos pro mortuis: hi verò ut perditos Deoque mortuos lugent eos, qui libidine aliove ſimili malo victi fuerint: ac rurſum reſipiſcentes haud ſecus quam redivivos recipiunt tandem poſt longiorem melioris mentis approbationem quàm cùm primùm religionem diſcendam admitterentur, eâ tamen conditione, ut, quoniam lapſi ſunt, excludantur in poſterum ab omnibus dignitatibus & magiſtratibus eccleſiaſticis.* Et poſt alia: *Nos, quantum poſſumus, operam damus modis omnibus, ut conventus noſter conſtet*

Digitized by Google

stet ex hominibus prudentibus & quicquid habemus egregium atque divinum, tum demum in popularibus sermonibus ponimus in medium, cùm præstò est auditorum cordatorum copia. Alioquin profundiores sensus celamus & silentio præterimus in cœtu eorum, qui opus habent lacte, ut vocamus per tropologiam. Hæc Origenes, cujus postrema ista disciplinam arcani sapiunt, adjicienda eapropter ad ea, quæ hîc in primitiis Tubing. P. 2. p. 156. notâ (*t*) diximus.

(*q*) Heic jam egregia multa dari à nobis possent. Sed ne in prolixitatem quandam abeamus, calamum totum abstrahimus. Confer omninò autores luculentos, hanc in rem à FABRICIO in Bibliogr. antiqu. C. 9. §. 24. sqq. p. 209. sqq. citatos, ubi verò miror, haud citatum reperiri Jos. MEDUM, qui in operibus suis Anglicanis Londini A. 1648. 4. & Cantabrigiæ A. 1672. in folio impressis plurima hanc in rem habet & vel maximè Londini A. 1638. edidit libellum sub commate: *Churches, that is, appropriate places for Christian worship, both in and ever since the Apostles times*, quem libellum BENTHEMIUS Germanicè versum dedit. Adde GOTH. ARNOLDI abbildung der ersten Christen L. 2. C. 3. f. 169. sqq. & BOEHMERUM in Jure eccl. ant. diss. 2. de antelucanis Christ. cœtibus.

(*r*) De Dominicâ ἐξαγώνιον est, quod dicimus. En testimonium Barnabæ in epist. §. 15. *Diem octavum in lætitiâ agimus, in quo & JEsus resurrexit à mortuis.* Ignatius in epist. ad Magnes. §. 9. μηκέτι σαββατίζοντες ἀλλὰ κατὰ κυριακὴν ζῶντες, quæ verba Clem. Alex. Strom. L. 7. f. 744. explicat atque interpolator, ut solet, diducit. Justinus M. in quæst. & resp. ad orthodoxos qu. 115. adduci hîc posset, nisi ex allegatis, quæ inibi conspiciuntur, apparet, librum Justini non esse. Heic quæritur: *si genuum inclinatio in precationibus magis precatores DEO commendat quam si stantes orent, magisque ea res divinam permovet commiserationem: cur quæso diebus dominicis & a Paschæ feriis ad Pentecosten usque precantes genua non flectunt? unde autem talis in Ecclesias venit consuetudo?* Et respondetur, genuflexionem esse signum lapsus nostri, quod in die Domonico non adhibeatur ob gaudia, quibus nos memoria vitæ è resurrectione Christi manantis demulceat, testari porrò in libro de Paschate, (qui periit,) Irenæum, à temporibus Apostolorum esse morem istum, & eandem esse cum Paschate & Pentecoste rationem. Vide Opp. Justini M. f. 468. Supra autem vidimus, eundem Justinum M. expressis verbis testatum facere, conventum Christianorum die solis agi. Apol. 2. sub finem.

Digitized by Google

Sabbatum verò apud Christianos abrogatum fuisse, idem supponit in dialogo cum Tryphone Judæo f. 227. 235. Eandem tenet mentem Tertullianus adv. Judæos C. 2. 4. & in Apologet. C. 15. Jam verò antiqua illa de Paschate lis satis ostendit, Pascha à primis Christianis fuisse celebratum. Idem tamen Tertullianus de fugâ in persecutione C. 15. sabbata & dominicas memorat, qui & in libro de baptismo C. 19. Pascha & Pentecosten & hanc quidem *propriè diem festum* nominat. Adde lib. de Idol. C. 14. itemque L. 2. ad uxorem C. 4. Probe autem notandum, Pascha Tertulliano hîc esse non resurrectionis, quæ communis & apud veteres est acceptio, sed passionis Christi diem, in quo & jejunium sit agendum, omisso osculo, uti videre est ex libro de pœnitentiâ sub finem. Verba ejus, quæ ex Constit. Apost. L. 5. C. 18. latius explicari possunt, ita habent: *Sic & die Paschæ, quo cummunis & quasi publica jejunii religio est, meritò deponimus osculum, nihil curantes de osculando, quod cum omnibus faciamus.* Ast *à die Paschæ in Pentecosten usque gaudebant* veteres juxta Tertull. de cor. mil. C. 3. Unde & Cyprianus *lætitiam Paschæ* epist. 21. f. 45. memorat. Statum diem apud Plinium esse dominicam rectè existimat doctiss. Boehmerus in Jure Eccl. ant. diss. 1. de statu Christianorum die. Dominica solennia & diem solis, in quo lætitiæ indulgeatur, Tertullianus de fugâ in persecutione in apol. C. 16. & in lib. 1. ad nationes C. 13. memorat. Idem de coronâ militis C. 3. *Die dominico jejunium nefas ducimus vel de geniculis adorare. Eâdem immunitate à die Paschæ in Pentecosten usque gaudemus.* Notus est & locus Pseudo-Ignatii in epist. ad Philippenses. §. 13. ὅτις κυριακὴν ἢ σάββατον ποιεῖ, μόνου, πλὴν ἑνὸς σαββάτου τοῦ πάσχα, οὗτος χριστόκτονος ἐστίν. Id quod in canone Apost. 66. repetitur & constit Apost. L. 5. Cap. ult. & L. 7. C. 24. Origenes contra Celsum L. 8. p. 392. 393 dominicas, parascevas, Pascha & Pentecosten suo tempore celebrata memorat. Taceo memorias martyrum olim agitatas. Vide Euseb. Hist. Eccles. L. 4. C. 15. Tertull. de cor. mil. C. 3. de exhort. cast. C. 11. & de monogam. C. 10. Cyprian. epist. 34. 37. & Origen. exposit. in Joh. f. 39. T. 2.

(s) De jejuniis hos juxta temporum ordinem textus habe. Hermas in Pastore L. 3. §. 1. 2. 3. Similit. 5. de vero jejunio, quod & stationem vocat, agit ostenditque, illud mentem puram esse. Irenæus ita in epistola ad victorem, Episc. Rom. apud Euseb. Hist. Eccl. C. 39. *Neque enim de die solùm controversia est, sed etiam de formâ ipsâ jejunii.*

Qui-

Digitized by Google

Quidam enim existimant, unico die sibi esse jejunandum, alii duobus, alii pluribus, alii verò quadraginta. Diurnis pariter ac nocturnis horis computatis diem suum commetiuntur. Atque hæc quidem inter eos, qui jejunia observant, varietas non nostrâ primùm ætate nata est sed longè antea apud majores nostros ortum cepit: qui non accuratè, ut verisimile est, retinentes jejunii formam, eam, quæ ex simplicitate & imperitiâ ortum habuit, consuetudinem in posterum induxerunt. Atque nihilominus tamen & omnes isti pacem inter se retinuerunt & nos invicem retinemus. Ita jejuniorum diversitas consensionem fidei commendat & quæ sequuntur. Tam clara hæc verba sunt, ut mirari haud satis queam, quî factum, ut Viri præstantissimi hîc nodos quærerent. Factum id ex eo, quod noluere, ut jejunium quadragesimale hîc jam ab Irenæo nominaretur. Ast perperam hoc ab ipsis factum. Neque enim tenebræ verbis Irenæi inducendæ erant. Quid tùm, si fuerint tempore Irenæi, qui jejunium quadragesimale in memoriam jejunii à Christo in deserto peracti ante Pascha celebraverint? Jejunium hoc spectrum fuerit, quod nos haud terreat. Malè itaque VALESIUS & GRABIUS & alii plures textum interpungunt, quem Græcum jam paùlisper, ut mens nostra capiatur, dare debemus. ὁ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας (quâ scilicet finiendum sit jejunium & dies resurrectionis agendus) ἐστὶν ἡ ἀμφισβήτησις ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους τῆς νηστείας. οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτὸς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας, οἱ δὲ τεσσαράκοντα. ὥρας ἡμερινὰς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Hîc VALESIUS, hîc GRABIUS, hîc alii delent interpunctionem, quæ est inter τεσσαράκοντα & ὥρας vertuntque: *hi verò quadraginta horis diurnis & nocturnis computatis diem suum commetiuntur.* In eo tamen in diversa abeunt, quod VALESIUS quidem & vocem ἡμέραν, quæ postremum ponitur, nullo codice manuscripto hîc adhinniente expungit, & pro eâ νηστείαν gratis ponit, GRABIUS verò ait, ἡμέραν hîc non diem sed *tempus* jejunii significare, quod sanè & ipsum contortum planè est. Hinc rectè MASSUETUS, magni judicii homo, nobis, dum viveret, amicissimus, post CHRISTOPHORSONUM & SAVILIUM, positâ interpunctione inter τεσσαράκοντα & horas nodum hactenus solvit, etsi verba περὶ τοῦ εἴδους τῆς νηστείας nimis premat puteque, de eo saltem quæstionem eo tempore fuisse agitatam, num jejunium istud antepaschale, quod, si non quadraginta præcisè, certè plurimis diebus constitisse eo tempore jam supponit, ita posset celebrari, ut in postremis sex diebus xerophagiâ abstineatur, uti in prioribus omnibus. Scilicet ex Dionysii

nyſii Alex. epiſtolâ ad Baſilidem docet, ſex poſtremos jejunii antepaſchalis dies, quamvis non eodem modo ab omnibus tranſigerentur, à plurimis tamen tùm ſic transmiſſos fuiſſe, ut alii totos ſex impaſti ducerent, alii quatuor, alii tres, alii duos. Quæ ipſa ex Epiphanii exp. fid. §. 22. ita explanat, ut ajat, ſex paſchatis diebus xerophagias actas fuiſſe h. e. panem dumtaxat cum ſale & aquâ ad ſedandam famem adhibitum, addito jejunio ὑπερθέσεως, ubi per biduum vel triduum vel quatriduum planè cibus haud ſumtus fuerit. Quin & addit Conſtit. Apoſtol. L. 5. C. 18. ubi hæc exſtant: *In diebus igitur Paſchæ jejunate, incipientes à feriâ ſecundâ usque ad Paraſceven & ſabbatum, per ſex dies ſolo utentes pane & ſale & oleribus & aquæ potu. Abſtinete autem vino & carne iſtis diebus. Dies enim ſunt luctûs & non feſti.* His præmiſſis (pauciſſimis obſervamus, Massuetum hîc plagium committere, jam enim iſta ferè omnia ex Beveregii, quem haud nominat, codice canonum vindicato L. 3. C. 6. §. 2. exſcripſit, id quod & monentem videmus celeb. Clericum in Hiſt. Eccl. Sec. II. ad A. 196. p. 806. 807. in notâ) ita infit Vir doctus: *Hæc igitur accurata fuit prioribus ſæculis apud maximam Eccleſiarum partem jejunii forma; ut prima quadrageſimæ pars jejunio quidem ſed paulò remiſſiori, poſterior longè aſperiori conſecraretur. Si quæ proinde Irenæi ætate de jejunii formâ controverſia fuit, ſi quæ inter Eccleſias diſcrepantia, in eo fuiſſe videtur, quòd quædam poſtremos ſex quadrageſimæ dies mollius quàm par eſſet ac ferret communior Eccleſiarum conſuetudo, jejunarent nec xerophagiis veſcerentur. Et id ipſum eſt, quod hîc repræſentat Irenæus.* Quidam enim, *inquit*, unico die ſibi jejuniam eſſe *videlicet ſecundùm accuratam jejunii formam*, exiſtimat: alii duobus, alii inſuper pluribus: alii verò, *quorum pietas major, longius progreſſi totos* quadraginta dies *in xerophagiis agunt. Omnibus autem hoc commune fuit*, ut horis diurnis pariter ac nocturnis computatis, diem ſuum metirentur: *id eſt, dies illi, quos jejunio deputabant, non artificiales erant, ſed naturales ſive civiles, quibus nocturnæ pariter ac diurnæ continentur horæ. Quod quidem non fruſtra ſed prudenter omninò addidit Irenæus, ne quis ſibi fingeret, jejunantes illos, dum quidem ſol luceret, tenui cibo uſos fuiſſe, noctu verò lautioribus epulis, more Judæorum, indulſiſſe.* Quæ omnia denique ex Conc. Laodic. C. 50. ubi: δεῖν πᾶσαν τὴν τεσσαρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντας & Socratis Hiſt. Eccl. L. 5. C. 22. illuſtrat Massuetus. Vide Diſſ. 2. in Iren. Art. 1. §. 23. f. LXXXVI. ſqq. Aſt ſi propius rem inſpiciamus, patebit, de eo quæſtionem tempore Irenæi agitatam

fuiſſe,

Digitized by Google

fuiſſe, primò, quonam die paſcha ſit celebrandum, ſecundò, quot diebus jejunium antepaſchale conſtare debeat, num uno ſaltem, aut duobus, aut pluribus aut quadraginta. Quod cum ponit Irenæus, tacitè ſubinnuit, fuiſſe ſuo tempore, qui uno vel duobus vel pluribus vel quadraginta diebus ante Paſcha jejunaverint, ipſe verò exiſtimat, hâc de re non diſputandum ſed hæc omnia libertati eccleſiarum relinquenda eſſe, id quod ſanè & in fragmento tertio, quod nos edidimus, in editione anecdotorum Irenæi p. 147. ſqq. ſubinnuit. Pertinetque ſanè & ὅσοι πεντέας ad dierum, quibus jejunium ſit protrahendum, numerum, utpote juxta quem biduanum vel triduanum vel quadrageſimale nuncupari id poteſt. Adde ſi placet, GUIL. BEVEREGII cod. can. vind. L. 3. C. 7. Sed ſatis de Irenæo. Jam ex Tertulliano faſcis obſervationum dari poteſt. Hic verò in apolog. adv. gentes C. 40. *Nos jejuniis aridi & omni continentiâ expreſſi ab omni vitæ fruge dilati in ſacco & cinere volutantes inediâ* (*) *cœlum tundimus*,

(*) In textu Tertullianeo ponimus *inediâ*. At vero ubique ponitur *invidiâ*. Atque ita ſanè & nos primum ex editione Tertulliani Venetâ, quæ A. 1701. typis Aloyſii Pavini juxta correctionem Pamelii, de la Cerda, Ambianenſis, Rigaltii, Priorii, Albaſpinæi aliorumque & cum ſcholiis ex Salmaſio, Rhenano, Heraldo, Mercerio, Lupo aliisque deſumtis in formâ majore prodiit, poſueramus, ubi f. 29. ita habetur. Cum vero editio hæc mendis typographicis ſcateat, chartas ex officinâ typographicâ, ut incudem correctionis ſubirent, delatas mutavimus atque pro *invidiâ*, quæ lectio nullum ſenſum fundit, *inediâ* correctione certâ & facili poſuimus. Quod ubi facimus, ecce eodem ferè momento nobis adfertur ex nundinis Francofurtenſibus Tertulliani Apologeticus, unde textus ille deſumtus eſt, cum perpetuo commentario SIGEBERTI HAVERCAMPI, Lugduni Batavorum A. 1718. in lucem protruſus, quem avide inſpicimus & haud ſine indignatione videmus, lectionem falſam hanc textum adhuc occupare, nec adferri in notis aliquid, quod lucem affundat. Itaque monemus jam, bonam Tertulliani editionem eſſe in republicâ literariâ adhuc deſideratum quid. Inſudaverat inſtituto huic Monachus quidam Benedictinus MALLINGANUS, qui vero A. 1715. menſe Octobri Pariſiis operi immortuus eſt. Vide Hiſt. crit. de la Rep. des lettres T. 6. p. 363. Et ecce etiam, quid de Italo quodam heic habeant Mem. de Trev. 1714. p. 1658. in nouvelles literaires. De Reggio, *Un docte Italien prepare une nouvelle edition de Tertullien, il prétend d'avoir corrigé deux mille fautes dans le texte de ce Pére. Il a recouvert un exemplaire revû par le fameux* Gaſpar Scioppius *ſur d'anciens manuſcrits & un commentaire de* Pancirolle *ſur tous les Ouvrages de Tertullien, auquel ce ſavant homme avoit mis la der-*

tundimus, DEum tangimus. Idem de oratione C. 14. *Alia jam consuetudo invaluit, jejunantes habitâ oratione cum fratribus subtrahunt oſculum pacis, quod eſt ſignaculum orationis. . . . De abſtinentiâ oſculi agnoſcimur jejunantes. Die Paſchæ, quo communis & quaſi publica jejunii religio eſt, meritò deponimus oſculum.* & de baptiſmo C. 20. *Ergò & nos, dicet aliquis, à lavacro potius jejunare oportet & quis enim prohibet niſi neceſſitas gaudii & gratulatio ſalutis.* Idem & de patientiâ C. 13.

dernière main & que ſa mort a empêché de paroître. Quin & Tertulliani de oratione librum integrum in Tomo III. Anecd. lat. dudum daturus erat LUD. ANTONIUS MURATORIUS, uti ex ejus anecdotis Græcis p. 220. videre eſt. Quæ dum ponimus, paucis memoramus, de Tertulliano ejusque ſcriptis conferendus eſſe poſt CAVEUM & DUPINIUM, PETRUM ALLIXIUM, qui peculiarem de vitâ & ſcriptis Tertulliani diſſertationem Pariſiis A. 1679. 8. edidit, TH. ITTIGIUM in præfatione libri de Bibl. & Cat. PP. p. XXV. ſqq. & NIC. LE NOURRY, Monachum Bened. num in apparatu ad Bibl. max. veterum Patrum, T. 2. f. 1173. ſqq. ubi diſſertatio quarta in Tertullianum compoſita adparet. Addi poteſt JO. MABILLONIUS de ſtudiis monaſticis p. 371. 372. ubi librum de pœnitentiâ Tertulliano vendicat. Ad librum de præſcriptionibus conferri merentur V. C. CHRIST. AUG. HEUMANNI emendationes, quæ in actis eruditorum Lipſienſibus A. 1715. p. 299. ſqq. exſtant, ubi & obſervari velim JOSEPHI TOURNEMINII, Jeſuitæ Pariſienſis diſſertationem Gallicam, quâ contra ALLIXIUM & DUPINIUM & TILLEMONTIUM, qui & omnino hic in memoires pour ſervir à l'hiſtoire eccleſiaſtique des ſix premiers ſiecles T. 3. P. 1. conferendus eſt, probare contendit, catalogum hæreſium, qui ad calcem libri de præſcriptionibus eſt, omnino Tertulliani eſſe. Exſtat hæc diſſertatiuncula in Mem. de Trev. 1702. Aouſt. Art. 22. p. 311. ſqq. Nihilominus RENÉ MASSUETUM in diſſ. 1. in Irenæum n. IV. §. 9. f. XVI. ita ſcribentem offendimus: *Poſteriora novem capita libri de præſcriptionibus adſcititia eſſe autorisque Tertulliano junioris, conſtat.* Opera Tertulliani deperdita ſuo ſtylo conſcripta editurus eſt P. LA NOUE, ex ordine Minimorum, qui vero morte prævenitus præſtare deſtinata haud potuit. Vide Mem. de Trev. 1710. Maj. p. 897. Nec Respublica literaria dolet admodum, fœtum hunc, quo illa opus non habet, lucem haud vidiſſe. Apologeticum Tertulliani Gallicè & quidem cum diſſertatione in opera Tertulliani, ubi ALLIXIUM refutari videas, dedit GIRIUS. Inſpice Mem. de Tr. 1702. Nov. Dec. p. 28. ſqq. Libellum etiam ad martyres Gallicè abſe verſum Rupellæ A. 1673. PAULUS COLOMESIUS publicum fecit, ut ex Journ. des ſav. 1710. Sept. p. 260. vidimus. Libellus denique de Trinitate, qui rectè jam Novatiano adſcribitur, male Tertulliano à nonnullis tributus fuit. Quod reſtat, avide exſpectamus novam operum Tertulliani editionem, quam daturus eſt celeb. Theologus Halenſis BAUMGARTENIUS.

Digitized by Google

13. jejunia à ſuæ ætatis Chriſtianis *ſimplici pabulo puroque aquæ potu* peracta eſſe memorat, quod & de jejunio C. 13. repetit. De coronâ militis C. 3. hoc ponit jam ſupra à nobis datum: *Die dominico jejunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eâdem immunitate à die Paſchæ in Pentecoſten uſque gaudemus.* Et pertinet hùc vel maximè *de jejuniis adverſus Pſychicos* (ita verò orthodoxos Tertullianus vocat) *liber*, ubi ſtatim C. 1. ſententiam Catholicorum ita refert: *Arguunt nos, quod jejunia propria cuſtodiamus, quod ſtationes plerumque in veſperam producamus, quod etiam xerophagias obſervemus, ficcantes cibum ab omni carne & omni jurulentia & uvidioribus quibusque pomis, ne quid vinoſitatis vel edamus vel potemus, lavacri quoque abſtinentiam congruentem arido victui.* C. 2. hæc verba habet: *Certè in Evangelio illos dies jejuniis determinatos putant, in quibus ablatus eſt ſponſus*, Marc. 2, 18. ſqq. Luc. 5, 33. ſqq. *& hos eſſe jam ſolos legitimos jejuniorum Chriſtianorum dies abolitis legalibus & propheticis vetuſtatibus. . . . Itaque de cætero indifferenter jejunandum ex arbitrio, non ex imperio novæ diſciplinæ pro temporibus & cauſis uniuscujusque. Sic & Apoſtolos obſervâſſe, nullum aliud imponentes jugum certorum & in commune omnibus obeundorum jejuniorum: proinde nec ſtationum, quæ & ipſæ ſuos quidem dies habeant quartæ feriæ & ſextæ, paſſivè tamen currant, neque ſub lege præcepti neque ultra ſupremam diei, quando & orationes ferè hora nona concludat de Petri exemplo, quod in actis refertur. Xerophagias verò novum affectati officii nomen eſſe.* Et C. 13. *Ecce enim convenio vos & præter Paſcha jejunantes citra illos dies, quibus ablatus eſt ſponſus & ſtationum ſemijejunia interponentes, & vos interdum pane & aquâ victitantes, ut cuique viſum eſt. Denique reſpondetis, hæc ex arbitrio agenda, non ex imperio.* & poſt pauca: *Benè autem, quòd & epiſcopi univerſæ plebi mandare jejunia aſſolent, non dico de induſtriâ ſtipium conferendarum ut veſtræ capturæ eſt, ſed interdum & ex aliqua ſolicitudinis eccleſiaſticæ cauſa. Itaque ſi ex hominis edicto & in unum omnes humilitatem agitatis, quomodo in nobis ipſam quoque unitatem jejunationum & xerophagiarum & ſtationum denotatis?* Addi poteſt C. 14. ubi: *Si omnem in totum devotionem temporum & dierum & menſium & annorum eraſit Apoſtolus, cur Paſcha celebramus annuo circulo in menſe primo? cur quinquaginta exinde diebus in omni exultatione decurrimus? Cur ſtationibus quartam & ſextam ſabbati dicamus & jejunii paraſceven? quanquam vos etiam ſabbatum, ſi quando continuatis, nunquam niſi in Paſcha jejunandum ſecundùm rationem alibi redditam, nobis certè omnis dies etiam vulgatâ conſecratione celebratur.* & C.

Digitized by Google

15. *Quantula enim apud nos interdictio ciborum? duas in anno hebdomadas xerophagiarum nec totas exceptis scilicet sabbatis & dominicis offerimus DEO, abstinentes ab eis, quæ non rejicimus sed differimus.... Si claves macelli tibi tradidit, permittens esui omnia ad constituendam idolothytorum exceptionem, non tamen in macello regnum DEI incluſit.* & reliqua. Denique C. 17. *vera si velimus dicere, tu, qui tantum gulæ indulges & meritò te priorem jactitas, semper agnosco sapere Esau venatorem ferarum. Ita passim indagandis turdis studes, ita de campo laxissimæ disciplinæ tuæ venis, ita Spiritu deficis. Si tibi lenticulam de fruto intrusatam obtulero, statim totos primatus tuos vendes. Apud te agape in cacabis fervet, fides in culinis calet, spes in ferculis jacet.* Et verò eleganti eâdem dictione fervent cætera omnia, quæ sequuntur, Montanisticum tamen spiritum prorsus sapientia. Jam & Dionysii Alex. in epist. ad Basilidem verba adspergimus, qui ita de jejunio antepaschali: *nec sex jejuniorum dies æqualiter nec similiter omnes exspectant, sed alii quidem etiam omnes transmittunt jejuni permanentes, alii duos, alii tres, alii quatuor, alii nullum.* Denique Origenes in Levit. hom. 10. *Habemus enim quadragesimæ dies jejuniis consecratos. Habemus quartam & sextam septimanæ dies, quibus solenniter jejunamus.* Quin & Clemens Alex. Strom. L. 7. f. 474. hæc de Gnostico suo habet: Οἶδεν αὐτὸς καὶ τῆς νηστείας τὰ αἰνίγματα τῶν ἡμερῶν τούτων, τῆς τετράδος καὶ τῆς παρασκευῆς λέγω. ἐπιφημίζονται γὰρ ἡ μὲν Ἑρμῆ, ἡ δὲ Ἀφροδίτης. Αὐτίκα νηστεύει κατὰ τὸν βίον φιλαργυρίας τε ἅμα καὶ φιληδονίας. *Novit ipse jejunii quoque ænigmata horum dierum, quarti inquam & sexti. Dicitur autem ille quidem Mercurii, hic Veneris. Jejunat itaque per vitam ab avaritiâ & libidine.* Quod restat, nemo est, qui hanc de jejunio veterum doctrinam tradiderit melius Guil. Beveregio in cod. can. vindic. L. 3. qui & C. 10. eruditè de *stationibus* agit locaque ista omnia, quæ hanc in rem in Tertulliano exstant, conglomerat atque ita vel tandem §. 8. suam sententiam effert, cui & nos subscribimus: *Duplex jejunium in Ecclesiâ primitiva fuit observatum. Unum longius usque ad vesperam productam, alterum brevius & hora nona ab exortu solis hoc est tertia pomeridiana solutum. Hoc posterius* stationis *etiam nomine indigitatum fuit, eò quòd per totum istud tempus ab exortu scilicet solis usque ad horam nonam in sacris obeundis persistere seque jejunos exercere consueti essent. Quale ferè exercitium Judæi etiam* מעמד *stationem appellarunt. Ac propterea vox ista è Synagoga Judaica in Ecclesiam Christianam translata videtur. Hoc verò jejunii genus apud primitivos Christianos quartæ sextæque feriæ peculiare fuit. Quadragesimale*

male enim aliaque Ecclesiastica autoritate indicta jejunia, usque ad vesperam producta sunt. Hæc autem quartæ sextæque per singulas septimanas redeuntia jejunia hora nona solvere solenne fuit. Et post alia: *Ratio constat, quare Tertullianus* stationes & jejunia *alias distinguat, alias autem eadem faciat. Eadem nimirum facit, quoniam in utrisque jejunatum est. Distinguit autem, quod alia jejunia nonnisi vespere*, stationes *verò hora nona solverentur. Unde* & stationum semijejunia *ab eodem appellantur, de jej. C. 3. Hinc etiam constat, quare idem in verbis primo citatis dicat,* quartam sextamque sabbati stationibus dicatam esse, parasceven autem jejuniis. *Eo scilicet, quòd quarta sextaque feria ad horam duntaxat nonam, Parasceve autem, hoc est, Tertulliani notione sexta festum paschale antecedente usque ad vesperam jejunatum est. Hinc denique constat, Ecclesiam primitivam quarta sextaque hebdomadis cujusque feria per totum annum, excepta Pentecoste, religiose jejunasse, si vel Origeni vel Clementi Alex. vel Tertulliano ulla habeatur fides, hoc est, si quid in omni antiquitate Ecclesiastica pro certo habeatur.* Hactenus Beveregius, Vir summus. Jam patet ex his omnibus, quî fiat, quòd Theologi quidam Anglicani in observandis jejuniis, maximè quadragesimali, (quod tamen non Romanensi more sed antiquo ξηροφαγοῦντες tantisper observant) tàm accurati sint, scilicet, ut veteri, quam exosculantur plurimùm, Ecclesiæ se conformes hîc reddant. Vidimus & nos tale quid, cùm in Angliâ versaremur, in Henrico Dodwello, Viro pientissimo, quem A. 1709. postquam ad Caveum Windesoriæ inviseramus, mense Martio ipso quadragesimalis jejunii tempore cum amicis nostris quibusdam in pago illo, quem nominavimus jam & cui nomen *Shottesbrooke* est prope *Maidenhead*, visitavimus. Jam enim, cum ipsum adiviſſemus, Vir optimus, qui jejunio tùm corpus macerabat, hospites nos & peregrè advenientes nonnisi *chocolatæ*, quod præbebat, pulmento & erudito pioque colloquio, quod utrumque valdè nobis arridebat, primùm refocillavit atque dein cibandos nos nobili cuidam Jacobitæ & non jurantium, quos vocant, uni dedit, cujus beneficio Vir egregius cum familiâ, quam in senio suo, uxore demum ductâ, ipse verò pauperculus admodum sibi amplam satis auctamque quotannis adsperserat, tunc ibidem degebat. Eundem jejunium quadragesimale servandi ardorem in Jo. Ern. Grabio quoque observavimus, qui tamen post illustratum Irenæum, (ibi enim post τεσσαρεσκαιδεκατα, ut

vidimus, interpunctionem exstinxit (*), quâ deletâ jejunium quadragesimale exspirat & evanescit,) demum gulam austeritati illi subjecit, etsi xerophagiam, quod sciam, nunquam tenuerit. Quod restat, tria adhuc monemus. I. de jejunio baptizandorum esse consulendos Justinum M. in Apol. II. f. 5. & Tertullianum de baptismo C. 14. de jejunio pœnitentium item Tertull. de pœnit. C. 18. II. Præcipuos de jejuniis veterum Christianorum autores indicâsse præstantissimum Virum J. A. FABRICIUM in Bibl. ant. C. 11. §. 31. p. 410. ubi vel maximè Jo. DALLÆI de jejuniis & quadragesimâ librum Daventriæ typis Johannis Columbii A. 1654. 8. editum memorat, quem Romanenses certatim adgressi sunt, inter Anglos verò, quod tacet FABRICIUS, refutavit vel maximè in codice canonum vet. vindicato laudatissimus BEVEREGIUS. Addi potest & heic Jo. NICOLAI, Monachus olim Dominicanus, qui de jejunii Christiani & Christianæ abstinentiæ vero & legitimo ritu juxta veterem Ecclesiæ universalis usum librum Parisiis A. 1675. edidit LAUNOJO controversiæ serram hanc in rem reciprocavit. Enata quippe inter eos lis fuerat de modo jejunii quadragesimalis occasione obsidionis Parisiensis, quæ A. 1649. contigit. Vide LUDOVICUM ELLIES(**) DUPIN in Bibl. des Auteurs Eccl. T. 18. p. 41. 42. 109. 110. & Journal des savans 1675. p. 170. sqq. Nec minus consuli hîc meretur POMPEJUS SARNELLI in lettere ecclesiastiche, quæ Neapoli A. 1686. 4. prodiere, epistolâ 32. ubi de jejuniis, quadragesimali, sabbatico & quatuor temporum jejunio haud temnenda affert. De jejunio Sabbati velim inspiciatur PASCH. QUESNELLUS in diss. VI. ad Leonem M. f. 283. sqq. operum Leonis M. T. 2. edit. Lugd. quæ A. 1700. prodiit. Jejune vero de jejuniis veterum egit, quicunque egit, in den Unschuld. Nachr. 1702. p. 146. sqq. Ast egregie egit & luculenter egit, quem vel maximè hîc lectori commendamus, Vir Reverendissimus, GEORGIUS HOOPERUS, Decanus olim in Angliâ Cantuariensis, jam verò Episcopus Bathon. & Well. in libro Anglicano, quem Londini A. 1696. edidit sub titulo: *a discourse concerning lent, in two parts. The first, an* historical *account of its* observation: *the second an* essay *concerning its* original: *this sub divided into two* repartitions: *whereof the* first

(*) Vide Irenæi editionem Oxonienſem A. 1702. datam f. 465.

(**) *Ellies* ponimus, non *Eliam*, uti perperam nomen hoc efferunt Viri præstantissimi. Hoc enim apud Gallos *Elie* est, non *Ellies*, quod, uti ex ore celeberrimi DUPINII intelleximus, nomen illius gentilitium est, uti alterum DUPIN à prædio quodam ita nuncupato ipsi adhæret.

Digitized by Google

firſt *is preparatory and* ſhews, *that moſt of our* Chriſtian ordinances *are* deriv'd *from the* Jews, *and the* ſecond conjectures, *that* lent *is of the ſame* original. Recenſitum videas opuſculum in Actis erud. 1696. p. 414. ſqq. Apparet verò & in eo HOOPERI judicium, quò in loco Irenæi controverſo poſt τεσσαράκοντα interpungit. Vide P. 1. C. 3. §. 3. p. 40. ſqq. III. Denique & paucis objectionem, quæ, dum iſta omnia ſcripſimus, nobis ſuborta eſt, adponimus. Si jejunium iſtud antepaſchale, ſi ſtatio quartæ & ſextæ feriæ olim in primis Eccleſiis fuit celebrata, quid igitur nos, qui Proteſtantes appellamur, contra ritùm tàm antiquum inſurgimus atque adverſum quadrageſimam illam, quæ Irenæi jam tempore celebrari cœpit, arma vertimus? Et hîc quidem fateor, vetuſtatem rebus hiſce pondus quoddam conciliare. Sed ſalva res eſt. Jam enim *nihil hanc in rem præceptum eſt.* Itaque, ſi ſub ratione præcepti hæc impoſueris, jam libertas Chriſtiana, quæ primis in temporibus ſemper ſervata fuit & nullibi infracta, jugulatur, jam ſuperſtitio rebus optimis adſpergitur. Id quod ubi fit, ſatius eſt, nullum ſeruare jejunium, quam ſuperſtitione rebus inductâ id ſervare & libertatis Chriſtianæ, quæ longè præſtantiſſimum eſt, quod nobis competit, privilegium, naufragium facere. Aſt nec ipſi Romanenſes jejunia iſta & ſtationes ſervant, uti in primis ſeculis factitatum fuit. Nulla apud eos totalis à cibo abſtinentia, quæ proprium jejunium eſt, nulla & eodem ſoluto xerophagia. Ubi ſanè nolim credas, id eſſe jejunare, ubi à certis ſaltem cibis abſtinetur. Spectrum hoc jejunii eſt, non jejunium. Ut taceam, abſtinentiam iſtam partialem inter opera in ſe & ſua naturâ ſancta itemque meritoria ſibi locum apud Romanenſes vendicare. Id quod primis veri Chriſtianiſmi principiis contrarium eſt, ubi mutatio animi & internarum ejusdem habitudinum per Spiritum S. facta potius quam externi ritus in Evangelio haud præcepti, ſi modo per determinationem Eccleſiæ ii ſanciantur, meritique omnis, cujus præſumtio peccatum mortale eſt, ſequeſtratio Luc. 17, 10. ad veram ſanctimoniam requiruntur. Sed hæc polemica ſunt. Id verò haud ſine ratione mireris, fieri ſubinde apud nos, ut diebus Dominicis jejunia inſtituantur. Vix ſanè adprobaverit hoc, qui noverit, Eccleſiam veterem ab hujusmodi jejuniis abhorruiſſe. Sed & hoc vel tandem indifferens eſſe, quis eſt, qui non perſpiciat? Si placet, conferre hîc poteris, lector, diſſertationem noſtram de filiis thalami, ſponſo præſente, non jejunantibus, ablato jejunaturis, quam A. 1740. edidimus.

(t) Conf.

(*t*) Conf. hîc vel maximè Tertullianum in Apologetico C. 30. ubi: *In cœlum ſuſpicientes Chriſtiani manibus expanſis, quia innocuis, capite nudo, quia non erubeſcimus, denique ſine monitore, quia de pectore oramus, precantes ſumus ſemper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, orbem quietum & quæcunque hominis & Cæſaris vota ſunt.* & C. 39. *Coimus in cœtum & congregationem, ut ad DEum quaſi manu factâ precationibus ambiamus orantes. Hæc vis DEO grata eſt. Oramus etiam pro imperatoribus, pro miniſtris eorum & poteſtatibus, pro ſtatu ſeculi pro mora finis* (*) de quibus poſtremis precibus vide H. DODWELLUM diſſert. Cypr. XII. de martyrum fortitudine §. 25. f. 97. 98. & NIC. LE NOURRY in Appar. ad Bibl. Max. Patr. T. 2. f. 1408. Addi debet Tertulliani de oratione liber, ubi oratio dominica explicatur & C. 12. & 14. ii reprehenduntur, qui in orationibus aſſident & oſculum ſubtrahunt. Cypriani de oratione dominica libellus itidem hîc conferendus venit. Horâ tertiâ, ſextâ & nonâ orâſſe veteres Chriſtianos ex Tertull. de jejun. C. 10. & Cypr. de orat. dom. f. 154. itemque Clem. Alex. Strom. L. 7. f. 722. patet. Per noctem tamen & exſurgebant oratum. Vide eundem f. 155. & Tertull. ad ux. L. 2. atque Apolog. C. 39. Preces ab iis flexo quoque poplite & verſus Orientem factas eſſe conſtat. Hinc φρόνις illa Tertullianea, *de geniculis adorare.* de cor. milit. C. 3. Id quod tamen in Dominicâ & inde à Paſchate usque ad Pentecoſten facere nefas habebatur, etſi id Paulus feciſſet Act. 20, 36. Adde Autores à FABRICIO citatos Bibl. antiqu. C. XI. §. 10. ſqq. p. 360. ſqq.

(*u*) Vide iterum hîc Autores ab eodem doctiſſimo FABRICIO citatos C. XI. §. 25. p. 396. Inſpicienda maximè Joh. 13, 14. 1. Tim. 5, 10. Tertull. L. 2. ad ux. C. 4. Orig. in Joh. 13, p. 374. Jam & quædam hanc

(*) *De precibus pro morâ finis* id nota, mirum eſſe, quod HAVERCAMPIUS ad easdem dilucidandas nihil ponat. Scilicet putaverant primi Chriſtiani, ultimum diem inſtare precabanturque DEum, ut moram rebus imponeret, quæ tempus reſipiſcendi mundo daret & aliquos ſaltem ex magna iſtâ errantium copiâ ſalvatura eſſet. Aſt cogitare quis poſſit, hæc precibus illis, quas Salvator docuit, contraria eſſe, ubi oramus, regnum DEI ut adveniat, hæc itidem contraria eſſe precibus Johannæis: VENI DOMINE JESU Apoc. 22, 20. contraria denique hæc eſſe deſiderio omnium ſanctorum, qui tardantem hactenus Judicem exporrectis capitibus & elatis in cœlum manibus anhelant, liberationem ſuam exſpectantes.

Digitized by Google

hanc in rem notavit GOTH. ARNOLDUS in der Abbildung der erſten Chriſten L. 3. C. 12. §. 17. ſqq. f. 151. ſqq. 372. ſqq. & TOB. PFANNERUS obſ. eccl. T. 1. Obſ. 6. p. 373. ſqq.

(x) De oſculis primorum Chriſtianorum luculenter egit TOBIAS PFANNERUS obſerv. Eccleſ. P. 2. Obſ. p. 131. ſqq. ubi plura hanc in rem Juſtini M. Irenæi, Tertulliani & Cypriani loca adducit, obſervatque, omiſſum olim fuiſſe oſculum tempore jejunii, oſcula inter Viros fœminasque haud frequentata, facta eadem poſt preces & in acceſſu ad S. cœnam quoque facta, oſculum baptizatis fixum, id quod contra DALLÆUM de cult. latin. relig. L. 1. C. 2. in fine idem probat, vincula quoque martyrum oſculis fidelium uſurpata fuiſſe, ut oſcula pedum & januarum templi, de quibus itidem is agit, taceamus.

(y) De hymnis veterum Chriſtianorum vide loca Matth. 26, 30. Act. 16, 25. 1. Cor. 14, 26. Col. 3, 16. Eph. 5, 19. Jac. 5, 13. item Juſtinum M. in dial. cum Tryph. p. 260. Plin. ep. L. 10. ep. 97. Tertull. Apol. C. 2. 39. & ad uxorem L. 2. C. 9. Hippolytum de conſummatione mundi & in laterculo, Cyprianum in libro ad Donatum in fine, & Clem. Al. Pædag. L. 2. C. 4. f. 165. C. 9. f. 185. Aſt cùm hæc diducere inſtituti ratio haud patiatur, rogamus lectorem, ut autores à FABRICIO. in Bibl. antiqu. C. XI. §. 13. p. 366. ſqq. citatos, noſtramque de liturgiis veterum diſſert. p. 17. adeat.

(z) Demus heic, quæ jam nobis ſeſe ſponte offerunt. De benedictione ſacerdotali exſtat locus in epiſtolâ genuinâ, niſi communem Criticorum præſtantiſſimorum ſententiam naſo adunco ſuſpendere jam velis, Ignatii ad Polycarpum §. 5. ubi: *Decet vero, ut ſponſi & ſponſæ de ſententiâ Epiſcopi conjugium faciant, quò nuptiæ ſint ſecundùm Dominum & non ſecundùm cupiditatem.* Neque enim γνώμη hæc epiſcopalis ſine benedictione data eſſe credi poteſt, etſi benedictio publica in Eccleſiâ nondum hinc liqueat, ſed privata ſaltem Epiſcopi mens ejusdemque conſenſus ad matrimonium confibulandum olim à Chriſtianis fuerit adhibitus. Accedit jam Tertullianus, qui in libro II. ad uxorem ita habet: *Unde ſufficiam ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod Eccleſia conciliat & confirmat oblatio & obſignatum Angeli renunciant & pater ratò habet. Nam nec in terris filii ſine conſenſu patrum ritè & jure nubunt.* Et in libro de pudicitiâ C. 4. *Ideò penes nos occultæ quoque conjunctiones, id eſt, non prius apud Eccleſiam profeſſæ juxta mœchiam & fornicationem judicari periclitantur; ne inde conſertæ obten-*

Digitized by Google

tu matrimonii crimen eludant. Adde de monogamiâ C. 11. Nec est ex tribus prioribus seculis qui hùc quadret, genuinus locus alius, nisi Clementem Alex. hùc trahas, qui in pædag. L. 3. C. 1. scribit: *Cui enim manum imponit Presbyter, cui autem benedicet? Non mulieri, quæ est ornata &c.* Sed hæc nimis generalia sunt. Ex seculo verò quarto pro benedictione sacerdotali exstantiora proferri testimonia posse is haud negaverit, qui legerit TOB. PFANNERI observ. eccl. L. 2. C. 7. §. p. 533. Adspergendus jam de divortio est amplissimus Hermæ locus in Pastore L. 2. Mand. 41. ubi hæc verba habentur: *Si scierit vir, uxorem suam deliquisse & non egerit pœnitentiam mulier & permanet in fornicatione sua & convivit cum illa vir, reus erit peccati ejus & particeps mœchationis ejus. Et dixi illi: Quid ergò, si permanserit in vitio suo mulier? Et dixit: Dimittat illam vir & vir per se maneat. Quod si dimiserit mulierem suam & aliam duxerit, & ipse mœchatur. Et dixi illi: Quid si mulier pœnitentiam egerit & voluerit ad virum suum reverti, nonne recipietur à viro suo? Imò si non receperit eam vir suus, peccat & magnum peccatum sibi admittit, sed debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam egit, sed non sæpè. Servis enim DEI pœnitentia una est. Propter pœnitentiam ergo non debet, dimissâ conjuge suâ, vir aliam ducere.* Habetur divortii ejusmodi exemplum apud Justinum M. Apol. 2. ut exemplum S. Theclæ apud Basilium Seleuc. de vitâ Theclæ L. 1. taceamus. Pergit autem Hermas & §. 4. de secundis nuptiis hæc effert: *Si vir vel mulier alicujus decesserit & nupserit aliquis illorum, peccat? Qui nubit, non peccat, inquit: sed si per se manserit, magnum sibi conquirit honorem apud Dominum,* quod ipsum in Const. Apostolicis L. 3. C. 2. ita diducitur: *Id quoque scire debetis, primas quidem & unicas nuptias, quando secundùm legem ac jus fiunt, justas esse utpote juxta voluntatem DEI celebratas, secundas verò post professionem nuptias esse illicitas, non propter conjugium sed propter mendacium, tertias nuptias intemperantiam demonstrare, at quodlibet post tertias nuptias matrimonium manifestum esse fornicationem & indubitabilem petulantiam. DEus quippe unam uxorem uni viro tradidit in mundi primordio:* Erunt *enim* duo in carne unâ. *Adolescentioribus vero viduis post primi mariti obitum secundus concedatur.* In iisdem Const. Apost. L. VIII. C. 32. exstat: *Concubina* (παλλακὴ) *cujuspiam infidelis mancipium, illi soli dedita admittatur* sc. ad baptismum, *si autem etiam cum aliis petulanter agat, rejiciatur. Fidelis, qui habet concubinam, si servam, desinat, & legitimè ducat uxorem, si liberam, eam in uxorem, legitimam accipiat, si*

solit,

Digitized by Google

nolit, rejiciatur. Athenagoras in legatione pro Christianis ante finem: ὁ δίυτερος γάμος εὐπρεπὴς ἐστὶ μοιχεία. *Secundæ nuptiæ decorum sunt adulterium.* Theophilactus Antioch. libro 3. ad Autolycum ante medium: *Apud Christianos temperantia adest, continentia exercetur, monogamia servatur, custoditur castitas.* Ita & Irenæus adv. hær. L. 3. C. 19. *Samaritanæ illi prævaricatrici, quæ in uno viro non mansit sed fornicata est in multis nuptiis.* Ast in scenam vel maximè hîc producendus est Tertullianus, in libris ad uxorem, de monogamiâ, de exhortat. cast. & de pudicitia, imò & Apol. C. 46. aliisque in locis. Nec minus in partes vocandus Clemens Alex. Strom. L. 2. f. 421. ubi: *matrimonium est prima viri & mulieris conjunctio secundum legem facta*, ut alia ejusdem loca taceamus. Minutius Felix in Octavio post medium: *unius matrimonii vinculo libenter inhæremus, cupiditatem procreandi aut unam scimus aut nullam.* Origenes hom. 17. in Lucam alibique item monogamiam servandam docet. Vide J. B. Cotelerium in Patribus Apost. J. Clerici Vol. 1. f. 91. a. Notandum & illud ex Tertulliano est, ipsum eos, qui gentilibus matrimonia ineunt, stupri reos facere, L. 2. ad uxorem. Adde eundem de corona militis C. 3. & Cyprianum de lapsis f. 122. Quod restat, in tribus prioribus seculis clericis omninò conjugium permissum fuisse, probavit Beveregius ad can. Apost. 5. Patr. Ap. Vol. 1. f. 458. Adde Fabricii Bibl. antiqu. C. 20. §. 10. p. 603. 604. qui & in hoc capite autores citat, qui de conjugio veterum in universum egere.

(*aa*) Hoc de argumento abundè satis egimus veterumque testimonia omnia produximus in diss. de oblat. vet. Euchar. §. 34. p. 296. sqq. Convivium dominicum qui describat Justinus M. supra vidimus. Tertullianus ita de coronâ militis C. 3. *Eucharistiæ sacramentum & in tempore victûs & omnibus mandatum à Domino etiam antelucanis cœtibus nec de aliorum manu quam præsidentium sumimus. Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annuâ die facimus . . . . Calicis aut panis etiam nostri aliquid decuti in terram anxiè patimur.* Cyprianus Epist. 63. ad Cæcilium: *Nisi in sacrificiis matutinis hoc quis vereatur, ne per saporem vini redoleat sanguinem Christi.* Et post alia: *Quomodo autem possumus propter Christum sanguinem fundere, qui sanguinem Christi erubescimus bibere? An illa sibi aliquis contemplatione blanditur, quòd, etsi mane aqua sola offerri videtur, tamen, cùm ad cœnandum venimus, mixtum calicem offerimus, sed cùm cœnamus, ad convivium nostrum plebem convocare non possumus, ut sacramenti veritatem fraternitate omni præsente celebremus.*

Digitized by Google

Et rursus: *quia passionis ejus mentionem in sacrificiis omnibus facimus (passio est enim Domini sacrificium, quod offerimus) nihil aliud quàm quod ille fecit, facere debemus.* Idem ep. 12. f. 28. *celebrentur hîc à nobis oblationes & sacrificia ob commemorationes* martyrum & ep. 1. f. 3. *Si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo nec sacrificium pro dormitione ejus celebraretur Neque enim apud altare meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotes & ministros voluit avocare. . . . . Non est, quòd pro dormitione ejus apud vos fiat oblatio aut deprecatio aliqua nomine ejus in Ecclesiâ frequentetur.* Quin & Eucharistia infantibus tùm dari jam cœpit, uti ex Cypriani libello de lapsis & epist. 59. ad Fidum perspicere est.

(*bb*) In epist. ad Cæcilium num. 63. apud Fellum & Pamelium. De temperamento tamen calicis vide, quæ nos annotavimus in diss. de oblat. Euch. §. 4. p. 173. sqq.

(*cc*) Vide Justin. M. Apol. II. f. 98. *Et distributio communicatioque fit eorum, in quibus gratiæ sunt actæ, cuique præsenti. Absentibus autem per diaconos mittitur.* Irenæus in literis ad Victorem Romanum supra jam citatis: *Verùm illi ipsi, qui te præcesserunt, Presbyteri, quamvis id minimè observarent, Ecclesiarum Presbyteris, qui id observabant, Eucharistiam transmiserunt.* Tertullianus de oratione C. 14. *Similiter de stationum diebus non putant plerique sacrificiorum orationibus interveniendum, quod statio solvenda sit accepto corpore Domini. . . . . Accepto corpore Domini & reservato utrumque salvum est & participatio sacrificii & executio officii.* & L. 2. ad uxorem: *Nescit maritus, quid secreto ante omnem cibum gustes.* Adde Cyprianum de lapsis f. 133. & de bono patientiæ f. 216. Ita profectò jam tùm temporis ab institutione Christi deviatum fuit.

(*dd*) Vide supra Art. 2. not. (*g*) & hunc artic. not. (*c*)

(*ee*) Hæc mutatio, ut paucis saltem mentem nostram exprimamus, in eo constitit, quod Episcopi dominium quoddam hierarchicum in cœtum Ecclesiasticum sibi vendicavere, quo hactenus frui haud poterant, queis utpote favens & propius brachium seculare defuit, id quod jam in Imperatoribus Christianis nacti fuere, etsi & hi subinde pro re natâ autoritatis suæ principalis radios in Ecclesiæ atria spargerent. Sed non patitur jam instituti ratio, ut, qui præter intentionem in prolixitatem quandam hîc lapsi sumus & dissertationem academicam exaraturi librum sensim sensimque conficimus, hæc vel tantisper saltem diducamus.

(*ff*) Nota,

Digitized by Google

(ff) Nota, quod, ubi de poteſtate hîc ſermo eſt, de poteſtate coactivâ id explicari debeat. Jam verò in unâ eademque civitate independentes ejusmodi duæ poteſtates monſtrum quoddam efficiunt, ad quod, ſaniori politicæ qui nomen dedit, à frontis corrugatione atque conſulcatione ſibi temperare non poſſit.

(gg) Poſſet hanc in rem ampliſſimus liber *de diſcordiâ ſacerdotii & imperii* conſcribi, ubi ſanè in ampliſſimos hiſtoriarum campos Autori evolare daretur. Nemo enim hactenus, quæcunque hùc pertinent, in unam maſſam conglomeravit. Magnam ædificationem ejusmodi ſecum veheret opus. Conſentientem hîc habemus illuſtrem THOMASIUM in dem Bedencken über die Frage: *Wie weit ein Prediger gegen ſeinem Landes-Herrn, welcher zugleich* ſummus Epiſcopus *mit iſt, ſich des Binde-Schlüſſels bedienen könne?* p. 147.

(hh) Scilicet, qui veteris juris Eccleſiaſtici, quod in medio ævo floruit, rationes & ſtatuta evolvere voluerit, is codicibus canonum veteribus inhiare omnemque illis inſpiciendis inque ſuccum & ſanguinem vertendis operam conſecrare debet. Eſt enim Jus eccleſiaſticum triplex. Primum illud eſt, quod ad tria priora ſecula pertinet, cujus prima lineamenta nos in opuſculo hoc jam pinximus, ex monumentis illis primorum temporum, quæ pauciſſima habemus & ſubinde valde jejuna, depromendum. Secundum eſt jus eccleſiaſticum medii ævi, quod à ſeculo IV. usque ad ſeculum XVI. pertingit & pro Eccleſiarum ſeculorumque diverſitate & varietate itidem varium eſt atque diverſum, prout codices canonum, quos noſtra dialecto conſtitutiones eccleſiaſticas appellitaremus, diverſi generis ſunt. Tertium jus eccleſiaſticum eſt modernum illud, quod in Eccleſiis variat, ex conſtitutionibus eccleſiaſticis ubique deducendum. De codicibus canonum veteribus paucis hæc notari velim, eos ex conſtitutionibus Conciliorum & Epiſcoporum conſarcinatos eſſe, atque paſſim ab Autoribus, qui uti grus gruem hîc ſe invicem conſequuntur & expilant, recenſeri. Videbis eorum catalogum in GERHARDI VAN MASTRICHT, JCti, Anteceſſoris & Hiſt. Prof. Ord. Duisburgenſis, poſtea Syndici Bremenſis ſenioris, Viri planè eruditiſſimi, cujus favore plurimo atque inſtructiſſimæ Bibliothecæ aſpectu A. 1708. Bremæ gaviſos nos eſſe meminimus, hiſtoriâ Juris eccleſiaſtici & Pontificii, quæ primum Amſtelodami apud Ysbrandum Haring A. 1686. poſtea cum præfatione Thomaſianâ Halæ Magdeb. bis prodiit. Addi poſſunt PETRUS DE MARCA de concordiâ ſacerdotii & imperii

Digitized by Google

L. 3. C. 2. ſqq. & in diſſertatione de veteribus collectionibus canonum, quam celeberr. BOEHMERUS laudato operi Francofurti ſeu potius Lipſiæ A. 1708. adjecit, f. 344. ſqq. Jo. MABILLONIUS des études Monaſtiques T. 1. P. 2. C. 5. editionis latinæ Venetæ à JOSEPHO PORTA editæ p. 234. ſqq. itemque Bibliotheca eccleſiaſtica Mabillonica n. 17. p. 599. ſqq. ST. BALUZIUS in præf. ad Antonium Auguſtinum de emend. Grat. CLAUDIUS FLEURY, hodierno Galliarum Regi olim à Confeſſionibus, dans ſon inſtitution au droit Eccleſiaſtique ſtatim ſub initium, GUILIELM. CAVE in hiſtoriâ literariâ ſcriptorum Eccleſiaſticorum paſſim, maximè verò in deſcriptione Concilii Chalcedonenſis f. 314. 315. Jo. STRAUCHIUS in diſſertationibus canonicis de origine, libris nec non autoritate Juris canonici, CASP. ZIEGLERUS in diſſ. de origine & incrementis Juris canonici, quam nuper ill. THOMASIUS ad LANCELOTTUM recuſam dedit, GEBHARDUS THEODORUS MEJERUS in hiſtoricâ relatione de canonum collectionibus codici canonum Eccleſiæ univerſæ Helmſt. A. 1663. præmiſſâ, THOMAS ITTIGIUS in opuſculis variis à V C. CHRISTIANO LUDOVICI editis: p. 425. ſqq. Jo ALBERTUS FABRICIUS in Biblioth. lat. L. 4. C. 12. & Bibl. Gr. L. VI. T. XI. ubi de codice Theodoſiano, Juſtinianeo, codice legum antiquarum à LINDENBROGIO, BIGNONIO & BALUZIO edito, codicibus denique canonum Eccleſiæ Romanæ eruditè agit, CHRISTIANUS THOMASIUS in cautelis circa præcognita Jurisprudentiæ Eccleſiaſticæ C. 18. ſqq. & vel maximè JUSTUS HENNINGUS BOEHMERUS, Vir planè eruditiſſimus in Jure eccleſiaſtico Proteſtantium L. 1. tit. 2. de conſtitutionibus, Theologus item venerandus Jo. ANDR. SCHMIDIUS in ſuppl. Sagittar. Sect. 2. C. 2. p. 728. ſqq. qui luculenter omnino & per multiplicationem in hoc inſtituto procedit, denique Vir planè inſignis BURCARDUS GOTTHELFF STRUVE in Bibliotheca Juris ſelectâ C. 13. & in hiſtoriâ Juris C. 7. Jam verò, ſi autores hoſce præſtantiſſimos vel ſupplere vel corrigere &, quæ ubique nobis obviarent, heic lectori plenis manibus dare volupe nobis eſſet, ampliſſimum in rerum campum deſcenderemus, quem tamen jam ſaltem è longinquo adſpicimus. Id mireris, Viros inſignes nimia codicum diſcrimina effingere & ſuavibus hîc ſomniis ſubinde indulgere. Si enim tot codices diverſi excogitandi fuerint, quot in Bibliothecis inveniuntur alio canonum ordine diſpo-

Digitized by Google

disposiți & vel prolixiores vel breviores, codicum, qui canones exhibent, index in infinitum esset extendendus. Unde perperam fit, quòd codex Ecclesiæ universæ & codex Ecclesiæ Orientalis, quem nitidum utique & magnificum planè nobis GUIL. BEVEREGIUM in Synodico seu Pandectis canonum Ecclesiæ Græcæ A. 1672. Oxonii è Theatro Sheldoniano dedisse supra memoravimus, à se invicem distinguantur. Unus idemque codex est, hâc saltem cum distinctione, quod una collectio alterâ est luculentior, id quod à libertate librarii ejusdemque arbitrio profectum fuit. Nec suum codicem totum JUSTELLUS edidit, utpote qui, antequam ad Romanenses transiret, ex codice Bodlejano canones Sardicenses excîdit aliaque, quæ in eodem inveniuntur, dare neglexit, unde & Cardinali PERRONIO itemque STEPHANO BALUZIO in præfatione ad opuscula PETRI DE MARCA, id quod & TH. ITTIGIUS noster de catenis & Bibliothecis Patrum observavit p. 763. sqq 767. 768. rectè (jam verò à CAVEO, qui plurimùm hîc hallucinatur, toti abimus,) vapulat. Scilicet codex iste ex codice quodam canonum Græcorum à latino homine efformatus & ad placita Ecclesiæ latinæ inflexus fuit atque ita subinde interpolatus, ut ne dignus quidem, qui ederetur, esse videatur. Ea, quæ haud dedit JUSTELLUS & datâ operâ omisit, curatè descripta penes se habet Jo. GUILIELMUS JANUS, qui cùm A. 1715. Oxonii versaretur, hoc sibi operæ sumsit atque pugillaribus suis ista indidit sed, quantum novi, non edidit. Etenim si quis codicem canonum Ecclesiæ universæ componere vellet, conciliorum veterum ubivis terrarum receptorum canones in unum conflare deberet, ut ita collectio, quam in unum conjiceret, suo quodam jure hoc titulo digna esset. Tale quid autem est βίβλος κανόνων sive codex canonum, cujus historiam dilucido sermone CAVEUS ad Concilium Chalcedonense & in diss. de libris & officiis ecclesiasticis Græcorum, titulo βίβλος κανόνων, composuit, in eo solo, ut jam diximus, errans, quod codicem canonum à codice orientali distinguat, quod qui fecerit, unico hoc intuitu facere id potest, quòd deinde Græci codici suo canonum adsperserint successu temporis ejusmodi quoque Conciliorum canones, quæ ab Ecclesiâ Romanâ haud recepta fuere. Jam verò, cum quævis Ecclesia sua peculiaria concilia congregaverit, contigit, ut & omnis ea peculiarem dein canonum codicem sibi formaret, cujus tamen prima & præcipua ferè pars codicem canonum universalem semper exhibet. Ita sanè Ecclesia Romana

Digitized by Google

Romana peculiarem canonum codicem inde jam ab antiquiſſimis temporibus & ante Dionyſium Exiguum habuit. Duplicem eum exſtitiſſe fingit PETRUS DE MARCA de concordiâ ſac. & imp. L. 3. C. 3. priorem ante Concilium Chalced. qui ſit idem cum codice canonum Eccleſiæ univerſæ Juſtelliano, poſteriorem, qui poſt illam Synodum autoritate Leonis M. Pont. Rom. fuerit confectus & quem ex Bibliotheca Monaſterii Rivipullenſis in lucem olim editurus erat Vir ſummus STEPH. BALUZIUS. Sed hanc de veteri Eccleſiæ Romanæ canonum codice ſententiam dudum exſibilavere JO. DAVID in libro de Epiſcopis canonicè judicandis C. 3. art. 3. & PASCHASIUS QUESNELLUS in diſſ. de codice canonum Eccleſiæ Romanæ, omnium, qui hucusque prodierunt, antiquiſſimo, nunc primum in lucem edito, quæ eſt numero XII. diſſertationum Leoninarum, C. 1. Opp. T. 2. f. 334. 335. Nec tamen, uti arbitror, ipſemet rem acu tetigit QUESNELLUS, qui in tomo illo altero operum Leonis M. quem citamus, codicem canonum eccleſiæ Romanæ veterem, qui & ante Dionyſium Exiguum obtinuerit, ex codicibus MSS. Oxonienſi uno, altero Thuanæo ſibi edidiſſe viſus eſt, nec obſervavit adeò mancum eſſe codicem hunc & plurimos Conciliorum canones ab Eccleſiâ tamen Romanâ jam olim receptos haud habere, ut pro codice vetere canonico Romano venditari prorſus haud poſſit, ſed privatam potius hominis induſtrii & ſibi ſapientis collectionem redoleat. Inſecutus dein eſt codex Dionyſianus, cum quo paucis omninò mutatis conſpirat codex canonum vetus Eccleſiæ Romanæ à FRANCISCO PITHOEO notis illuſtratus, qui ex Bibliothecâ D. CLAUDII DE PELETIER, Regni Gallicani adminiſtri Pariſiis ex typographiâ regiâ A. 1687. in formâ majore prodiit. Codex verò Dionyſianus & ſolitarius & in Conſiliorum collectionibus à JUSTELLO editus conſpicitur. Quæ de ſequioribus canonum Eccleſiæ Romanæ collectionibus dicenda ſunt, Viri docti ſatis explanavere, nec tanti ſunt. At verò optandum eſſet, ut, qui Juri eccleſiaſtico veteri plurimum omninò lucem affundunt, antiquioribus etiam iſtis codicibus, de quibus ferè ſilent, evolvendis operam ſuam conſecrarent, adeoque varias Juris canonici veteris epochas hîc eò curatius diſtinguerent. Uti verò Eccleſiæ Græcæ, uti Romanæ ſuus utrique codex adſcribitur, ita & Africanæ & Hiſpanicæ & Anglicanæ & cui non? ita ſanè & Germanicæ Eccleſiæ noſtræ, in quam codex Romanus ſine ullo dubio primùm invectus fuit, ſuum dari eumque ex documentis hùc per-

Digitized by Google

pertinentibus juxta ſeculorum ordinem conſarcinari poſſe quis dubitet? Qui autem omnes iſtos canonum codices curatiùs noſſe voluerit, is ſaltem conciliorum omnium tam generalium quam particularium Eccleſiarumque & Epiſcoporum conſtitutiones & ſtatuta per ſeculorum & per Eccleſiarum diverſarum ordinem eundo inſpicere debet, utpote qui tutiorem certioremque viam inire heic non poſſit. Addi hîc poſſunt, quæ de codicibus Canonum in hiſt. Theol. lit. P. 3. & quæ de codice Can. Afr. in den Tübingiſchen Berichten von gelehrten Sachen 1753. p. 18. &c. diximus, quæ & in præfatione ad epiſtolas Romanorum Pontificum dedit PET. CONSTANS, Benedictinus Pariſienſis.

(*ii*) Hæc ipſa dum ſcribimus, inſpiciendæ nobis præbentur origines præcipuarum materiarum Juris eccleſiaſtici ex ultimâ antiquitate evolutæ & ad ſtudium Juris canonici accommodatæ, quas illuſtris BOEHMERUS Schiltero ſuo illuſtrato ſeu emendationibus & additamentis ad Jo. SCHILTERI inſtitutiones Juris canonici Halæ Magdeburgicæ Anno. 1712. affixit.

(*kk*) Cauſa, cur hâc jam admiratione mens noſtra perfundatur, hæc eſt, quoniam hactenùs quidem, qui nonniſi Eccleſiæ primitivæ diſciplinam inſpeximus, nullos alios cœtuum directores quam Doctores eccleſiarum Presbyterosque in iis conſtitutos vidimus cum conſenſu tamen plebis eccleſiaſticæ omnia agentes. Jam ſcena rerum mutatur novusque ſe actus ſiſtit, ubi aliæ perſonæ aliâque & ſupremâ illæ autoritate pollentes faſcesque eccleſiaſticos in manibus tenentes viſentibus ſeſe præſentes reddunt. Nec tamen velim, ita comparata eſſe Magiſtratûs jura, ut jura eccleſiaſtica, quæ collegialia ſunt, iis adſpergi nequeant. Præterquam enim, quod & Principes Chriſtiani ipſimet jus ſacerdotii univerſalis cum aliis quibuscunque Chriſtianis commune habent atque eo ipſo ad directionem cœtûs quoque habiles ſunt, præterquam &, quòd præcipua & plurima ſacrorum jura, uti poſtea dicemus, ex ſuperioritate territoriali fluunt, quis neſcit, externæ directionis jura ab Eccleſiâ in principem transfundi poſſe, qui & ipſe, beneficiis in Eccleſiam collatis, certa quædam jure ſibi vendicare poteſt. Imo in V. T. regnum & ſacerdotium aliquando conjunctum fuiſſe legitur. Melchiſedech enim fuit Rex & Sacerdos. Quin & Reges Judæorum ampliſſima circa ſacra jura exercuiſſe conſtat. Vide omninò poſt infinitos Autores Jo. GEORGII REINHARDI meditationes de jure Principum Germaniæ, cumprimis

Digitized by Google

Saxoniæ, circa ſacra ante tempora reformationis exercito C. 1. §. 13. ſqq. p. 28. ſqq. & vel maximè veteris Teſtamenti tabulas librosque illius hiſtoricos, ex quibus plurimos hanc in rem floſculos colligere eſt. Jam velim hîc & ſolicitè conferri Jo. SELDENUM de ſucceſſione in Pontificatum Ebræorum L. 1. C. 12. p. 180. ſqq. edit. Francof. ubi exhibentur ea, quæ apud veteres de perpetuâ regni & Pontificatus apud Ebræos conjunctione occurrunt. Nomen etiam מלך, quod & rectorem præpoſitumque ſignificat, optimatibus & Sacerdotibus eſt commune. Vide H. GROTIUM de poteſtate ſummarum poteſtatum circa ſacra C. 9. & ad Ex. 3, 2. 2. Sam. 8, 18. Apud Gentiles imperium & Sacerdotium ſæpiſſimè juncta fuiſſe conſtat. Vide Autores ampliſſimos, quos celeberr. FABRICIUS in Bibliogr. ant. C. 13. §. 2. p. 444. hic citat, qui tamen neſcio, cur non memoret Virgilianum illud Æn. L. 3. v. 80.

Rex Anius, Rex idem hominum Phœbique ſacerdos,

cur non & memoret Triſmegiſtum, qui audit aliâs Philoſophus Maximus, Sacerdos maximus & Rex maximus, cum Moſe, cui hæc tria ferè competunt, eapropter conferendus. Veteres autem Romanorum Imperatores ſimul Pontifices fuiſſe Chriſtianosque etiam Cæſares per longum tempus hoc dignitatis nomen gerere haud recuſaſſe, ibidem egregiè FABRICIUS noſter monet, qui & hanc in rem in partes vocat Jo. ANDREAM BOSIUM, qui diſſertationes de Pontificatu maximo Imperatorum Chriſtianorum Jenæ A. 1656. ediderit, à GRÆVIO dein tomo 5. antiquitatum Romanarum inſertas, ubi contra Jo. PLACIDIUM ſeu potius JAC. GOTHOFREDUM, cujus & errorem poſtea PAGIUS & TILLEMONTIUS, addimus nos SPANHEMIUM, Theologum, defenderint, demonſtraverit, etiam Chriſtianos Imperatores titulum Pontificis Maximi, quamvis ethnica ſacra abominarentur, geſſiſſe falſumque eſſe, quod à nonnullis tradatur, in Epiſcopi Romani gratiam hoc nomine GRATIANUM abſtinuiſſe. Quin & amandat hîc lectores idem præſtantiſſimus Vir ad EZECH. SPANHEMII præclarum opus de uſu numiſmatum f. 691. & ANTONII VAN DALE diſſ. 2. ad antiquitates ex marmoribus illuſtrandas, queis denique & TILLEMONTIUM adſpergit, nos verò clariſſ. STRUVII diſſ. de Conſtantino M. ex rationibus politicis Chriſtiano §. 69. p. 72. & celeb. CYPRIANI diſſ. hiſtorico-theologicam de Cæſ. Maximiliano I. Pontificatum maximum affectante Coburgi A. 1710. habitam & Jenæ A. 1718. recuſam C. 1. §. 1. ſqq. adjungimus, utpote qui præter alia & egregiè illud.

Digitized by Google

lud hîc obſervat, à Pontificatu iſto ethnico profectum & hoc fuiſſe, quod auſpicales Imperatorum veſtes, quas Norimbergenſes hactenùs ſervent, clericales ſint, maximumque hîc errorem Baronium errare, qui exiſtimet, Epiſcopos Romanos jam ſeculo II. Pontificum Romanorum titulum geſſiſſe, utpote quem haud ſeriâ mente Zephyrino Tertullianus dederit, quod & Baluzius in notis ad Agobardum p. 85. exiſtimet. Adde & Janum Vincentium Gravinam L. 1. de origine juris civilis C. 106. & de Imp. Rom. C. 7. Nec omnia Epiſcopatus jura à ſe aliena eſſe voluit Conſtantinus M. uti conſtat ex dicto iſto decantato & πολυθρυλήτῳ apud Euſebium in ejus vitâ L. IV. C. 24. ubi: ἀλλ' ὑμεῖς μεν τῶν ἔσω τῆς ἐκκλησίας, ἐγω δὲ τῶν ἐκτὸς ὑπὸ Θεῷ καθεσταμενος ἐπίσκοπος ἂν εἴην: *At enim vos eorum, quæ intra Eccleſiam, ego autem* eorum, quæ *extra* ſunt, *à DEO conſtitutus epiſcopus fuerim.* Notum eſt, quàm variè verba hæc Viri præſtantiſſimi capiant. Plurimi diſtinctionem illam famoſam inter poteſtatem eccleſiaſticam circa *interna*, quam Miniſtris Eccleſiæ, & *externa*, quam Principibus adſpergunt, deducunt, alii de rebus merè civilibus, alii de gentilibus extra Eccleſiam conſtitutis id explicant, alii ἐπίχυσει, quam litem noſtram jam non facimus. Vide Autores, Morinum, Vedelium, Revium, Gerhardum, Allatium & de Marca, quos citat diligentiſſimus Fabricius, queis verò nos Ulricum Huberum de jure civit. L. 1. ſ. 5. C. 1. de jure ſummæ poteſtatis circa ſacra §. 21. ſqq. hîc affundimus, ſingularem hîc ſententiam tenentem, quam rectè ill. Thomasius in notis p. 174. 175. refutavit. Jam & conſtat, Leonem I. Imperatori ſacerdotalem affectum variis in locis attribuere. Ita ſanè is ep. 84. c. 3. ad Marcianum: *qui vobis præter regiam coronam etiam ſacerdotalem conferat palmam.* ep. 88. c. 2. ad Julianum: *ut omnibus excellentiam ipſorum non ſolùm regii culminis ſed etiam ſacerdotalis eſſe appareat ſanctitatis.* ep. 89. ad Marcianum c. 1. & *regia potentia & ſacerdotalis vigeret induſtria.* ep. 90. ad Pulcheriam c. 1. *Principibus temporis noſtri non ſolùm potentiam regiam ſed etiam ſacerdotalem cognoſcimus ineſſe doctrinam.* ep. 105. ad Marcianum c. 1. *in Chriſtianiſſimo Principe ſacerdotalem experimur effectum.* ep. 112. c. 1. ad eundem: *Sacerdotali me ſolicitudine pietas veſtra commonuit.* ep. 124. ad Anatolium Epiſc. Conſt. c. 2. *Quantum itaque opportunitas invitat officii, religioſiſſimum Principem dilectio tua ſtudeat frequentare & non ſolùm regiam ſed & ſacerdotalem ipſius mentem precibus meis obſecrare* & denique ep. 125. c. 6. ad Leonem Auguſtum: *Sacerdotalem namque & Apoſtolicum tuæ*

Digitized by Google

pietatis animum. Conglomerat hæc PASCH. QUESNELLUS in notis ad Leonem T. 2. f. 496. 497. qui & ista addit: *Præiverant Leoni Chalcedonenſes Patres, qui Act. VI. Concilii acclamarunt Marciano:* Sacerdoti Imperatori, τῷ ἱερεῖ τῷ βασιλεῖ multos annos. *Imò & Epiſcopi Conſtantinopolitanæ Synodi ſub Flaviano Theodoſium pari encomio decorarunt acclamantes:* Τῷ Ἀρχιερεῖ τῷ βασιλεῖ, Pontifici Imperatori. *Ad eundem ſenſum Fortunatus L. 2. Carm. 11. Childebertum, Francorum Regem ſic laudat:*

Melchiſedech noſter meritò Rex atque Sacerdos
Complevit laicus religionis opus.

Cujus elogii ratio cæteris prætermiſſis apud Juſtinianum Nov. 7. C. 2. legi poteſt, ubi ait: Cùm nec multum differant ab alterutro ſacerdotium & imperium & res ſacræ à communibus & publicis. *Qua de cauſa diu ante hos omnes Euſebius in vita Conſtantini M. C. 44. hunc Imperatorem laudat,* quod Eccleſiæ DEI præcipuè curam gerens, cum per diverſas provincias quidam inter ſe diſſentirent, ipſe velut communis omnium Epiſcopus à DEO conſtitutus miniſtrorum DEI ſynodos congregaverit.„ Addi debet codex canonum Eccleſiæ Romanæ Queſnellianus capitulo 47. c. 8. f. 89. Cæterum, ſi jam quis vellet jura ſacrorum ab Imperatoribus Romanis & Græcis, à Regibus & Principibus paſſim & ante reformationis tempora exercita uno in volumine enarrare, in prolixiſſimum is ſcriptionis campum dilaberetur. Conferri tamen poteſt, qui ſitim tantiſper reſtinguat, REINHARDUS ille, Vir doctiſſimus, qui plurima in unum conflavit & cujus liber Halæ Magdeburgicæ A. 1717. lucem vidit. Inter Imperatores Romano-Germanicos Maximilianum I. & Carolum V. Pontificatum Romanum affectâſſe conſtat. De Maximiliano I. vide diſſertationem jam citatam præſtantiſſimi illius Theologi Gothani, ERN. SAL. CYPRIANI. De Carolo V. inſpicias velim PETRI BÆLII Diction. Hiſt. & Crit. T. I. f. 897. notâ (*Y*). Adjice, ſi placet, GUIL. CHRIST. KRIEGSMANNI diſſ. de attrito per Papas imperio & Pontificatu per Cæſares capeſſendo & SAM. STRYKII diſſ. quod quilibet Princeps in territorio ſuo ſit Papa. Rariora exempla ſunt, quod Vladislaus Poloniæ Rex Doctoris ſimul & Paſtoris munere functus & Georgius, Princeps Anhaltinus idem ordinatus Paſtor & editis quoque homiliis clarus fuerit, Princepsque alius, convocatâ in Eccleſiam plebe, ſermonem eccleſiaſticum clericali indutus habitu in ſuggeſtu non ita pridem pronunciaverit. Quæ ferè omnia FABRICIUS idem l. c. p. 445. 446.

Digitized by Google

446. memorat, qui & plurimos Autores adjicit, qui de juribus Magiſtratus politici circa ſacra ſcripſere, quos exſcribere chartæque huic adſpergere haud vacat. Id verò eſt, quod tacere haud poſſumus, fuiſſe jam Imperatores veteres, qui jura ſacrorum in manus Epiſcopales reſignaverint atque jure ſacrorum peſſimo exemplo privati fuerint. Ita, quid Hoſius Epiſcopus Cordubenſis, Conſtantino M. cùm eccleſiaſticis negotiis ſeſe immiſceret, dixerit, conſtat. *Tibi DEus imperium commiſit, nobis, quæ ſunt Eccleſiæ, concredidit. Et quemadmodum, qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ, ita & tu cave, ne, quæ ſunt Eccleſiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius fias.* Date, *ſcriptum eſt*, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, quæ ſunt DEI, DEO. *Neque igitur fas eſt nobis, in terris imperium tenere, nec tu thymiamatum & ſacrorum poteſtatem habes, Imperator.* Atquæ hæc ſatis pro Imperio Hoſius, prout Athanaſius in epiſt. ad vitam ſolit. agentes habet. Apud Suidam Leontius, Tripolis Lybiæ Epiſcopus ad Conſtant. inter Epiſcopos præſidentem & Eccleſiis præſcribere ſua volentem ait: *Miror, Imperator, qui fiat, ἕτερα διέπειν τεταγμένος ἑτέροις ἐπιχειρεῖς, ut aliis curandis deſtinatus alia tractes, qui, cùm rei militari & reipublicæ præſis, Epiſcopis ea præſcribis, quæ ad ſolos Epiſcopos pertinent.* Quæ ipſa itidem ab Ambroſio in epiſt. 33. ad Marcellinam ſororem dici videas, ubi hæc leguntur: *Allegatur, Imperatori licere omnia, ipſius eſſe univerſa. Reſpondeo. Noli te gravare, Imperator, ut putes te in ea, quæ divina ſunt, imperiale aliquod jus habere, noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto DEO ſubditus. Scriptum eſt*: quæ DEI, DEO, quæ Cæſaris, Cæſari. *Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem Eccleſiæ. Publicorum tibi mœnium jus commiſſum eſt, non ſacrorum.* Idem ad Theodoſ. Imp. apud Theodor. L. 5. C. 17. *Purpura Imperatores, non Sacerdotes efficit.* Jam verò Valentinianus Imperator in Auxentii Epiſcopi Mediolanenſis defuncti locum alium eligere noluit ſed ita Epiſcopos allocutus eſt: *Talem in Pontificali conſtituite ſede, cui & nos, qui gubernamus imperium, ſincerè noſtra capita ſubmittamus & ejus monita, dum tanquam homines deliquerimus, neceſſariò veluti curantis medicamenta ſuſcipiamus.* Vide Theodoreti Hiſt. Eccl. L. 4. C. 6. 7. Idem &, cùm Epiſcopi homoouſiani ab ipſo peterent, ut ad corrigendam fidei doctrinam ipſis in unum convenire permitteret, hæc reſpondit: *mihi quidem in laicorum ordine conſtituto fas non eſt hujuſmodi negotia curioſiùs ſcrutari. Sacerdotes verò, quibus id curæ eſt, ſeorſim, ubicunque voluerint, conveniant.* Vide Sozomenii

zomeni Hist. Eccles. L. 6. C. 7. qui & C. 21. Imperatorem hunc hanc ob modestiam plurimùm evehit, cùm scribit, *erga divinum Numen eum adeò piè* fuisse *affectum, ut neque imperaret quidquam Sacerdotibus neque omninò novare aliquid in ecclesiasticis sustinuerit, si quid sibi deterius aut rectius visum fuisset. Has enim res examine ac judicio suo præstantiores esse* ipsum *existimâsse, quamvis eximius fuerit Imperator & ad res gerendas aptissimus.* At enim hâc Principum modestiâ abusum deinceps fuisse Clerum, nemo diffiteri poterit, qui vel solum illud Gelasii, Pontificis Romani effatum legerit, qui sub finem seculi quinti ita ad Imperat. Const. scripsit: *Duo sunt quippe*, Imperator auguste, *quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas sacra Pontificum & regalis potestas.* Addi potest Jo. Damascenus orat. 2. de imaginibus §. 12. ubi: *ὁ βασιλεὺς ἐστὶ, νομοθετῆσαι τῇ ἐκκλησίᾳ. Non est Regum, leges Ecclesiæ ferre. . . . . Ad Imperatores spectat rei publicæ administratio, Ecclesiæ regimen ad Pastores & doctores. Ejusmodi invasio latrocinium est, fratres. Cùm Samuelis pallium scidisset Saul, quid ei contigit? Regnum ipsius abscidit DEus & hominum mansuetissimo Davidi tradidit. Eliam Jesabel infectata est sanguinemque ipsius linxerunt canes & sues, quin & meretrices lotæ sunt in eo. Johannem Herodes interfecit & à vermibus consumtus perüt.* Ubi *ὡς ἐν παρόδῳ* saltem notamus, duplicem hîc in Damasceno, qui Jezabelem pro Achabo & Herodem Antipam Johannis interfectorem, pro Herode Ascalonita vel Agrippâ ponit, memoriæ lapsum MICH. LEQUIENIUM observare, uti T. I Opp. Damesc. f. 336. videre est. Sed pergit idem: *Quando ad Dominum accesserunt Scribæ & Pharisæi, ut illum tentarent, atque ab eo quæsierunt,* liceretne censum dare Cæsari, annon? *dixit,* ostendite mihi numisma census. *Quod cùm illi ostendissent: ait:* cujus habet imaginem? *Respondentibus illis:* Cæsaris, *subdidit:* Reddite ergò, quæ sunt, Cæsaris Cæsari & quæ sunt DEI, DEO. *Tibi parebimus, O Imperator, in his, quæ ad hujus seculi negotia pertinent, in tributis solvendis ac vectigalibus, MUNERAQUE TUA ACCIPIENDO ET IN QUIBUS RERUM NOSTRARUM ADMINISTRATIO TIBI CREDITA EST. Verùm ad res Ecclesiæ statuendas Postores habemus, qui nobis verbum loquuntur atque ecclesiastica instituta tradiderunt.* Hactenùs Damascenus. Nemo tamen est, insolentiorem rudioremque qui hîc tibiam inflaverit Bonifacio VIII. Pontifice Romano, qui post antecessores, homines crassissimos, Gregorium VII. Hadr. VI. Alex. III. Cœlestinum III. Innocent III. Greg. IX. Innoc. IV. & Clem.

Digitized by Google

Clem. IV. poteſtatem in Imperatores & Reges abſolutam ſibi vendicavit, ubi in Jubilæi à ſe inſtituti *primo quidem die in pontificalibus apparens populo, benedictionem illi impertitus eſt, poſterâ autem die imperiali habitu & infulâ Cæſareâ inſignis gladium ante ſe nudatum deferri juſſit: & ſedens altâ voce* exclamavit: Ecce duo gladii hîc, *atque iterum*: Ego ſum Cæſar & Pontifex „ Quæ ipſa etſi negent Romanenſes, ſuo tamen teſtimonio firmat Albertus Cranzius Saxon. L. 8. C. 36. Nec ſanè de hoc Bonifacii facto dubitaverit, quicunque ejusdem conſtitutionem inter extravagantes communes exſtantem L. 1. tit. 8. de majoritate & obedientiâ cap. 1. *unam ſanctam Eccleſiam* evolverit, ubi hæc habentur: *Eccleſiæ unius & unicæ unum corpus, unum caput, non duo capita, quaſi monſtrum Chriſtus videlicet & Chriſti vicarius Petrus Petrique ſucceſſor.* Additur in hujus *poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritalem videlicet & temporalem.* Adjicitur mox: *Qui in poteſtate Petri temporalem gladium eſſe negat, malè verbum attendit Domini proferentis:* Converte gladium tuum in vaginam„ Quin & hoc adſpergitur, *gladium materialem manu Regum exerceri ſed ad nutum & patientiam Sacerdotis, temporalem autoritatem ſpirituali ſubjici, dicere Apoſtolum:* non eſt poteſtas, niſi à DEO, *quæ autem à DEO ſint, ordinata eſſe, non autem ordinata fore, niſi gladius eſſet ſub gladio & tanquam inferior reduceretur per alium in ſuprema*, quaſi, ubi *ordo eſt*, ibi ſit *dependentia* unius ab alio, poteſtatem *ſpiritalem quamlibet præcellere poteſtatem, de eccleſiaſticâ poteſtate verificari vaticinium Hieremiæ:* Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna ad extirpandum &c. Et poſt alia id genus denique aſſeritur, *ſubeſſe Romano Pontifici omnem humanam creaturam idque omninò eſſe de neceſſitate ſalutis.* Ita Bonifacius, homo horrendus, quis enim ſine ſtomacho ejusmodi dicteria ferat? quem verò, cùm hanc poteſtatem in Philippum Pulchrum, Galliæ Regem exercere conaretur atque ita ad ipſum ſcriberet: *Scire te volumus, quod in ſpiritualibus & temporalibus nobis ſubes. Beneficiorum & præbendarum ad te collatio nulla ſpectat; &, ſi quæ contuliſti, collationem hujusmodi irritam decrevimus & quatenus de facto proceſſerit, revocamus*, quem inquam, cum hæc in extrema laberetur, ita depexum dedit Rex literis ad ipſum ſcriptis, quas & nuper ad corpus doctrinæ Sorbonenſe p. 59. produximus: *Philippus, DEI gratiâ Francorum Rex Bonifacio ſe gerenti pro ſummo Pontifice ſalutem modicam ſive nullam. Sciat tua maxima fatuitas in temporalibus* (at verò in ſpiritualibus cò durius jugum eſt, quò pretioſior à Chriſto Redemptore hîc libertas parta eſt 1. Cor. 7, 23.) *nos*

alicujus

Digitized by Google

alicui non subesse, Ecclesiarum & præbendarum collationem ad nos jure regni pertinere, secus autem credentes fatuos & dementes reputamus. Confer, quæ de literis hisce habent FRID. SPANHEMIUS in Hist. Christ. Sec. 14. n. 3. Opp. T. 1. f. 1738. 1739. & JO. GUIL. JANUS in diss. de dominatu Pontificio in Reges & Principes post reformationem diminuto §. 14. p. 48. 49. Sed quò quæso vel tandem hîc excurrimus, quibus ostendendum erat, sacerdotium & imperium in uno homine tanquam in unâ sede morari posse?.

(*ll*) *Petalo episcopali*, inquis, mi lector. Quî, quæso, hoc, quî fit, ais, ut is, qui distinctionem heic rebus adhibere conatur, Principi *jus Episcopale* affundat? Dudum, ita addis, spectrum hoc exsibilavimus ostendimusque, Principi jus episcopale adscribi non posse. Sed ipsum hoc, quod tu jam mihi opponis, lector, spectrum est & pura puta, quam semper repetis atque recantillas, logomachia. Jus episcopale, quod Principibus vulgò, licet incautius nec admodum adcuratè, adscribi videas, nihil aliud est, quam jus jura collegialia, quòd à totò cœtu ea administrari non amplius possunt, exercendi, apud Romanenses Episcopis, apud Protestantes Principibus traditum. Prout itaque apud Romanenses illud episcopale audit, quòd nempe Episcopis id ab iis commissum est, ita & apud Protestantes jus ecclesiasticum Principale idem nominari posset, si novis nomenclationibus hîc inhiandum esset. Tota res clarior evadet, si quod in capite sequente faciemus, *jura sacrorum absoluta à juribus sacrorum collegialibus* ritè distinxerimus.

CAPUT IV.

DE VERA JURIS PROTESTANTIUM ECCLESIASTICI INDOLE.

ARTICULUS PRIMUS.

Enarratis jam juris ecclesiastici originibus fontibusque illis, quos Christianismus in cunis suis atque in simplicitate, quâ olim floruit,

Digitized by Google

floruit, vagiens haud profectò largos sed modicos parcosque hîc nobis suppeditavit, enarratis saltuque è seculo tertio ad seculum, quo repurgata tantisper sacra fuere, jam facto & transmissis silentio temporibus illis, in quibus tyrannis hierarchica utramque paginam fecit, quæ verò jam, ubi Ecclesiæ Protestantes, quas vocant, sive reformatæ ab Ecclesiâ Romanensi atque iis Ecclesiis, quæ in verba ejusdem jurant, divortium fecere, sua saltem loca occupat clausoque dominationis suæ carcere regnat, fausto sic omine ad veram juris ecclesiastici indolem evolvendam alacres progredimur. Quod antequam faciamus, paucis saltem præmonemus, ordinem istum ecclesiasticum, qui in Romanâ Ecclesiâ obtinet, in se haud damnabilem esse, sed, nisi tyrannis ecclesiastica & potestas quædam coactiva & independens superstitioque, quâ sanctitas physica personis & ritibus subinde adspergitur, rebus affunderetur, utique tolerari posse. (*a*) Scilicet, cùm Ecclesia, uti supra jam diximus, non sit status civilis, sed societas in statu, sed collegium quoddam, quod mediâ in civitate erectum conspicitur, ubi homines ex merâ arbitrii libertate in unum coëunt, & ex pacto, ex conventione mutuâ, ex confœderatione, quâ suas voluntates in unum conflant, disciplinam quandam generalem fingunt densantque & confœderant, juxta quam omnes vivere oporteat & à quâ qui desciverit, ipso facto societate istâ extorris esse censeri debeat, (*b*) cùm porrò ad hanc disciplinam administrandam inde ab illo tempore, quo collegium ecclesiæ per statum omnem sese diffudit omnesque, qui cives sunt, etiam collegiati sint, totus cœtus, prout ille ex doctoribus & auditoribus constat, concurrere, nisi tarditatem summam & quotidianos tumultus rebus inducere velis, amplius ex solido nequeat, (*c*) omnino necessum fuit, ut jura collegii, quæ sanè magistratus civilis & privilegio suo luculento heic affuso firmat & contra refractarios graviter tuetur, (*d*) ea nempe jura, quæ in toto cœtu, si rerum originem spectes, residunt, certis quibusdam personis traderentur. Jam, cùm in primis temporibus cœtus sensim sensimque augerentur & sub gentilium Principum dominatione

ne res Christianæ adhuc ferperent, accidit, ut ejusmodi directio, ab omni tamen, quod probè notandum est, coactione, hactenus aliena (*e*) paulatim ab Ecclesiâ, consensu quodam tacito, Episcopis committeretur, qui deinde, cum Imperatores subinde Christianis nomina sua diptychis inscriberent, palpo iis obtruso, juribus collegii administrationi suæ eique limitatæ concessis jurisdictionem quandam politicam tyrannidemque spiritualem perverso ausu affudere, donec vel tandem independente & absolutâ quâdam potestate, cui tamen ecclesiasticæ saltem, spiritualis & internæ titulus inductus fuit, contra voluntatem Christi sibi sumtâ tribunal quoddam summum & ecclesiasticum quoque illud sed coactivum ab iis erectum atque res sacræ à clero ita decisæ fuere, ut magistratui politico hîc tantùm exsequendis rebus brachium porrigendi atque decisionibus clericalibus pulchro quodam obsequio, sine quo beatam vitam nemo assequi possit, adhinniendi gloria fuerit relicta, populus verò miserrimæ servituti tyrannidique intolerabili collum subdere opus habuerit. (*f*) Jam cum sensim sensimque jugum istud tantopere humeros & imperantium & plebis premeret, ut, quod jam diximus, acerbi hanc in rem ululatus gemitusque, bello inter imperium & sacerdotium exorto, ubique audirentur, contigit vel tandem, ut MARTINO LUTHERO, Viro planè eximio atque præstantissimo classicum hîc canente, Principes & plebs ex profundo quasi somno expergefacti in pristinam libertatem, admotâ rebus inspiciendis sanioris judicii lucernâ & excusso, quod humeros ipsorum hactenus usserat, jugo, ubicunque Ecclesiâ à Romanensibus sacris abiit, redirent & collegii jura, quæ Clerus perperam administraverat, retenturus eadem, si rebus benè gestis à tyrannide sacrâ & malâ administratione manus abstinuisset, consensu plebis ecclesiasticæ tacito nec dissentientibus sanè Ecclesiæ repurgatæ novis doctoribus Principibus & magistratui politico traderentur atque per pacificationes dein religiosas (*g*) sigillum civile acciperent, eo ut munita à cœtu ad se amplius retrahi non possent. (*h*) Atque hoc ferè ubique in Ecclesiis, quæ à Romana secessere, maximè

mè Germanicis factum, nisi quòd jura Collegii & directio ecclesiarum alicubi presbyteris laicis, haud exclusis tamen penitus Ecclesiæ doctoribus, fuerint tradita, (*i*) Episcopalisque disciplina in Angliâ (*k*) maximè adhuc obtineat, cæteris Ecclesiis, quæ purgatis sacris gaudent, vel presbyteralem (*l*) vel mixtam ex Episcopali & presbyteriali (*m*) formam tenentibus vel jura collegii communi omnium consilio, quod apud independentes (*n*) & Quackeros (*o*) in Angliâ, in Belgio verò apud Mennonitas (*p*) & Collegiatos (*q*) eosdemque Quackeros (*r*) fit, administrantibus, id quod ex confœderationis mutuæ arbitrio utique dependet, juxta quam jura collegii vel à toto cœtu, si nimis prolixus is haud sit, vel à clero solo vel à presbyteris laicis vel à magistratu politico, maximè si & is ad cœtum istum pertineat, exerceri & administrari possunt. Etsi verò, quamcunque ex his elegeris Ecclesiæ administrandæ formam, ubique ferè tyrannis invadere animos & abusus summi irrepere possint, & tùm demùm res Ecclesiæ benè stet, si Jura ipsius à prudentibus & piis, sive dein ii imperantes, sive doctores, sive presbyteri laici sint, administrentur, tamen commodum hoc accidit, ut apud nos Principibus jura collegialia traderentur, cùm ii statim rerum administrationi hâc ratione civilem manum affundere possint, utpote qui & superioritati territoriali, quâ fulgent, annexum hoc habent, ut collegia & societates, quæ in civitate suâ sunt, uti privatos quosvis contra insultus aliorum protegant privilegiaque semel iisdem à se concessa cum autoritate tueantur, qui denique per beneficia, quæ in Ecclesiam contulere & adhuc conferunt, unde sanè jus patronatus, quod vocant, maximè nascitur, peculiare sibi heic jus, itidem collegiale illud, quæsivere. (*s*)

(*a*) Hinc non malè adeò PHILIPPUS MELANCHTON in subscriptione articulorum Smalcaldicorum: *De pontifice autem statuo, si Evangelium admitteret, posse ei, propter pacem & communem tranquillitatem CHRISTIANORUM, QUI JAM SUB IPSO SUNT & in posterum sub ipso erunt, superioritatem in Episcopos, quam alioqui habet jure humano, etiam à nobis permitti.* Quanquàm enim hæc ipsis articulis Smalcaldicis à LUTHERO compositis P. 2. C. 4. adversa esse videantur, ubi

ſanè Megalander Pontificem Romanum ne humano quidem jure ſuperioritatem in Epiſcopos poſſidere ſupponit, ita tamen ſunt comparata, ut, præmiſſâ ſemper conditione illâ, ſed quæ profectò, niſi ſeculum penitus mutetur, impleri haud poterit, *ſi Papa Evangelium admitteret*, rei Chriſtianæ nullum detrimentum afferant, ubi vel maximè & illum MELANCHTHONIS, quem *de poteſtate & primatu Papæ* & *de poteſtate & jurisdictione Epiſcoporum* ſcripſit, libellum planè eruditiſſimum & judicioſiſſimum articulis hodiè Smalcaldicis affuſum inſpici velim. Scilicet, ſi Epiſcopi cognitione, ſanctitate, prudentiâ zeloque pro gloriâ DEI & pro ædificatione hominum polleant & jurisdictioni coactivæ cuidam non inhient, quid impedit, quo minus ipſis jura collegii adminiſtranda dari poſſint? Vide omninò Apol. Aug. Conf. art. 7. p. 204. ubi cauſæ, cur Epiſcopatum aboleverimus, ediſſeruntur. Digna ſunt verba, quæ apponantur: *In hoc conventu* (Auguſtano A. 1530. inſtituto, ubi Auguſtana Confeſſio Imp. Carolo V. fuit exhibita) *ſæpè teſtati ſumus, nos ſumma voluptate cupere conſervare politiam eccleſiaſticam & gradus in Eccleſiâ factos etiam humanâ autoritate. Scimus enim, bono & utili conſilio à Patribus eccleſiaſticam diſciplinam hoc modo, ut veteres canones deſcribunt, conſtitutam eſſe. Sed Epiſcopi Sacerdotes noſtros aut cogunt hoc doctrinæ genus, quod confeſſi ſumus, abjicere & damnare, aut novâ & inauditâ crudelitate miſeros & innocentes occidunt. Hæ cauſæ impediunt, quo minus agnoſcant hos Epiſcopos noſtri Sacerdotes. Ita ſævitia Epiſcoporum in cauſâ eſt, quare alicubi diſſolvitur illa canonica politia, quam nos magnopere cupiebamus conſervare. Ipſi viderint, quomodo rationem DEO reddituri ſint, quòd diſſipant Eccleſiam.* Et rurſus: *Porrò hîc iterum volumus teſtatum, nos libenter conſervaturos eſſe eccleſiaſticam & canonicam politiam, ſi modò Epiſcopi deſinant in noſtras Eccleſias ſævire. Hæc noſtra voluntas & coram DEO & apud omnes gentes ad omnem poſteritatem excuſabit nos, ne nobis imputari poſſit, quod Epiſcoporum autoritas labefactatur, ubi legerint atque audierint homines, nos injuſtam ſævitiam Epiſcoporum deprecantes nihil æqui impetrare potuiſſe.* Sed rectè omninò habet, quòd Eccleſia purior jura collegialia, quæ in tantum abuſum tracta ab Epiſcopis in Papatu fuere, ad ſe retraxerit Principibusque dederit. Cæterùm inanes ſunt gloſſæ, quas in ſubſcriptionem iſtam Melanchthonianam fundit JAC. BENIGNUS BOSSUETUS, Epiſcopus quondam Meldenſis Gallus in hiſtoire des variations des Egliſes Proteſtantes L. 4. §. 39. p. 182. 183. & L. 5. §. 24. ſqq. p. 280. ſqq. qui haud ſatis capit, Melanchthonem Ponti-

Digitized by Google

Pontifici Romano omnem in Ecclesiam potestatem, quam jure divino sibi is arrogaverit, prorsus denegare, eamque saltem ipsi tribuere, quam ex conventione eorum, qui sponte se eidem olim submisere, habeat, limitatam illam hactenus atque ad Evangelii puram professionem, de quâ certè non ipsi soli sed toti Ecclesiæ nemine excluso judicium competat, restrictam. Quæ qui Pontificio fermento tincta esse crediderit, idem sanè & de J. Clerico, Viro celeb. cui profectò tale fermentum nemo sanus adscripserit, dicere necessum habebit, qui eandem ferè in sententiam in libello de eligenda inter dissentientes Christianos sententia §. 11. differit. Adde Bibl. Choisi. T. 10. Art. 7. p. 307. & T. 21. P. 1. p. 3. ubi ait Vir. clariss. formam Episcopalem, qualis in Angliâ habetur, optimam formam esse. Jam ergò, ubi de Ecclesiæ Romanæ hierarchiâ judicium à nobis fertur, velimus semper id eâ, quâ par est, modestiâ dilui nullisque injuriis, nullis sarcasmis fœdari. Etsi enim prorsus dicendum sit, quod res est, & vel maximè tyrannis illa ecclesiastica & potestas coactiva independens, quam Clerus Pontificius exercet & quâ in mentes hominum is grassatur, adductis in medium rationibus solidis jugulari à nobis debeat, tamen à durioribus heic locutionibus nobis, qui maximè in Imperio Germanico vivimus, abstinendum esse & res ipsa & Christianismi verioris & pacificationum publicarum edictorumque Imperialium ratio dictitat. Quod restat, & in Ecclesiâ Romanâ varias regiminis ecclesiastici formas conspicere est. Eæ enim Ecclesiæ, quæ heic libertatibus suis fruuntur, uti Gallicana, Pontifici Romano tàm arctè haud subjacent, uti Ecclesiæ illæ vel Italicæ vel aliæ, in quæ idem potestatem magis absolutam exercet. Ita dixeris, formam regiminis Ecclesiastici Gallicani ad aristocratiam magis quam ad monarchiam inclinare. Jam enim Ecclesia Gallicana à Curiæ Romanæ Pontificisque Romani decisionibus haud dependet sed ad Conciliorum, sed ad Episcoporum suorum, qui & in partem decisionis venire debent, statuta sed ad antiquas consuetudines suas & avita privilegia provocat. Scilicet in eo consistunt utique Ecclesiæ Gallicanæ libertates, quod suis illa canonibus, sibi propriis regitur, nec ad Pontificis Romani mandata statim assurgere necessum habet. Autorum omnium ferè, qui de hisce libertatibus vel in affirmativam vel in negativam scripsere, indicem ex diariis maximè eruditorum in tractatu de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ antiquæ & hodiernæ A. 1707. Rostochii edito exhibuit Petrus Zornius, Vir clarissimus.

Digitized by Google

Eminent verò inter eos PETRUS DE MARCA, PETRUS PUTEANUS (*du Puy*,) cujus librum LANGLETUS DU FRESNOY denuò edidit, RICHERIUS, LAUNOJUS, TALONIUS, PINSSONIUS, AUDOULIUS, LARROQUANUS, MAIMBURGIUS, SFONDRATUS, HEIDEGGERUS, DUPINIUS, alii. Quid verò valeant Ecclesiæ Gallicanæ libertates, ex rebus constitutionis *Unigenitus* satis, ut arbitror, patet.

(*b*) Ejusmodi societates in civitate iniri suisque etiam juribus, quæ utique majestatica haud sunt sed saltem conventionalia, florere posse, ita ut magistratus iis vi potestatis, quam habet, summæ inhiare haud necessum habeat, sed potius, ubi juribus hisce societatem privat, libertate naturali, quam populus sibi semper reservavit, eum privet adeoque potestatem suam nimis extendat, LONGE CERTISSIMUM est & extra OMNEM dubitationis aleam ab iis ponitur, qui sapiunt. Hinc & patet, quam solicitè à *juribus sacrorum absolutis* distinguenda sint *jura sacrorum collegialia*, quod communiter à Viris præstantissimis haud fieri conspicimus.

(*c*) Scilicet maxima est distinctio inter Ecclesiam, prout olim illa se habuit, ubi societatem saltem particularem quandam effecit, quæ per totam civitatem nondum se diffudit & ubi omnia civitatis membra nondum & societatis hujus membra exstitere, & inter Ecclesiam, quæ per totam civitatem diffusa est, ita, ut quot cives sunt, tot etiam sint collegiati. In priori casu non est, quòd jura collegii in unam quandam vel plures personas administranda transferantur. Ita enim hîc omnia administrari possunt, uti in Ecclesiâ Hierosolymitanâ tempore Apostolorum & Ecclesiâ Africanâ tempore Cypriani administrata fuere, ubi plebis judicium omnibus rebus fuit adhibitum. Ast in posteriore casu res longè aliter se habet. Jam enim hîc ob summam rei necessitatem jura collegii, non, quod probè notes velim, lector, jura conscientiæ & libertatis Christianæ, juxta quam soli DEO subjicimur & quæ internos animi motus internumque cultum externamque etiam locomotivam, quæ cum interno cultu necessariam connexionem habet, spectat, hîc, inquam, ob summam rei necessitatem jura collegii, hoc est, jura directionis ecclesiasticæ exterioris certis quibusdam personis administranda traduntur. Quâ ratione si quis *Ecclesiam repræsentativam*, quæ nempe in rebus externis ex pacto & conventione disponat, fidem autem non decidat, non determinet, non injungat, sed doctrinam cœtûs & collegii historicè saltem designet & præsupponat, vel si melius quid iis, qui collegii

Digitized by Google

collegii jura administrant, subortum fuerit, nudis suasionibus solisque argumentis, non tamen ad nauseam collegii, rem agat, statuerit, nos haud refragabimur. Magnâ autem, uti semper repetendum est, in juribus collegialibus administrandis prudentiâ opus est, ut nempe nec laqueos mentibus hominum immittamus, nec populi clamoribus turbisque portam adaperiamus. Sed, quamcunque demum rebus ecclesiasticis administrandis methodum præscripseris, omnia abusibus patent, queis ii soli obviam ibunt, qui, ubi rebus gerendis hîc præfecti sunt, pietate & dexteritate pollent.

(*d*) Hæc ita se habere rei ipsius natura dictitat. Sed opus est, ut ejusmodi collegium in quod plures, factâ confœderatione, coeunt res suas inspiciente Magistratu & luculenter permittente agat. Quod si ita se habuerit, Magistratus dein societatis hujus Protector est eosque, qui, ubi in tabulas confœderationis consensere, deinde ordini semel statuto se non submittunt sed turbas concitant, collegio ita volente, eodem expellit. Hinc non est, quod hîc quidem ajas, clero dein *brachium seculare* & Magistratum saltem inservire, adeoque ad ejus nutum sese componere debere. Neque enim magistratus heic brachium rebus nisi probè perspectis & pro re natâ adhibere, nec cœcum profectò petitis ejusmodi, in quorum justitiam haud inquisitum est, consensum adspergere debet.

(*e*) Hinc factum, ut, quando excommunicati Ecclesiâ olim excedere noluere, cum Ecclesiæ eos vi expellere haud possent, magistratus politicus id fecerit, uti ex exemplo Pauli Samosateni liquet, quod supra attulimus.

(*f*) Hæc in regno Pontificio ita se habuisse & etiamnum ita se habere, res ipsa clamitat.

(*g*) Vide pacem Religiosam A. 1555. Augustæ initam §. 20. & instrum. pacis Cæsario-Suecicum Art. 5. §. 30. 31. 42. Art. 7. §. 1. 2. in quo posteriore in genere cautum fuit, ut res ecclesiasticæ earumque administratio eo in statu remanerent, in quo sub initium A. 1624. exstitere. At verò tunc Jura sacrorum collegialia à Principibus magistratibusque fuisse administrata constat.

(*h*) Hoc probè observandum, ne credatur, jura hæc collegialia ita saltem à Principibus administrari, ut plebs ecclesiastica ea ad se retrahere possit, quandocunque libuerit. Retrahi enim saltem possunt in casu tyrannidis sacræ à Magistratu exercitæ. Neque enim, quoniam hæc jura Principibus tradita & commissa fuere, aliam ea naturam induunt, quemadmodum collegium, licet per totum statum diffundatur,

Digitized by Google

datur, tamen, Viris doctiſſimis egregiè ita ſtatuentibus, collegii naturam non exuit.

(*i*) Id in Belgio Eccleſiisque Reformatis & Presbyterianis, imò & noſtris, Belgicis illis, & in Hamburgenſi Eccleſiâ videre eſt, ubi Presbyteri laici cum clero jura collegialia exercent. Enata tamen hanc in rem fuit lis jam ante hos centum annos, quæ inter Remonſtrantes & Contraremonſtrantes acrior dein exarſit, ubi hi quidem Magiſtratui jura collegialia denegavere, illi verò eadem cum poteſtate, quam vocârunt, architectonicâ eidem adſcripſere, nec ab utrâque parte Jura ſacrorum abſoluta & Jura ſacrorum collegialia rectè diſtincta fuere, utpote quâ diſtinctione curatè adhibitâ atque ad confœderationis, quæ hîc & nunc obtinet, leges rationesque applicatâ tota ſtatim lis in fumos abit. Qui rerum notitiam quandam ſibi comparare &, qui hanc in rem à Viris doctiſſimis ex utrâque parte ſcripti libri, inter quos utique HUG. GROTII de imperio ſummarum poteſtatum circa ſacra liber eminet, inter omnes, quos Vir ſummus ſcripſit, eruditionis & judicii vi minimus, fuerint, nôſſe voluerit, adeat H. L. BENTHEMIUM in dem Holländiſchen Kirch-und Schulen-Staat P. 2. C. 2. §. 21. ſqq. p. 74. ſqq. & illuſtrem Virum, CHRISTIANUM THOMASIUM, tùm in dem bedencken quod ſupra citavimus, p. 143. ſqq. tùm in cautelis circa præcognita Jurispr. Eccl. C. 1. §. 9. p. 5. itemque celeberr. Theologum Jenenſem J. FR. BUDDEUM in hiſtoriâ Juris naturalis §. 54. & vel maximè GISBERTUM VOETIUM, Theologum olim Ultrajectinum in Politicâ Eccleſiaſticâ, quæ Amſtelodami Anno. 1663. 1669. 1676. tribus partibus abſoluta prodiit, P. 1. L. 1. Tr. 2. C. 2. p. 125. ſqq. & P. 3. L. 4. tr. 1. C. 13. p. 817. ſqq. Adde. & l. c. tr. 4. C. 1. de Eraſtianis diſciplinæ eccleſiaſticæ adverſariis p. 936. ſqq. Quod ipſum dum memoramus, hoc ipſo loco indicandum eſt, de THOMA ERASTO, Medico Heidelbergenſi, qui ſtatuit, excommunicationem tùm minorem tùm majorem non Eccleſiæ ſed Magiſtratui competere, evolvendos eſſe Jo. SELDENUM de ſynedriis vet. Ebr. L. 1. C. 10. p. 297. ſqq. & C. 13. p. 365. 366. CHRIST. THOMAS. in adnot. ad ULR. HUBERUM de jure civitatis L. 5. ſect. 5. C. 1. p. 166. ſqq. Jo. CHRIST. WOLFIUM, V. C. in Caſaubonianis p. 229. & obſervat. ſelectas THEOD. CRUGERI ad hiſtoriam cenſuræ eccleſiaſticæ diſſ. I. ſub præſidio eruditiſſimi JANI defenſam p. 8. ſqq. Ulterius tamen ERASTO progreditur THOMAS HOBBES, qui, cum ajat, civitatem

tatem Christianam esse Ecclesiam, omnia planè Ecclesiæ jura ad civitatem transfert eique determinationem omnium fidei articulorum, excepto illo, *Christum esse Messiam*, adscribit. Vide elementa philosophica de cive C. 17. §. 21. sqq. C. 18. §. 14. & Leviathanem sive de materiâ, formâ & potestate civitatis ecclesiasticæ & civilis C. 33. 39. 42. append. C. 2. ubi & doctrina de hæresi juxta principia illa explicatur dicturque, hæresin esse id omne, quod Magistratus credi vetuerit. Ejusmodi verò & principia, Cæsaropapiam efferentia, defendere apud Belgas in politicâ contractâ sustinuit ADRIANUS HOUTUYNUS, JCtus, quem illustris PUFENDORFIUS in appendice ad libellum de habitu religionis Christianæ ad vitam civilem depexum dedit.

(k) Constat, quænam sit in Angliâ rei ecclesiasticæ ratio. Dantur, ut paucis nos absolvamus, in Angliâ variæ Ecclesiarum formæ, Episcopalis, Presbyteriana, independens, Quackeriana. Episcopalis, quæ publica est, quæ & Regis est, quæ & communiter apud Scriptores nostros Ecclesiis Reformatis, quas vocant, sed perperam adspergitur, cùm peculiare planè Ecclesiæ corpus sit, illa est, ubi Episcopus cæteros Ecclesiæ Ministros, qui Presbyteri nuncupantur, quos & ille solus ordinare potest, supereminet & iis præpositus est, ita tamen, ut jura collegialia pauciora ipse, præcipua Rex, qui *defensoris fidei* eapropter jam titulum gerit, exerceat. Sunt autem Episcopales hi vel rigidiores vel modestiores. Rigidiores, qui nomine politico *Tories*, nomine ecclesiastico *High Churchmen* appellitantur, existimant, Episcopatum juris divini absoluti esse nullamque veram Ecclesiam dari, in quâ Episcopatus haud vigeat, nec veros eos Ecclesiæ ministros esse, qui à Presbyteris ordinati sint, uti nec vera sint, (id quod quidam & ex iis asserunt,) quæ per eos administrentur sacramenta. Modestiores verò, qui nomine politico *Whigs*, nomine Ecclesiastico *Low Churchmen* vocantur, etsi hactenus existiment, nullum Ecclesiæ ordinem tantoperè convenire, uti Episcopalem, qui & à DEO institutus fuerit, tamen veræ Ecclesiæ gloriam sacramentorumque & ministerii validitatem Ecclesiis Presbyterianis haud derogant. Illi obedientiam passivam, hoc est, quod Principi tyranno resistere non liceat, hi activam, hoc est, contrarium defendunt. At verò & inter eosdem magna lis est de potestate Episcopali, illis quidem independentem eam, uti ferè in regno Pontificio ea viget, his dependentem & Regi etiam in exercitio jurium collegialium,

gialium, quæ dicimus, subjectam arbitrantibus. Taceo diversas, quas de validitate ordinationis per eos, qui Episcopis injustè depositis succedunt, administratæ sibi invicem Ecclesiæ Anglicanæ filii moverunt, controversias, taceo & insignem illam quæstionem: Num successio hierarchica canonibusque veteribus congrua in Ecclesia Anglicana habeatur & num Episcopi illi, à quibus omnes ordinationes Anglicanæ profectæ fuere, ipsi fuerint canonicè ordinati? id quod in dubium vocavere BOSSUETUS, JESUITÆ PARISIENSES & MASSUETUS. Præter Episcopales verò hosce, qui unam Ecclesiam eamque publicam præcipuisque vestitam privilegiis collegialibus in Anglia efficiunt, reperiuntur & ibidem Presbyteriani, Reformati aliàs, apud quos eorum ministerium ecclesiasticum, demta episcopali dignitate, ex Ministris Ecclesiæ sive Presbyteris ex omni parte æqualibus constitit, & Independentes, qui nullum ministerium ecclesiasticum habent, quovis, qui saltem ex cœtu illo est, rebus linguam manumque affundente, id quod ferè & apud Quackeros notandum venit. Atque hæ omnes Ecclesiæ circa ordinem & conformationem suam plurimùm inter se inde à repurgatis sacris, quavis se Apostolicam cœtus ecclesiastici formam servare causante, disceptavere. Longæ hæ lites sunt, longæ ambages, quibus jam nos evolvendis vacare haud possumus, & quas, qui nosse velit, historiam Ecclesiæ Anglicanæ motuumque, qui eam inde ab Henrico VII. usque ad hæc tempora agitavere, inspicere debet. Adeat, qui volet; (jam enim compendii causâ unicum saltem Autorem heic nominamus,) GUILIELMI NICHOLS, S. T. P. Ecclesiæ Anglicanæ Presbyteri defensionem Ecclesiæ Anglicanæ Londini A. 1708. editam. De famosâ illâ quæstione, ubi disputatum fuit, num synodi ecclesiasticæ sine Regis præscitu teneri & sine ejusdem autoritate concluſa confingere possint, disceptarunt inter Anglos modernos Viri præstantissimi, affirmativam tenentibus maximè HILLIO & ATTERBURIO, negativam WAKIO, qui hodiè sedem Cantuariensem plurimùm ornat, BURNETO & HODIO. Qui fontes haud intelligit vel ad manum non habet, adeat tantisper les nouvelles de la Rep. des lettres par M. Bernard. 1700. p. 685. sqq. 1701. T. 2. p. 218. sqq. & Merc. de Trev. 1701. Mai p. 174. sqq. itemque die unsch. Nachr. 1706. p. 392. sqq. Nemo verò nescit, quantas turbas in Angliâ, quantos animorum motus ante aliquot annos concitaverint, qui inde à Jacobo II. imperantes legitimos regnum Anglicanum occupâsse inficiantur, inter quos

Digitized by Google

quos maximè eminuit HENRICUS DODWELLUS, qui verò ante obitum vel tandem cum Episcopis imperio sese conformantibus pacem iniit, uti ex vitâ ejus per FR. BROKESBÆUM datâ, cui paræneſin ad exteros de nupero ſchiſmate Anglicano itidemque Theoriam Eccleſiæ Dodwellianam affundere par eſt, videre eſt, (*) GEORG. HICKESIUS & vel maximè LAUR. HOWEL, cui cum aliis TH. BENNETUS, GUIL. GUILIELMI, TH. DAWSONIUS, JO. TURNERUS, maximè verò reverendiſſimus Vir, BENJAMIN HOADLY, Epiſcopus Bangorienſis, cui verò ANDR. SNAPE aliique contradixerunt, ſua repoſuere, queis Eccleſiam Anglicanam hodiernam à ſchiſmatis crimine, quam in rem & ea, quæ HUMFREDUS idem HODIUS hîc dudum ſcripſit, legenda ſunt, liberavere & (hùc enim vel maximè lis illa, quæ hoc ipſo tempore adhùc durat, verſa fuit,) hierarchiæ Epiſcopalis independentiam atque neceſſitatem abſolutam gravi ſtylo jugulavere. Nec minus nota ſunt illa, quæ contra Clerum Anglicanum & jura epiſcopalia atque ſacerdotalia ante aliquot annos ſcripſere ANTONIUS COLLINUS, idem, qui & de libertate cogitandi ſcripſit & G. TYNDALLUS, hic quidem in libro, qui titulum fert *the rights of the Chriſtian Church*, ille verò in alio, qui inſcribitur: *Prieſtcraft in perfection*, ubi maximè probare voluit, clauſulam articuli 10. Conf. Anglicanæ, quâ jura ordinandi ritus & cærimonias autoritasque decidendi res fidei Eccleſiæ tribuitur, per fraudem Cleri confeſſioni huic aſſutam fuiſſe, atque tum in exemplaribus MSS. tùm in primis impreſſis haud exſtare. Etenim in campum nimis prolixum jam abiremus, ſi hæc omnia diducenda & explananda nobis jamjam ſumeremus, qui ſi vellemus, ampliſſimam de litibus Anglorum hierarchicis diſſertationem conſcribere poſſemus. Id tamen paucis monemus, TYNDALLO ſeſe oppoſuiſſe infinitos ferè, TURNERUM, HILLIUM, HICKESIUM, POTTERUM, WOTTONUM, alios, conſulendosque omninò in hoc argumento eſſe præter RICH. HOOKERI opera TH. GREGORII tractatum breviuſculum, in quo oſtenditur, tam electiones Epiſcoporum quam ordinationes ad nullam poteſtatem ſecularem ſed ad ſolos Eccleſiarum Præſides pertinere, Londini 1704. impreſſum & GILBERTI BURNETI librum, quem ibidem A. 1682. edidit ſub titulo: The hiſtory of the rights of Princes in the diſpoſing of Eccleſiaſtical benefices and Churchlands. Eos verò, qui de obedientiâ activâ & paſſivâ diſputavere, inter quos eminent præter Theologos Oxonienſes, quibus res tùm malè

 ceſſit,

(*) Vide D. de la Roche Bibliotheque Angloiſe T. 1. P. 1. Art. 4. p. 88. ſqq.

Digitized by Google

ceſſit, ATTERBURIUS, BLAKHALLUS & HOADLYUS, hîc vix tangimus. Sed hæc quidem jam, ut primas ſaltem rerum lineas atque ideas lectoribus demus, ſufficiant.

(l) Ita Eccleſiæ Reformatæ omnes atque etiam Eccleſiæ noſtræ Belgicæ diriguntur, ubi nullus Superattendens vel Paſtor primarius habetur.

(m) Ita Eccleſiæ pleræque omnes, quæ Auguſtanam Confeſſionem profitentur, formâ mixtâ gaudent, quæ aliquid ex Epiſcopali, aliquid ex Presbyterali habet. At verò in Daniâ & Sueciâ Epiſcopos quoque habemus ſed Epiſcopis Romanenſibus & Anglicanis quoad diſciplinam epiſcopalem haud omninò ſimiles.

(n) Hi ſunt illi, qui uti diximus, nullum miniſterium eccleſiaſticum habent, quovis, qui ſaltem ex cœtu eſt idoneusque ad rem videtur, & baptizante & docente. Presbyterianorum propago hæc eſt.

(o) Quackeri illi ſunt, qui ſequeſtrato utroque ſacramento omnique miniſterio eccleſiaſtico procul habito immediatis ſuggeſtionibus divinis inhiant, quovis, qui ſpiritum in ſe agere credit, in publicum ſuâ promiſcuo ſtudio efferente. Non verò eſt, quòd varias independentium & Quackerorum in Angliâ ſectas, &, quî eæ à ſe invicem diſtinguantur, jam enarremus, cum hujus noſtri inſtituti hoc non ſit.

(p) Mennonitæ, à *Menno*ne *Simonis* ita dicti, aliâs Anabaptiſtæ, (ab Anabaptiſtis tamen Münzerianis & Monaſterienſibus probè diſtinguendi, cùm Magiſtratui etiam tyrannico nunquam reſiſtendum eſſe ajant,) ii nominantur, qui ad ſe ex aliis cœtibus venientes anabaptizant nullumque pædobaptiſmum adhibent, ſed adultos demum aquâ luſtrant. Habent hi doctores, quos *monitores* appellant, atque ſuas ipſi in ſectas abeunt, maximè, quòd in excommunicationis diſciplinâ à ſe invicem plurimùm diſſident.

(q) Collegiati Mennonitarum ſtirps ſunt, quæ certos ſuos doctores non habet, omnibus promiſcuè in publicum egregium ſua, ubi in unum conveniunt, juxta Quackerorum morem effundentibus. Hi verò, qui hoc Collegiatorum nomen ferunt, Arianis atque etiam Socinianis principiis operam dare conſpiciuntur.

(r) Sunt enim & Quackeri Belgæ, quos Amſtelodami vidimus, qui à Quackeris Anglis in eo ſolo abeunt, quod cùm agitationibus pectoris maximè, iisque planè miris & affectatis hi indulgeant, ipſi conve-

niente:

Digitized by Google

niente modo ſua propponunt atque etiam Scripturam ſacram in uſus ſuos ſubinde adhibent.

(s) Jam enim jura ſacrorum, quæ Magiſtratui civili competunt, uti ex his, quæ dicimus, conſpicitur, varios fontes habent. Vel enim ſunt *abſoluta* vel *conventionalia*. Illa ex majeſtate vel ſuperioritate territoriali fluunt nullamque limitationem patiuntur niſi quam natura rei poſtulat. Hæc ab Eccleſiâ vel ob beneficia, queis ab hoc vel illo acceptis illa fruitur, vel quòd commodiſſimè & optimè jura hæc ſic adminiſtratum iri videt, in eum vel eos, qui idonei rebus videntur, transferuntur, unde & ſunt vel jura Patronatus, quæ vocantur, vel jura collegialia ſtrictè ſic dicta. Non opus eſt itaque, ut dicamus, adminiſtrationem jurium collegialium Principi competere ut Principi, vel ut Chriſtiano, vel ut præcipuo Eccleſiæ membro. Non ut Principi. Ita enim Apoſtoli primique Chriſtiani peſſimè feciſſent, ſi jura Magiſtratus civilia adminiſtrâſſent, aut dicendum foret hoc, Magiſtratum ethnicum in tribus prioribus Chriſtianiſmi ſeculis juris majeſtatici particulas quasdam Chriſtianis vel ſponte tradidiſſe vel per conniventiam quandam tacito conſenſu reliquiſſe. Id quod tamen quam jejunum ſit, ex ipſis terminis patet. Nemoque facile eſt, qui ſecum ſtatuerit, incumbere Principi, ut, quando in ſocietatem quandam cives eunt, haud patiatur, ut jura inter ſe conventionalia ii componant, ad dirigendam ſocietatem quandam, quam ſecum invicem ineunt, ſpectantia, eumque â tyrannidis cujusdam notâ planè liberum eſſe, ſi, ubi talia jura conventionalia condita ſunt, eadem, invitâ ſocietate, ad ſe trahat. Nec eſt, quod dicas, ſoli Principi poteſtatem ſummam atque independentem competere, neminemque, niſi imperantem ſummum leges ferre poſſe. Leges enim hæ & poteſtas juraque, quæ exinde emergunt, ſaltem ex conventione proficiſcuntur, quam ſubditis quoque competere, ita tamen, ut magiſtratus, ubi voluerit, rebus adſit, patet. Quin & exemplum Regum Iſraeliticorum imperantiumque in vetere Teſtamento hùc trahi nequit, cùm à ſtatu Judaico civili, qualis olim ſub Theocratiâ vel ſtrictiore vel remiſſiore floruit, eam ob rationem ad ſtatum civilem in univerſum conſequentia haud valeat, quia religio ſtatui Judaico fuit ita innexa, ut, qui religioni fidem haud præbuit ejusdemque legibus ſe haud ſubjecit, civis eſſe non poterit, id quod jamjam aliter ſe habet. Cæterùm nolim, ut dicta Scripturæ ſacræ heic cumules, queis probes, magiſtratibus Chriſtianis, ut magiſtra-

tibus, competere jurium ecclesiasticorum collegialium administrationem. Sit ita, Princeps sit custos utriusque tabulæ, uti nempe observatio utriusque tabulæ, quatenus ea à civibus fit, ad salutem civilem obtinendam conducit. Æternæ enim saluti civium ut invigilent, Principum Christianorum officium proprium non est, nisi eâ ratione, quâ cuivis Christiano ea cura incumbit in alium exercenda. Hæc verò collegialium jurium administrationem utique secum haud fert, sed hoc saltem, ut monitis, ut exemplo, ut egregiis institutis ex beneficio fluentibus, nullum mandatum secum vehentibus viam ædificationis hominibus adaperiamus. Id verò paulò jejunum est, quando dicitur, exstare tamen Jes. 49, 23. *Et erunt reges tutores tui & dominæ eorum tuæ nutrices, vultu versus terram verso colent te & pedum tuorum pulverem lambent.* Quæ ipsa ad Zionem dicuntur. Ast adeò hæc jura sacrorum non inferunt, ut nonnisi conversionem Regum gentilium ad Ecclesiam, ut nonnisi beneficia ab iis Ecclesiæ præstanda, ut nonnisi subjectionem & venerationem Ecclesiæ Christianæ ab imperantibus Ethnicis, vel Judaicæ, ubi ad Messiam aliquando illa se converterit, à Christianis quibusvis Principibus in seculo illo aureo, quod sunt ex interpretibus sacris, qui exspectent, aliquando exhibendam dictione rhetoricâ innuere videantur. Ast vide hîc, quæ in diss. de Regibus tempore Messiæ ad Zionem congregandis ad h. l. A. 1753. scripsimus. Dicitur porrò, exstare Psal. 2, 12. *O Reges terræ, osculamini filium, ne irascatur.* Scilicet, quia Principibus osculandus est Filius DEI, quia fide amplectenda est salus per ipsum parta, quia præcepta ejus sunt nobis observanda, ideo jura collegialia ecclesiastica ipsis administranda sunt. Quæ, quæso, qualis, quanta connexio? Et sanè tota plebs Christiana & quivis ex plebe Filium osculari debet. Ergone & quibusvis ex cœtu collegii jura administranda veniunt? Apage ἀνακολουθίαν! Jam & sunt, qui hîc afferant Ps. 24, 7. *Elevate, portæ, capita vestra & elevate vos, portæ seculi, & introibit Rex gloriæ.* Itaque, si Magistratus politici debent sua capita elevare, ut Rex gloriæ introeat, consequitur, ut jura collegialia ecclesiastica ipsis administranda incumbant. At verò nexus iterum hîc nullus est, cum ita ad cætera omnia Ecclesiæ membra quoque argui possit, nec elevatio hæc administrationem istam inferat. Argumentum etiam illud, quod ex 1. Tim. 2, 2. deducitur, tam longè petitum est, ut nihil magis, maximè

ximè cùm sub Imperatoribus ethnicis preces hæ fundendæ fuerint, qui jura collegialia administrare non potuere. Sufficiebat, ut Christianis privilegium collegii confibulandi ii relinquerent eosque tuerentur, hi ut vitam quietam & tranquillam in omni pietate & honestate agere possent. Denique nec quadrat hùc Deut. 17, 18. 19. ubi dicitur, Regem debere legere legem & observare per omnes dies vitæ suæ, id quod Jos. 1, 7. 2. Reg. 11, 12. 2. Par. 23, 11. repeti videas. Scilicet & privatus quisque alius legem Domini observare debuit, & si peculiaris quædam circa sacrorum observationem ab aliis faciendam inspectio magistratui hîc demandatur, recurrit idem, quod supra diximus, peculiarem hanc DEI in veteri Testamento fuisse dispositionem ex eo fluentem, quod religio tùm statui innexa fuerit, DEO, qui Imperans summus erat, ita volente, ut iste, qui Rex subdelegatus esset, hæc vel illa jura sacra specialiora exerceret. Neque enim sanè Ecclesia Judaica collegii ad instar se habuit, cùm Respublica & ecclesia unum idemque hîc exstiterit. Unde & Reipublicæ Judaicæ non ea origo, quæ aliarum Rerumpublicarum est, quæ vel ex jure belli & subjectione violentâ vel ex spontaneâ submissione & pacto proficiscitur, utpote quæ ex immediato DEI mandato coaluit. Cæterùm inutilem planè operam navaremus, si quidem jam exempla Regum & principum in V. T. qui jura ecclesiastica collegialia exercuere, quorum & longum syrma Jo. Gerhardus, Theologus præstantissimus ducit, in medium proferre vellemus, cùm, quid respondendum hîc sit, ex dictis facilè jam pateat. Nec evolutu quoque opus habent cætera Viri summi argumenta, quæ si responsiones jam datas saltem & hîc repetamus &, ubi par est, adplicemus, suâ sponte diffluunt. At jam sive dixeris, administrationem jurium collegialium ecclesiasticorum ex superioritate territoriali manare, quæ JCtissimorum Virorum bona mens est, qui hoc oneris magistratui imponunt, sive ajas, peculiarem hanc esse dispositionem, quâ DEus in sacris literis magistratibus Christianis, quâ magistratibus, administrationem illam affuderit, nisi quidem multo limitationum ex natura Christianismi & Ecclesiæ Christianæ petitarum sale principia hæc, ne in putredinem abeant, jugiter perfrices, ad cæsaropapiam prona admodum via sternitur (*), quæ mala in republica

(*) Et est profecto ex iis, qui jura sacrorum omnia ex merâ superioritate territoriali deducere amant, qui nuper statuit, *Magistratum civilem intellectui impera-*

re

blica peſtis eſt, omnibus modis evitanda, ne mentes noſtras cultumque, quo DEum veneramur, ſuperſtitioni unius vel alterius hominis ſubjiciamus, utpote, quas DEO, qui ſolus earum Dominus eſt, reſervare convenit. At verò, jam enim reſumendum rerum filum eſt, neque Principi Chriſtiano quoque, quatenus Chriſtiano, ex hoc ipſo jus naſcitur jura collegialia ad ſe trahendi. Neque enim, ut arbitror, per affuſam religioni fidem jus ipſi quoddam majus, quod antea non habuit, in Eccleſiam exercendum enaſcitur. Nullum profectò is nanciſcitur aliud, quam quod, uti dicere jam cœpimus, omnia collegii membra habent, quorum quodvis pro ſe aliquid pronunciare, cæteris verò nihil injungere poteſt. Et durum eſt profectò, dicere, jus eſſe Principi, jura conventionalia ex mero hominum arbitrio nata ad ſe trahendi. Quid enim quæſo eſt tyrannis, ſi hoc non eſt, quod libertatem profectò omnem prorſus jugulat? Nec, quod de Principe tanquam præcipuo Eccleſiæ membro poſtremum dicitur, valet, cùm in Eccleſia nullum membrum præcipui quid habeat, niſi quod per concluſionem collegialem ipſi fuerit affuſum, vel quod id vi peculiaris cujusdam chariſmatis ſanctitatisque rarioris poſſideat. Civilis enim reſpectus hîc planè non attenditur, Jac. 2, 2. ſqq. Quid igitur reſtat, quam, ut id, quod res eſt, dicamus, jura collegialia, à toto olim collegio, id quod natura rei infert, adminiſtrata, in Principes jam à Collegio, quod adminiſtrare illa amplius haud valet, translata & in perpetuum translata atque ita translata fuiſſe, ut ſigillum civile huic translationi acceſſerit eamque irrevocabilem effecerit. Non verò eſt, quod ſic cauſeris, hâc ratione eorundem adminiſtrationem ſaltem eſſe precariam, id quod ſpectri genus quoddam eſt, quod heic tibi quis offuderit. Num ergò precarium id eſt jus, quod ex liberrimo arbitrio eorum, qui iſtud poſſident, alteri traditur? Ita ſanè ipſa tandem majeſtas eſſet precaria, ita precarius jám eſſet e. g. apud potentiſſimum Daniæ Regem abſolutæ & illimitatæ poteſtatis uſus, quòd illa à Regni ſtatibus, qui olim fuerant, ſponte tradita ipſi eſt. Nec deinde rectè dixeris quoque, translationem illam, ex quâ tot tantaque incommoda profluere poſſunt,

re poſſe. Ad quod verbum ſanè totus, fateor, *obſtupui ſteterunt que comæ, & vox faucibus hæſit,* maximè, quod ea in Academiâ id ſcriptum eſt, ubi ſaniora heic principia vigent & ubi ob præcipuam quandam veritatis & ſapientiæ, quæ ibidem regnat, lucem tale quoddam ſententiæ monſtrum in apricum prodire haud poſſe viſum fuerat.

Digitized by Google

possunt, fieri non posse, salvis officiis, quæ Christiano tùm erga se tùm erga alios præstanda incumbant. Ita e. g. ad jura collegialia pertinet, Ecclesiæ doctores dare. Jam quantopere hoc in conversionem & ædificationem auditorum influat, & quantopere hoc noceat, si Ecclesiæ Pastor detur, qui ad ædificandam plebem sacram minus idoneus est & omnia perdit negligitque, patet. Quis igitur cogitare possit, Ecclesiam huic juri renunciâsse, idque Principi tradidisse vel hoc facere potuisse, cùm hac ratione frenum maximum sibimet ipsa imponere voluisse haud sit censenda. Id quod adhùc majore cum specie dici potest, si consideraveris, esse revera Ecclesias, qui hoc sibi jus eligendi Pastores reservaverint, ubi auditorum quivis sententiam dicit. Tale quid, si benè adhùc meminimus, in Ecclesia Rostochiensi videre est, ubi, si deficiat Ecclesiæ minister, ex Candidatis Ministerii sunt quidam, qui sermonibus publicis habitis charismata sua atque capacitatem populo sistunt, hoc deinde in domo publica convenient, ubi in conclavi aliquo tabulæ appensæ habentur, quarum unicuique nomen Candidati ex nominatis illis unius inscriptum exstat, civibusque per id transeuntibus eorum unusquisque notam illi tabulæ addit, cui illius, quem desideraverit, nomen affusum est. Et, majora qui dein vota habet, eligitur. Et hæc sine confusione ulla vel turbis procedunt. Accedunt porrò alii casus, qui suadent, jura collegialia tradi nemini posse. Cùm enim formularum Ecclesiasticarum Liturgiæ maximè, cùm cærimoniarum ecclesiasticarum & rituum confessionisque doctrinalis determinatio, cùm ad enatas controversias componendas quæ subinde fit, decisio ecclesiastica, cum disciplinæ ecclesiasticæ constitutio, quæ omnia ad Jura collegialia spectare videntur, ejusmodi res sint, quæ jura mentium plurimùm sufflamminare, frena libertati earundem injicere & plurimum in cultu publico fastidium iis creare possunt, id omne in certam quandam personam vel etiam in ejusmodi plures transfundi haud potuisse credibile est. Sed haud difficilis quoad omnia est responsio. Nam I. jura collegialia, quæ ab Ecclesia Principi aut aliis tradita fuere, non sunt absoluta sed limitata & in abusum vergunt, ubi, qui ea administrant, contra voluntatem Ecclesiæ, quæ facilè pervideri potest, eamque rationibus haud temnendis suffultam eadem administrant. Quod ipsum ubi agitur, tyrannis hæc est, quâ in Ecclesiæ jura involatur, non administratio, cujus rationem coram DEO reddere possis. Velim itaque, ut Ecclesiæ mens solicitè in

Digitized by Google

hoc casu indagetur, velim, nullus ut Ecclesiæ ministeer cœtui cuidam detur, quem is haud æstimat atque veneratur, velim, ut prudentiâ hîc omnia diluantur nullaque saltem coactio instituto huic accedat. Atque ita facilis est quæstionis hujus enodatio: quid de eo statuendum, si ab illo, qui jura collegialia administrat, eæ leges ecclesiasticæ condantur, illi ritus, illæ formulæ, illæ liturgiæ stabiliantur, quæ Ecclesiæ non arrident motusque in mentibus cient. Nempe abusum hunc, non usum jurium esse docendum est. II. Ad trutinam judicii defæcati probè examinanda sunt incommoda, quæ emergunt, si tota Ecclesia jus istud administret, vel si certæ personæ id tradatur. Si illud ita habeat, facilè enasci turbæ & factiones possunt, queis publica res in periculum veniat, iique subinde, majore plebis parte ne quidem naturali dijudicandi spiritus facultate pollente, eliguntur homines, qui nonnisi clamorem sermonibus suis affundere valent, cætera verò parum salis, parum bonæ dispositionis habent. Si verò Princeps rem administraverit, turbæ, adhibitâ heic prudentiâ, facilè evitantur, etsi etiam violenta manus rebus haud adspergatur, iique saltem eligi pastores facilius possunt, qui re vera cæteris præstantiores sunt. III. Notandum est, si tota Ecclesia, totus cœtus ex meris hominibus sanctis divinoque ubique spiritu luculentissimè perfusis vel saltem major ejus pars ex ejusmodi hominibus componeretur, ita ut nullæ turbæ metuendæ essent, si jura collegialia iste universus exerceret, si & ita comparatus is esset, ut non obstante multitudine eorum, ex quibus componitur, facile tamen in eandem sententiam iri posset, utique translationem illam haud necessariam, imò noxiam fore. Sed utrumque ita se non habere constat. IV. Is, qui collegialia jura exercet, aliam decidendi controversias theologicas facultatem non habet, quàm historicam. Ponam, ministrum Ecclesiæ à doctrina Ecclesiæ, cui servit, publica, cui & ipse nomen dedit, quam & docere promisit, abire, esse & dein ex collegis, qui ipsi contradicant, remque in disquisitionem tandem ejus cadere, qui jurium collegialium administrationem habet. Jam hic, si decîdere voluerit, quis veram sententiam teneat, quis secus, atque ita id decidere, ut injungat alteri, qui dissentit, sic ut credat nec aliter, nisi hæreticus declarari velit, tyrannis hæc est. Si verò idem ita rationes componat & ajat, hanc doctrinam semel receptam esse, nec esse ad palatum Ecclesiæ recentiorem istam, Ministrum etiam illum eâ sub conditione receptum fuisse, ut ita doceat, uti se credere tùm pro-

professus fuerit, addatque, cùm fidem jam iste mutaverit, ipsum haud malè laturum, si characterem illum, quem Ecclesia ipsi dederit, jam ad se illa retrahat, nulla hîc tyrannis, nulla jurium violatio est. Atque ita decidere controversias & historicâ saltem ratione decidere ad administratores jurium collegialium pertinet, quo & id spectat, ut, si lis ista, quæ inter doctores agitatur, inutilis sit & otiosa, imò Ecclesiæ scandalum adferat, si & ii ad anathematismos mutuos provolent, silentium ipsis imponatur, id quod tamen jure eminentiore & coactivo Princeps quà Princeps fecerit. Quæ omnia si quis penitius inspexerit, is facilè & conjecerit, quænam conciliis decidendi controversias sit facultas & jus. Historicum profectò id est, non judiciale. Coeant hîc licet in unum homines nec saltem doctores sed & cæteri, ad Ecclesiam qui pertinent, summo imperante ubique ita res dirigente, ne factiones, ne turbæ oriantur, ne hæreticina instituatur & ut quivis libere sententiam efferre possit. Quæ si ita se habeant, ea, quæ majoribus votis ornata fuerit, sententia fides illius, quæ in unum congregata per suos est, Ecclesiæ sit, cui qui nomen dare nolit, nec Ecclesiæ illi, si huic punctum illud adeò momentosum esse videatur, nomen det. Si verò contradictiones multæ oriantur, crescatque dissensus, vel dissentientibus, si ita velint, permittendum, ut seorsim cœtus sed sine insectationibus mutuis agant, vel monendi illi sunt, ut tolerantiæ manus dent. Nulli enim & ne toti quidem Concilio cuidam vel Ecclesiæ jus competit, res fidei ita determinandi, ut ad eandem sententiam tenendam alter obstringatur. Quo tamen ipso absit, ut summo imperanti demamus facultatem illam majestati annexam, quâ doctrinam publicam determinare, affuso huic vel illi sectæ sacra publica agendi privilegio, quod aliis denegatur, is potest. Sed pergimus.

ARTICULUS SECUNDUS.

Scilicet jura sacrorum, quibus imperantes apud nos fulgent, duorum generum sunt. Vel enim sunt JURA MAJESTATIS AUT SUPERIORITATIS TERRITORIALIS sive ABSOLUTA vel sunt JURA COLLEGII sive CONVENTIONALIA. (*a*) Illis Magistratus politicus carere nunquam potest, nisi majestate carendum ipsi sit, quo monstro monstrosius nihil fingi potest. Hæc Magistratus, si quidem à tyrannide abstrahere manus velit, non-

niſi eo in caſu, ubi ad conſervandam quietem publicam id abſolutè neceſſarium eſt, ſibi vendicare poteſt, atque tùm adminiſtrat, ubi vel ex beneficiis, quæ in Eccleſiam is & olim contulit & adhuc confert, jus quoddam præcipuum heic ſibi formaverit, (*b*) vel à toto cœtu conſenſu ſaltem tacito eadem ipſi tradita fuerint, quod ipſum ubi aliter ſe habet, magiſtratum eundem politicum, majeſtate & ſuperioritate ſuâ haud diminutâ vel limitatâ, his collegii juribus ſubinde carere conſpicimus. (*c*) Jura ſacrorum ex ſuperioritate territoriali fluentia negativa magis & generalia, quàm poſitiva & ſpecialia ſunt. Pertinet hùc abſoluta illa & ſumma in res eccleſiaſticas inſpectio, quâ cavetur, ne in cœtu ſacro quicquam agatur, quod ſaluti publicæ nocere poſſit, ne pœnæ corporis vel honoris afflictivæ in eodem exigantur, aut mentibus, adhibitâ perſecutione, vis inferatur, (*d*) tales ut conſtituantur doctores, qui ſana de religione ſaltem naturali hominibus ingerant principia, qui ab omni ſeditione, qui & à vitiis animos avocent verâque atque à ſuperſtitione quantum pote omni remotâ in DEum pietate virtutibusque præſtantiſſimis eosdem imbuant, qui ſana, qui moderata & ad pacem animis, ſchiſmate omni procul habito, ingenerandam apta principia foveant, (*e*) qui ad alios anathematizandos atque hæretificinam exercendam (*f*) haud provolent, qui rixis theologicis haud indulgeant, (*g*) qui nullâ jurisdictione coactivâ, nullâ pœnâ civili in cœtûs ſui aſſeclas ſæviant, talia, inquam, ſunt jura ſacrorum abſoluta illa, juxta quæ magiſtratus politica & cœtibus eccleſiaſticis privilegia confert, & ab omni aliorum invaſione & injuriis eos defendit, & ſi quid in cœtu Eccleſiæ litis exortum ſit, inſpectis ſolicitè per miniſtros & conſiliarios ſyndicosque ſuos confœderationum tabulis, dirimit, eosque, qui, ubi per declarationem cœtûs publicè vel privatim per doctores Eccleſiæ factam, ut è cœtu migrent, moniti fuere, ſi contra confœderationis, cui & ipſi conſenſum affuderant, leges peccaverint, è cœtu expellit, (*h*) & ſi concilia cœtuum ex datâ permiſſione ſuâ agitentur, omnia nonniſi ſuâ autoritate agenda atque ita agen-

agenda curat, ne turbæ in republicâ, ne rixæ inutiles, ne ſchiſmata, ne anathematiſmi inde emergant, atque ut omnibus & clericis & laicis (nemo enim excludendus vel ſeorſim habendus eſt) eo tamen ordine, qui convenit & ubi ſanè turbis omnibus obviandum eſt, ſententiam pro ſe ſuam dicere liberrimum ſit, &, ſi ſententiis collatis, hic vel ille diſſentiat, nec iis, in quæ plures conſentiunt, hactenus adhinniat, dein vel in cœtu vel ſaltem extra cœtum, ſi confœderationis tabulæ ipſum à communione collegii, in quo ſtetit, excludant, reliqui eundem hactenus ita tolerent, ut nullis injuriis eccleſiaſticis, nullis anathematiſmis in ipſum ſæviant, vel ſi hoc fecerint, fulmina iſta in ipſo partu ſuffocentur aut ſaltem obtundantur. Referenda porrò hùc eſt poteſtas illa ſumma, juxta quam imperantes cultum publicum determinare & huic vel illi collegio ſive cœtui majora aut minora privilegia conferre poſſunt. (*i*) Quin & ſi circa bona eccleſiaſtica lis enata fuerit, liquet, deciſionem ejus à nemine alio, quam ab eo, qui faſces politicos tenet, qui etiam, ubi nimiæ ſunt collegiales iſtæ divitiæ, vel pro re natâ eas in publicum egregium tantiſper diffundit, vel ſaltem adminiſtrandis iis ſanam manum admovet, exſpectandam eſſe. (*k*) Jam & diſpoſitio circa ſepulturam (*l*) & matrimonialia (*m*) ne quidem ad jura ſacrorum ſed ad jura magiſtratus ſummæ in genere pertinet, niſi quod magiſtratus absque tyrannide Eccleſiam abſtinere non poſſit, quo minus iis, qui ex cœtu ſuo fuere, mortuis iisque etiam ſuis, qui matrimonium ineunt, cærimonias quasdam privatim ſaltem adſpergat vel deneget, id quod tamen pro ſalutis & quietis publicæ exigentiâ variè inflecti poteſt. Et ut paucis jam heic nos abſolvamus, ad jura ſacrorum abſoluta ſpectat id omne, quod coactionem externam ſecum fert & jurisdictionem, quæ vi adhibitâ adminiſtratur, olet. (*n*) Hinc, ſi quis collegio cuidam inſultaverit, ſi & quis à collegio quodam juxta tabulas confœderationis eccleſiaſticæ fuerit abſtentus, ipſum quidem collegium haud ſe vindicare nec ejusmodi hominem vi expellere poteſt, ſed, quod olim in Paulo Samoſateno factum, imperans, qui privilegia collegiorum ſarta

tecta conſervare vult, manum pœnalem, uti defenſor collegiorum, hîc rebus affundit. (o) Ab hiſce juribus jam differunt vel maximè Jura collegii. (p) Scilicet licet utique hominibus, qui in ſocietatem civilem coiere, pro eâ etiam, quam lex naturalis nulla determinat, quam &, ut ſalus civitatis promoveatur atque conſervetur, determinare non neceſſarium eſt, quam & ſi ſuſtuleris, in mentes hominum animosque nefandam tyrannidem exercueris, libertate in collegium quoddam coire, ibique cultui divino vacare atque dein circa adminiſtrationem diſciplinæ collegialis ordinemque in conventu ſervandum per modum pacti, per modum conventionis, per modum confœderationis leges eccleſiaſticas condere, ad quas ſervandas omnes ſe ſuâ ſponte obligent pœniſque etiam, quas tantiſper, ſenſu depurato, ita nuncupamus, ſeſe ita hactenus ſubjiciant, ut, ſi eas haud luere velint, collegio dein exigantur, cùm aliâs omnia ſurſum deorſum ruitura eſſent. Jam &, tales ut leges condantur ab iis, qui mediâ in civitate in ejusmodi ſocietates coeunt; luculenter Magiſtratus politicus concedit, ita tamen, ut ſuâ ſub inſpectione omnia condantur &, ſi lis, ſi turbæ emergant, dein medicam is & civilem manum illicò adſpergat. Et verò ad hæc collegii jura pertinet primùm conſtitutio miniſtrorum Eccleſiæ, ordoque, quo ii hoc charactere ornati in cœtu recipi debeant, conſtitutio dein cærimoniarum omnium, quæ cultum publicum conficiunt, adminiſtratio bonorum eccleſiaſticorum, judicia eccleſiaſtica, ubi, per compromiſſum, res controverſa ut amicabiliter tranſigatur, ad perſonas eccleſiaſticas deciſio quæſtionis controverſæ devolvitur, diſciplina pœnitentialis externa, ſejunctio item à cœtu eorum, qui contra confœderationem peccant, ab omni tamen vi externâ & coactione aliena, & quæ ſunt hujusmodi. Ex quo patet, circa matrimonialia nullam jurisdictionem eccleſiam ſibi arrogare poſſe, utpote, quæ planè nullas civiles leges ferre poteſt, ſed circa eadem hactenùs ſaltem ita verſari, quatenùs in tabulis confœderationis cautum eſt, quî ejusmodi homo, qui hâc aut illâ ratione contra leges divinas in ſanctiore codice contentas vel contra leges

ges ab Ecclesiâ heic compositas (de legibus saltem conventionalibus loquimur, quæ à Collegiis erigi posse quis est, negare qui ausit?) peccat, in cœtu habendus vel tractandus veniat. Jam si dein, ubi collegium heic quid determinaverit, adhinnire illi eidemque se subjicere quis haud voluerit, ejusmodi ut homo collegio excedat, luculenter permittendum, &, si nolit excedere, autoritas Magistratus, qui privilegiorum collegialium defensor est, imploranda venit. Atque hæc jura ista collegialia sunt, quæ collegio & societati Christianæ, quam Ecclesiam nuncupant, non solùm ex naturâ rei sed & ex exemplo veteris Ecclesiæ, quæ sub Imperatoribus Ethnicis floruit, conveniunt, qui quippe pro rei ipsius, uti jamjam diximus, exigentiâ in libertatem civium, quam in cœtum civilem coituri ii sibi reservaverant, tyrannico quodam ausu haud involaturi privilegium hoc collegio lubentes meritoque permisere. Aſt aliter hodie se res habet, ubi imperantes Christiani sunt. Heic enim, cùm collegia communibus votis in administratione jurium suorum agere amplius non possint, utpote per totum statum diffusa, liquet, administrationem jurium communium collegialium aliis committendam esse. Atque ita in Ecclesia Romana Clerus ea cum majestaticis quoque quibusdam juribus perversè ad jura ecclesiastica tractis possidet, in iis verò Ecclesiis, ubi sacra mutata fuere, Principes utplurimùm iis fulgent, nisi quod, tùm maximè, ubi Principum religio à religione subditorum differt, alicubi collegiis ipsismet vel per clerum vel per communia vota jurium horum exercitium permissum sit. Jam benè observandum est, jura collegii ita Principibus à cœtu tradita esse, non ut mentibus hominum dominentur & aliam quandam fidem cærimoniasque, ubi fidem suam detrimenti quid pati cœtus putaverit, Ecclesiæ inducant, sed ut, quæ ipsimet cœtui sponte arrisura esse existiment, ita constituant, ita administrent, ut nulla heic coactio nisi iis saltem, qui cœtum turbant atque, ubi ejus jura violant, eo tamen excedere nolunt, adferatur omniaque debitâ cum circumspectione atque prudentiâ agantur. Nec minus probè hîc tenendum est, in arbitrio

Prin-

Principis ſtare, cuinam adminiſtrationem Jurium collegialium (de juribus enim ſacrorum abſolutis res ſatis confecta eſt,) conferre velit. Ubi id quidem nemo negaverit, cum in ejusmodi conſeſſu, quem Princeps ad adminiſtranda jura collegialia conſtituit, & qui apud nos vulgò Conſiſtorium nuncupatur, ea quoque tractentur, quæ ſine Eccleſiarum doctoribus ritè evolvi non poſſunt, quæ ſcilicet vel eorum, quæ in legibus divinis literisque ſacris exſtant intricatiora, ubi ſtudium peculiare rebus afferendum eſt, explicationem ſpectant, vel cum ædificatione auditorum incrementoque vitæ ſpiritualis ipſis affundendo arctiſſimam quandam connexionem habent, vel ſine Theologis vix peragi poſſunt, quò ſanè examen ordinandorum maximè pertinet, neceſſitatis & prudentiæ leges ſubinde poſtulare, ut Theologi quoque ſed magnâ illi rerum ſolidâque cognitione, ſed pietate & ſanctitate præſtantiſſimâ, quâ non, quod ſuum eſt, ſed quod JEſu Chriſti eſt, unicè ut quærant, convenit, ſed prudentiâ planè ſingulari atque experientiâ ſpirituali, quæ cum dijudicatione ſpirituum conjuncta ſit, oppido fulgentes rebus agendis adhibeantur, id quod ſi minus ita habeat, ſi & Theologi, qui hæretificinæ indulgent, pui tyrannidem quandam ſacram & ambitionem eccleſiaſticam heic exercere mentibusque dominari cupiunt, muneri huic adhinniant, fateor, malle me centies, ut ex Politicis ſolis tale quoddam Conſiſtorium vel talis quidam conſeſſus, ubi jura collegialia exercentur, componatur, quam ut Theologorum, nomine iſto indignorum & qui mentium libertati, quæ Chriſtiana eſt, infeſti ſunt, affuſione res hîc perdantur. Aſt verò ex his, quæ dicimus, facile jam conſpici poteſt, quid de jurisdictione interna, quæ clero communiter, & externâ, quæ magiſtratui adſcribitur, quid & de quæſtione, num jus epiſcopale Magiſtratibus Proteſtantium adſcribendum veniat? quid & de diſtinctione inter cauſas civiles & cauſas ſpirituales, quarum illæ laicis, hæ clericis decidendæ veniant, ita ut Princeps quoque in cauſis ſpiritualibus Clero ſubditus eſſe dicatur, tenendum ſit. Jam enim Collegium proprie loquendo nullam planè jurisdictionem habet,

bet, quia ſuperioritate omni & vi coactivâ, quæ civilis eſt, prorſus caret, jurisdictio verò cogendi facultatem infert. Porrò tàm æquivocæ ſunt voces illæ *interna* & *externa*, ut ſub voce *interna* quidvis demum ſignificare poſſis, quod palato tuo arriſerit, atque eapropter ab accuratâ tractatione omni removendæ. Denique, ſi ad interna iſta retuleris denegationem abſolutionis, excluſionem à ſacrâ cœnâ, ejectionem è cœtu eccleſiaſtico, anathematiſmis & ſubinde dilutam, cærimoniarum eccleſiaſticarum vel adauctionem vel mutationem, eorum, qui mores ſuos externos inque oculos incurrentes eosdem ad præſcriptum legis divinæ & ordinationis eccleſiaſticæ non componunt, qui gulæ, qui inimicitiis, qui rixis, qui ſcandaloſæ vitæ indulgent, coërcitionem coactivam & punitivam, vereor, ne vel genuinam rebus ideam prorſus haud affundas vel inani anxietate præcordia tua miſer vexes, quâ carere facilè, qui officii tui rationes ſolicitè & cum curâ omni adimples, poteras, eaque tibi rerum haud ſatis gnarus, dum dominationi cuidam exercendæ pro eâ, quam peccatum originale nobis ingenerat & quæ ſolicitè nobis evitanda venit, imperandi cupidine inconſultus inhias, attribuas, quæ vel ad jura ſacrorum abſoluta vel ad jura collegii Magiſtratui competentia ſpectant, quæ ſi à te exercerentur, motus & in civitate dare poſſent, queis quies publica turbaretur, ut taceamus, id tibi, qui verbo divino prædicando ſacramentisque adminiſtrandis linguam manumque affundis, principium ſanctiſſimum eſſe oportere, tibi nullam aliam auditores tuos dirigendi vim, quàm PERSUASIVAM, quæ beneficio bonorum argumentorum, quæ profers, & virtute Spiritus ſanctioris, qui ſubinde te animat, peragatur, NON COACTIVAM, quæ ſaltem ad magiſtratum civilem pertinet, competere. Jam ſi & jurisdictionem internam in eo ponas, ſi e. g. auditoribus tuis ex Evangelio declaraveris, vitam ſanctiorem agendam eſſe ſalvandis, urgeasque, omninò tibi morem hîc gerendum eſſe, jurisdictionemque ita quandam à te ſine dubio hîc exerceri exiſtimes, facilis eſt reſponſio, jurisdictionis terminum huc tàm non quadrare quàm iſte haud quadrat

Digitized by Google

drat ad medicum, qui medicamenta ægroto præſcribit, quem ad ſumenda iſta cogere haud poteſt. Quin cuivis Chriſtiano auditori hâc ratione eadem jurisdictio adſcribenda foret. Et denique ita cuivis etiam ex auditoribus tuis eadem in te jurisdictio competeret, qui & ipſe tibi dicere poterit; niſi ita vixeris, haud ſalvaberis, & cui itidem heic morem, ſi ſapis, gerere debes. Quod porrò quæſtionem ſpectat: num jus Epiſcopale Magiſtratui politico Proteſtantium rectè adſcribatur, ex rei ipſius naturâ reſponſio itidem facilè fluit, ſi judicii lucernam ſaltem hîc rebus inſpiciendis admoveamus. Nempe ab illo termino, qui ex jure canonico, impuro fonte manat, penitus abſtinere docentes poterant. Porrò multa ſacrorum jura ad jus epiſcopale vulgò referuntur, quæ ſanè jura ſacrorum abſoluta ſunt & per abuſum ſaltem canonicum, juxta quem Clerus Romanenſis in jura majeſtatica impunè involat eaque ſibi ſubinde arrogat, jura epiſcopalia appellitantur. Sunt & jura collegii, quæ apud Romanenſes Epiſcopis tradita & commiſſa ſunt, adeoque ab Epiſcopis cùm exerceantur, eapropter quoque epiſcopalia nominantur, quæ eodem jure jam apud nos, ubi magiſtratui civili ea tradita fuere, civilia, ſi quidem id volupe nobis ſit, licet itidem minus accuratè (neque enim vel ex epiſcopalis muneris naturâ vel ex majeſtate aut ſuperioritate territoriali iſta fluunt) dici poſſunt. Neque eſt, quòd ajas, haud dici poſſe, Principi jura collegii ut talia adminiſtranda competere, cum collegium magiſtratui ſubjectum ſit. Quis enim negaverit, Principem ſubinde iis quoque juribus fulgere poſſe, quæ ipſi ut Principi non competunt, ſed majeſtati demùm aut ſuperioritati territoriali adſperguntur ſummisque juribus minora ſunt? Jam &, quod diſtinctionem illam inter cauſas civiles & ſpirituales concernit, tàm πολύσημοι hæ voces ſunt & vulpem ſub pectore tegunt, ut nîl magis. Scilicet ita eſt, quod civile eſt, ſpiritualem notionem affundere poteris, quandocunque tibi libuerit. Cave autem, ut credas, coactionem quandam & vim externam, quâ locomotiva hominum afficitur, ad ſpiritualia pertinere. Hinc & tuo ipſius judicio hæc ad te, ſi benè rem capias,

pias, haud pertinent. Nec est, quòd tibi, homines ad salutem æternam fidemque in Christum verique Christianismi ingenerationem ducturo, Prætores & Sculteti advolent, qui brachium suum contra immorigeros tibi commodent. Quod enim vi verbi persuasivâ, quod vi illâ divinâ, quæ in sermonibus tuis conspicua esse debet, non egeris, id vi externâ sive propriâ sive commodatâ haud velim agere præsumas. Omnia in Christianismo necesse est, sponte ut fluant omnisque rebus violentia ut prorsus desit. Quod ipsum tamen ubi ponimus, planè haud dictum volumus, iis, qui rem civilem administrant, haud incumbere, privilegia collegialia contra improbos ut defendant. Ita sanè, si quis esset, qui publici cultûs exercitium ex protervia turbaret & qui sacram cœnam in cœtu vel dehonestaret vel vi à Pastore extorqueret, vel aliud quoddam peccatum committeret, quo scandalum heic cœtui præberet, pro re natâ transgressio illa, civilis utpote, à magistratu maximè Christiano graviter omninò punienda foret, qui scilicet privilegia cœtus contra quosvis aggressores sarta & tecta conservare debet. Ast nec magistratus isque Christianus & sanctiore zelo indutus manum suam à Christianis rebus juvandis atque protegendis & quantum pote ornandis augendisque hîc abstraheret, solicitam licet operam daturus, ne mentibus laquei injicerentur & ultra jura collegii hîc progressus fieret. Jura enim collegii limitata atque ad mentem collegii administranda & ita administranda esse, ut, si collegio adhinnire non amplius quis velit, ab eodem cæteris paribus recedere impunè possit, facilè patet. Id verò planè ridiculum est, si dixeris, Principem in causis spiritualibus clero subjectum esse. Jam enim patet, in rebus spiritualibus nullam subjectionem locum habere posse, cùm ne quidem plebs hâc ratione clero subjici possit. Nec sanè, ubi homines ad conversionem mentis morumque, ubi eos ad beata illa, quæ in cœlis florent, regna ducere cupis, vim rebus adhibeas, tibi licet, qui nihil aliud agere hîc potes, quàm ut mentem divinam efficaciter heic tuis declares atque ita declares, ut in ipsorum animos spiritus divinior, qui ipsos convertat atque sanctificet,

Digitized by Google

precibus tuis, institutione tuâ, exemplo tuo suaviter illabatur. Id quod si effectum dederis, officio tuo utique satis quod est, feceris. Vis quippe nonnisi hypocritas creat, tibi & ipsi, si sapueris, reprobandos. Si itaque Princeps, cui ea, quâ par est, submissione rebus adhibitâ monita tua salutaria adspergere atque ita adspergere debes, ut sentire, ut manibus comprehendere necessum habeat, te ex amore spirituali summo, quo ipsum complectaris atque è faucibus peccati & mortis eruere ipsum tentes, cum ipso agere, & qui te monentem & graviter monentem nihilominus benè ferat, quin & amabit æstimabitque, eò perduci non possit, ut resipiscat, nihil aliud restat, quàm ut omni clamore, qui ridiculus hic est & ipso facto nullus, post habito preces pro salute ipsius densas monitorumque spiritualium ardorem densas, rationibusque tuis, quibus sanctiorem ipsi mentem fingere cupis, novam semper persuasionis vim adjicias & tàm diu patientiâ sanctorum, quam in sacris literis commendatam videre est, conversationem tuam prædicationemque ecclesiasticam & pœnitentialem diluas, quàm diu id Domino placuerit, qui semper media inter tædia ista mediamque inter calamitatem hanc menti tuæ serenitatem suavitatemque & lætitiam spiritualem affundet, si quidem conscientia tua ab omni adhibitæ aliquando adulationis nequitiâ vel timore hominum aut pigritiâ spirituali, ubi statum nostrorum spiritualem ipsis subinde haud manifestamus, sed, ne malè habeamur vel res nostras perdamus, tantisper silentio vel æquivocis expressionibus nos involvimus, aliena sit atque prorsus libera. Quæ omnia, ut executioni heic mandentur, præcipuo quodam spirituali charismate & prudentiâ & pietate ministro Ecclesiæ opus esse, quis est, qui dubitet? Ast jam ad colophonem rebus imponendum progredimur, enarraturi, quâ potissimum ratione & jura sacrorum absoluta & jura collegii ad salutem & civitatis & Ecclesiæ promovendam administrari ament.

(a) Facilè conspicimus, hunc παιδείας, quem jam nobis formamus, τρόπον, hanc, quam inimus, tractationis methodum novam esse novasque lectoribus ideas infundere. Ast, si vera illa, si & ad rem eò clariùs

clarius & accuratiùs inſpiciendam idonea ſit, nolim, ut novitas nos moretur. Fundatur autem tota hæc diſtinctio in eo, quòd ECCLESIA inter COLLEGIA refertur, in quibus ſubinde LEGES CONVENTIONALES florent. Hanc ideam primus datâ operâ nobis dedit Vir ſummus & in quo cum ſumma eloquentiâ & ingenio ſummo judicii & eruditionis vis planè ſingularis certavit & enituit, SAM. PUFENDORFIUS in aureo planè libello, quem ante omnes heic auditoribus noſtris commendamus, *de habitu religionis Chriſtianæ ad vitam civilem.* Hunc deinde, majore adhuc aliquando luce rebus affuſâ, ſecuti ſunt Viri illuſtres, CHRISTIANUS THOMASIUS & JO. HENNINGUS BOEHMERUS aliique ex JCtis, quorum, dum hoc jam agimus, libros paucis hîc adnotamus, non ut in notitiam publicam eos proferamus, utpote qui omnium manibus teruntur, ſed ut noſtris ſaltem auditoribus (neque enim vulgò Jurisprudentiæ Eccleſiaſticæ tradendæ Theologi, quod mireris, inhiant,) ii innoteſcant. Quod PUFENDORFIUM attinet, conferendus & hîc eſt libellus ipſius de Monarchiâ Papali, cum adſperſis notis Thomaſianis, & THEODOSII GIBELLINI, qui haud fuit ESAIAS PUFENDORFIUS, SAMUELIS frater, uti VINC. PLACCIUS de ſcriptoribus pſevdonymis n. 1190. exiſtimavit, ſed MATTHÆUS GOEBELIUS, Conſul Budiſſinus, uti vel nominum ſaltem collatio oſtendit, exſtitit, Cæſaropapia Francof. A. 1684. 8. edita. Addenda dein illuſtris THOMASII ſcripta & primò quidem ENNONIS RUDOLPHI BRENNEYSENII diſſ. inaug. de jure Principis circa adiaphora, cui JO. BENEDICTUS CARPZOVIUS, Theologus Lipſienſis diſſertationem de jure decidendi controverſias theologicas oppoſuit, quam poſtea celeberrimus idem THOMASIUS notis ſuis & animadverſionibus adſperſam diluit & denuò edidit. Adjiciendus porrò eſt BRENNEYSENII liber vom Recht Evangeliſcher Fürſten in Theologiſchen Strittigkeiten cum defenſione adverſum STOLZIUM datâ. Adſpergi etiam poterit diſſertatio Thomaſiana, quæ vindicias juris majeſtatici circa ſacra exhibet, cum apologia & vindiciis Germanicis à ZEIDLERO editis, porrò & de jure Principis Evangelici circa hæreticos diſſertatio aliæque diſſertationes quam plurimæ, maximè, quæ doctrinam de matrimonio concernunt, bedencken illud, quod ſæpius jam citavimus, notæ in HUBERUM de jure civitatis L. 1. C. 5. & ante alia omnia cautelæ circa præcognita Jurisprudentiæ eccleſiaſticæ notæque in J. P. LANGELOTTI inſtitutiones juris Canonici. Ex

Digitized by Google

ſcriptis BOEHMERIANIS, poſt plurimas, quas Vir doctiſſimus dedit, diſſertationes velim conſuli Jus eccleſiaſticum antiquum, tractatum de jure Parochiali, diſſertationem de Jure Epiſcopali Principum Evangelicorum, quæ quantivis pretii eſt, & Jus eccleſiaſticum Proteſtantium. Ex nuperis, quas Vir ſummus dedit, diſſertationibus, oblata nobis una eſt, quam civis quidam noſter pro licentia defendit, de Jure liturgico, ubi ex Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ penu plurima Vir celeberrimus in unum contulit. Mirum verò eſt, uno ferè eodemque tempore hoc de liturgiis argumentum in Germaniâ excultum eſſe, cùm poſt celeberrimum BOEHMERUM Theologus præſtantiſſimus Helmſtadienſis JO. ANDR. SCHMIDIUS priore anno id quoque excultum dederit & nos denique in diſſertatione nuperâ de liturgiis veterum obolum quoque noſtrum rebus adpoſuerimus. Nemo tamen eſt, qui majore cum judicii vi hoc de Jure ſacrorum argumentum excuſſerit, autore anonymo, (*) quem &, ubi de articulis fidei fundamentalibus & de muliere in Eccleſiâ egimus, in rem noſtram citare poteramus, & qui in libello titulum ferente: *von der wahren Kirche* 1709. 12. omnia hûc ſpectantia egregiè enodavit, (**) ut taceamus Virum celeberrimum, NIC. HIERONYMUM GUNDLINGIUM, JCtum itidem Halenſem planè eximium, pro eo, quo maximè pollet, judicii præſtantioris flore egregiè oſtendiſſe, jura eccleſiaſtica à liberâ collegii diſpoſitione fluere, nec ſanè collegialia jura ſummo inperanti hactenus ulla ratione competere, utpote qui majus in Eccleſiam quàm in alia collegia jus haud habeat, id quod in ſolâ generali illa inſpectione conſiſtit, quâ cavetur, ne aliquid heic agatur, quod rempublicam turbare poſſit. (***) Quæ utique aurea eſſe & *πάσης ἀποδοχῆς ἄξια* ſapiens quisque fatebitur, is maximè, qui addiderit, Principes jura collegii jam adminiſtrare, non quod ad ſuperioritatem territorialem illa pertineant, ſed quod ab Eccleſiâ eadem ipſis tradita & in legibus Imperii fundamentalibus confirmata ſint. Cæterùm aliorum autorum modernorum ſive pſeudo-

(*) Sunt, qui Autorem Illuſtrem quendam Virum, Baronem nempe DE METTERNICH, ſunt, qui OTTONEN HOMFELDIUM, Bremenſem, eſſe ajant, eſt & clariſſimus STRUNZIUS, qui PETRUM PAULUM CAROLUM ejusdem parentem eſſe dicitet.

(**) C. 12.

(***) In via ad veritatem P. 3. C. 35. §. 76. ſqq. p. 348. ſqq.

Digitized by Google

pſeudonymorum ſive anonymorum, qui utique ſcrinia Præceptorum ſuorum hîc expilant, libellos datâ operâ tacemus, niſi quod adſpergendus hîc quoque præcipuo ſuo jure quodam ſit Vir celeberrimus & planè eximius Jo. CLERICUS, qui ante omnes alios nobis heic nominandus erat atque in *Parrhaſianis*, quæ vocat, ou penſées diverſes ſur des matieres de critique, d' hiſtoire, de morale & de Politique par *Theodore Parrhaſe*, à Amſterdam 1701. 8. T. 2. in articulo 3. qui titulum fert: *moyens de rendre une Republique heureuſe*, ſect. 3. *des loix Eccleſiaſtiques*, agit, atque ita agit, ut præſtantiſſima quævis in ſuccum & ſanguinem à ſapientibus quibusvis convertenda atque luculentâ omnino approbatione adjectâ iterum iterumque deoſculanda hîc pro judicii ſui ſummâ præſtantiâ accumulet. Aſt ſola Parrhaſiana hîc inſpicienda non ſunt, ſed & vel maximè Bibl. choiſ. T. XI. Art. 7. p. 305. ſqq. ubi libellus Anglicus: *the rights of the Chriſtian Church* recenſetur & T. XXI. P. 1. Art. 1. p. 1. ſqq. ubi ſcripta amœbæa quædam occaſione libelli illius edita evolvuntur. Non verò eſt jam, quod mirentur Viri inſignes nos ſcripta à Theologis haud compoſita noſtris quoque auditoribus plurimùm commendare. Non eſt tam jejuna nobis atque moroſa mens, ut odio quodam theologico vel potius animi quâdam ægritudine, quæ ob diluta à Viris præſtantiſſimis præjudicia quædam theologica erroresque quosdam in exilium heic ipſorum beneficio actos iis, qui veterum in verba jurant, facilè ſubnaſcitur, tacti in viſcera ipſorum ſæviamus. Quin potiùs tùm ſacram tùm publicam rem plurimum ædificatum iri arbitramur, ſi qui JCti, qui Theologi ſumus, in amica jam oſcula ruamus & porrectis dextris menteque utrinque dilucidè & ſincerè explicatâ in amicitiæ cujusdam literariæ & Chriſtianæ confibulationem fœdusque ſic coaleſcamus. Qua re contingeret, ut in JCtorum quidem auditoriis nulla amplius, ſaltem generalis, in Theologos audiretur declamatio, ſaltem ii Theologi, qui præjudicia deponunt, qui dominium eccleſiaſticum ipſi nauſeant, qui pietatem ſincerè amant atque dextrè propagant veritatemque maximi, qui cogitari poſſit, theſauri loco habent, è reliquorum numero eximerentur & omni ſtudio id ageretur, ut, dum in præjudicia theologica lingua ſtringeretur, ab iisdem religio probè diſcerneretur abſtinerenturque auditores, ne, quod in contemtum errorum dictum fuiſſet, in religionis ipſiusmet contemtum traherent. Non verò dici ſatis poteſt, quantopere vastentur animi ſtudioſorum, ubi inter hæc ipſa, quæ ſuâ naturâ longè

ſunt

ſunt diverſiſſima, genuinum diſcrimen haud ponitur. Hinc è præſtantiſſimis quoque ſcholis emanare videas homines, qui neſcio quâ ſentiendi, neſcio quâ dicendi libertate induti in ea & ſubinde involant, quæ non norunt atque incredulorum ad inſtar in ipſum religionis ſanctioris ſacrarium ineunt omniaque pro genii ſui proterviâ vaſtant diruuntque. Cui malo compeſcendo, quis eſt proborum, qui non lubens meritoque manum affundat modeſtiamque & pietatem, queis omnis utique eorum, qui rebus admoventur, virtus, quâ ſalus publica tantoperè promovetur, innititur, omni ſtudio adhibito haud commendet? At verò & (reſumendum enim orationis filum eſt, è quo tantiſper caſu dilapſi ſumus,) ſi ita res ſe habuerit, certè vix perſpicimus, quî fieri poſſit, ut Theologi, qui ſapiunt, contra JCtos, rebus ſic ſtantibus, ampliùs debacchentur & bruta adhuc in ipſos fulmina vibrent, utpote qui ad dominium quoddam clericale digitum movere haud amplius cupient, ſed potius, ubi veritatem Virorum inſignium miniſterio è tenebris emanare viderint, applauſu ſuo affuſo & ipſi in triumphi hujus conſortium abibunt. Quod reſtat, circa hoc de jure ſacrorum ſummis magiſtratibus competente argumentum id unicum adhùc monemus, quod jam nobis in παρόδῳ hac verſantibus, dum iſta ponimus, in mentem cogitare venit. Scilicet, cùm Viri præſtantiſſimi ajant, Principi, etiam Chriſtiano, ut Principi curam religionis non competere, utpote, qui ſaluti ſaltem publicæ firmandæ, denſandæ, conſervandæ & augendæ inhiare debeat, haud ſtatim comprehendi poteſt, quî hôc cum principio, quod, ſi rectè explicetur, non poteſt non admitti, etſi id retractandum ſibi BRENNEYSENIUS putaverit, combinari poſſit illa mens, qua jura ſacrorum collegialia omnia, excluſis, quibuscunque, qui in partem eorum tantiſper venire poſſent, è ſuperioritate territoriali deducuntur. Scilicet, ubi inter jura ſacrorum abſoluta & jura collegialia, ipſa quoque Principi competentia, licet alio ſaltem reſpectu competentia ita, uti par eſt, diſtinguitur, vix eſt, qui de cæſaropapia, qui de tyrannide eccleſiaſtica quicquam conqueri neceſſum habeat, & jugulata tamen atque extincta Papocæſaria jacet, caput ſuum non amplius erectura. Quin & inter ſententiam eorum, qui jura eccleſiaſtica omnia Principi ut tali tribuunt, & qui ea illi, ut Epiſcopo & Chriſtiano tribuunt, mediâ ſic viâ, quæ compendioſa, quæ amœna, quæ facilis nullisque labyrinthis involuta eſt, & omnem tyrannidem eccleſiaſticam procul habet, vaditur & nomenclatione

juris

Digitized by Google

juris episcopalis in Principem devoluti posthabitâ è spectris & tenebris exitus jam luculentior patet.

(b) Heic ad Jus Patronatûs, quod vocant, digitum intendimus.

(c) Exemplum habemus in Belgio & Angliâ, ubi in Ecclesiis, quarum fides à fide Imperantium diversa est, electio & constitutio ministrorum Ecclesiæ à Magistratu haud peragitur sed cœtibus relinquitur & rectè relinquitur.

(d) Tale jus sacrorum absolutum, quo Magistratus politicus eos, qui ob fidem suam à communi tramite abeuntem à clero malè consulto aliisve persecutionem patiuntur & vexantur, defendit & protegit, Carolo V. Imperatori tribuit Apologia Aug. Confess. art. 9. sub finem p. 232.

(e) Hinc egregium illud est planèque aureum, quod Jo. Clericus, Vir præstantissimus in Parrhasianis T. 2. Art. 3. p. 204. sqq. ponit, quòd præcipua quædam hæc sit sapientiæ lex, cui Magistratus politicus heic inhiare debeat: *ne donner à personne le droit de DECIDER en matiére de religion.* Ita scilicet contingit, ut societate omni ecclesiasticâ intra modestiæ limites se continente & turbæ dein omnes exulent & prona ad pacem ecclesiasticam, quâ quid dulcius inveniri possit, si bona interna spiritualia excipias, haud patet, via sit. Et hanc pacem ecclesiasticam sanè, ut salutis publicæ promovendæ ergò omnibus ingenii & prudentiæ nervis intensis summi imperantes quæritent, res ipsa, ut arbitror, poscit. Quî verè ea quæri debeat, facilè capitur, si unicum hoc cum cura tenueris, omni modo eò esse annitendum, ut doctores pacifici & moderati cœtibus ecclesiasticis donentur, qui sanè formari nequeunt, nisi & Universitatibus, quas frequentant, qui olim Ecclesiarum Ministri sunt, doceant Theologi pacifici iidemque moderati. Non exprimi potest, quanta hinc in rem publicam omnem commoda, quanta salus fluat. Nemo verò artificium hoc, quod ad *unionem ecclesiasticam*, quæ, si alia methodo tentetur, sanè haud obtinetur, promovendam præstantius haud datur, luculentius enarravit Viro judiciosissimo Jo. Clerico, qui in Parrhasianis T. 2. p. 251. 252. hæc habet planè aurea & quæ sapiens quisque mecum heic plurimùm deosculetur. Ita autem ille: *Si dans toutes les Academies, où l'on va étudier la Theologie, on avoit soin de mettre des Professeurs moderés & pacifiques, on pourroit voir dans peu d'années toutes les aigreurs cesser & la charité & la paix prendre par tout la place de l'esprit de division & de discorde. Ce seroit là un conseil à donner à un grand Prince,*

Digitized by Google

dont les états ſont partagez en deux partis, qui ſe querellent depuis leur établiſſement, ſans que rien puiſſe appaiſer l'aigreur reciproque qui eſt entre eux. S'il n'apelloit dans ſes academies que des Profeſſeurs moderés & propres à accommoder par la douceur les partis irrités, on en verroit bientôt de fruits, ou par une reunion ſi long temps deſirée ou au moins par une tolerance mutuelle, quiſeroit UN GRAND ACHEMINEMENT A UNE ENTIERE PAIX. Sans faire aucune violence à perſonne & ſans employer l'autorité dans une occaſion où les ſeules raiſons doivent avoir lieu, mais SEULEMENT EN SOUTENANT ET EN FAVORISANT LES ESPRITS PACIFIQUES on deracineroit dans peu d'années la plus grande partie des animoſités. Mais pendant qu'on n'a aucun égard à cela & que l'on choiſit indifféremment des boutefeux & des gens d'une humeur plus douce ou même que l'on prefére des Theologiens querelleux & opiniâtres aux pacifiques, on ne verra jamais de paix entre ces deux partis. Faciamus jam hæc, ſi placet, latina, digna enim ſunt, ab omnibus quæ intelligantur. *Si in omnibus Academiis,* ait judicioſiſſimus præſtantiſſimusque CLERICUS, *ubi Theologia docetur, opera daretur, ut Profeſſores Theologiæ ejusmodi conſtituerentur, qui eſſent moderati & pacifici, parvo tempore omnes animorum exacerbationes ceſſaturæ amorque & pax in locum diviſionis & diſcordiæ ſucceſſura eſſent. Et verò conſilium hoc Principi cuidam dandum eſſet, cujus ſubditi in duas ſectas, quæ inde ab originibus ſuis ſe mutuò impetunt, diviſi ſunt. Hic ſi in Academiis ſuis eos ſaltem Profeſſores conſtitueret, qui moderatione ſuâ, qui ingenii manſuetudine apti eſſent ad conciliandos animos irritatos, rei hujus mox exoptati conſpicerentur fructus, vel reunionis inde à multo jam tempore exoptatæ vel ſaltem tolerantiæ mutuæ, quæ eſt magna via ad pacem perfectam. Quin ſanè hâc ratione contingeret, ut ſine ullâ vi hominibus adhibitâ & autoritate civili rebus haud adſperſa heic, ubi ſolæ rationes valent, IIS SALTEM THEOLOGIS, QUI PACEM SECTARENTUR, EVECTIS ATQUE REBUS ADMOTIS, in paucis annis maxima rixarum & inimicitiarum pars extirparetur. At, quamdiu hæc non attenduntur, &, nullâ diſtinctione heic affuſâ, homines turbulenti & rixatores eodem loco ſunt ac pacifici, aut Theologi iſti polemici & rigidi atque pertinaces pacificis præferuntur, pax inter duas ſectas iſtas nulla concluderetur.* Hactenus doctiſſimus CLERICUS, cujus hæc verba quis eſt unquam eorum, qui ſapiunt, qui non aurea, qui non judicioſiſſima, qui non præſtantiſſima eſſe & veriſſima & prudentiam planè ſummam ſpirare, me quoque jam tacente, dixerit? Non poſſumus verò, quin, dum

hæc

Digitized by Google

hæc ipſa jam in chartam hanc jacimus, ſimul quoque moneamus, ſolam hanc tolerantiæ inter diſſidentes à ſe invicem Proteſtantium Eccleſias viam medium eſſe illud, quo Eccleſiæ Romanæ vis infringi prorſus atque obtundi poſſit. Novit id præſtantiſſimus piiſſimusque Imperator Maximilianus II. ſanâ profectò is religione imbutus, & probè novit, atque eam ob rem ita A. 1558. propriâ manu ad Chriſtophorum, Wirtembergiæ Ducem ſcripſit: *Sie vvellen darauf bedacht ſain und kainen flaiſs* (ſc. wegen verglaichung der religion, de quâ paulò ante ſcripſerat,) *ſchparen. Dann durch dieſen Weg der verglaichung ſchticht man dem Pabſt den Hals gar avv, darumen nit vvenig daran gelegen, dann anmahl kain beſſerer vveg vorhandan, allain die verglaichung der Religion, zvveiffiet mir auch gar nit, E. L. vverden es an derſelben Flais nit ervvinden laſſen.* Et in aliâ ad eundem Ducem datâ epiſtolâ iterum ſcribit: *Ich ſchpir auch aus E. L ſchraivven den gueten vvillen und nagung, ſo ſie zu der ainkat der Religion bavven und vvar vvol unvonneten, das ich E. L. fil daran vermanet, dervvail aver daran ſo fil gelegen iſt und man der andern bartai nit bas unter das Levven kan kumen, ſo bitt ich nochmahls auf das hogſt, E. L. vvelle dahin bedacht ſain und flaiſs bavven, damit ſo fillerla opinionen nit gedult vverden, ſondern daſs man ſich ſamentlich ainer verglaich und darob belaivv und balte, dann ſonſt gibt man dem faind das Schvvert in die Hand, vvann man ſich aber verglich, ſo mecht man alsdann deſto bas ſeben, vvie man den ſachen tat.* &c. Hactenus Maximilianus II. Vide den Anhang des næheren Entwurffs von der Vereinigung der Proteſtirenden Kirchen. Regenſpurg. 1720.

(*f*) Hæretificina eſt crimen, quo calumniam pernicioſi cujusdam erroris innocenti vel in re, quæ fundamentum religionis haud tangit, errantı adſpergimus atque ſuſpectam illius perſonam apud alios reddimus bonaque, quæ per ipſum aguntur, ſufflaminamus. Jam itaque rem invertimus, & cùm aliâs hæreſin eſſe crimen principium Romanenſe ferat, hæretificinam nos inter crimina referimus. Nec eſt profectò facilè, qui ſpectrum hoc amplius metuat. Succedit jam ævo hoc noſtro liberior gens, quæ frena ſuperſtitionis mordet & quæ ad clamores hæretificum cachinnum tollit. Nemo verò eſt hæretifex, qui ſapit. Gratiasque profectò ſupremo Numini debemus, quòd in noſtris hiſce terris, ubi hæc ipſa ſcribimus, hæretificina exulet iisque gaudeamus ſtudii ſanctioris literarumque elegantiorum promotoribus, qui ſapientiâ haud vulgari præſtantiſſimâque heic

Digitized by Google

prorsus fulgent. Ita verò & jam, qui hodie Illustris Consistorii Wirtembergici Directorem agit, Vir Reverendissimus, Jo. Osiander, Abbas Hirsaugiensis, cùm adhùc literis sanctioribus in hâc Universitate operam daret atque anno prioris seculi octogesimo primo dissertationem *de Ecclesiâ* sub præsidio venerandi Parentis sui, tùm societatis hujus literariæ Tubingensis Cancellarii defenderet, in præfatione hæc posuit, si sal istud, quod verò nostrum haudquaquam facimus, demas, planè aurea & πάνυ ἀποδοχῆς ἄξια. *Nihil fellis ineâ* (sc. Ecclesiâ) *est. Filius non es, si felle & livore laboras. At, utut vetula non sit, dentes tamen non habet.* Quo utique significatum dare voluit Vir illustris & judicio planè aureo florens, Ecclesiam bonam piamque matrem esse, quæ filios suos non mordeat nec injuriam iis faciat, sed in sinu suo eos gestet, & quamvis subinde cespitent, errent, plorent ægroque animo sint, tamen sine intermissione ipsis oscula figat atque ita caput eorum jugiter demulceat, & ad serenitatem animi eos sic reducat, quæ verò & illos, qui anathematismis, eam ob rem à falsis rerum æstimatoribus falsoque zelo indutis impetuntur, quòd, recti & veri habitâ ratione, à viâ communi tantisper declinant elegantioremque & compendiosiorem semitam eligunt, quòd &, juncto veritatis & pietatis studio utramque omni modo promovere cupiunt, quæ verò, inquam, & illos, qui anathematismis injustis impetuntur, defendat, foveat, evehat, adamet, laudet omnique, qua potest, materni amoris sui contestatione atque affusione erigat & beet. Confer &, quæ de hæresi in diss. de articulis fidei fundamentalibus alibique diximus.

(g) Itaque ergò Magistratûs politici officium quoddam est, prohibere, ne in rixas controversiasque theologicas inconsulti diffundamur atque, qui amore mutuo complecti nos invicem debebamus, in mutuas barbas cum certo nostrorum scandalo sæviamus. Nec est, quod ajas, te amice saltem cum dissentientibus conferre veritatemque illis persuadere velle. Neque enim contradictionibus disputationibusque veritatem mentibus ingeri videmus, semperque est in litigio theologico quantumvis amico, quod venas urit. Hinc præstat utique, gliscentia jurgia *bello modo* statim componere & in partu suffocare, quam pati, ut in flammam erumpant, quæ nunquam sine scandalo surgit. Quin &, cum peccatum originale in nemine tàm operosum quam in Theologis sit, ipsisque incumbat, ut omnes, queis fulgent, vires grassanti huic malo opponant, patet, omnem porram prurientibus.

Digitized by Google

rientibus heic affectibus ſtatim præcludendam eſſe. Quod ſanè ubi ſit, non poteſt non religioni, quam nos Theologi profitemur, non poteſt non officio noſtro maximum decus, maximus honor accedere.

(*b*) Hinc conſpicere eſt, quî excommunicatio ſolius Magiſtratûs ſummi res ſit. Scilicet, hoc ita ſe habet, ubi per excommunicationem expulſionem violentam è cœtu intellexeris.

(*i*) Pertinet hoc ad *jus reformandi*, id quod tamen jam in Germaniâ ad A. 1624. & ad tres illas religiones, Romanenſem, Evangelicam & Reformatam itemque ad pacta cum ſubditis hanc in rem inita reſtrictum eſt. Velim autem hîc inſpici Autoris anonymi cujuſdam peculiarem tractatum eumque Germanicum de jure reformandi ſive examen vindiciarum Rittmejerianarum A. 1710. in formâ majore editum & celeberr. BOEHMERI Jus eccleſiaſticum Proteſt. P. I. L. I. Tit. I. §. 50. ſqq. p. 51. ſqq.

(*k*) Bona hæc non aliter ſunt conſideranda, quam ut bona certî cujusdam collegii & certæ ſocietatis, quæ hactenus adminiſtranda à cœtu dantur Principi, ut ea nonniſi ad collegii conſervationem utilitatemque adminiſtret. Etſi igitur Princeps in ea habeat dominium eminens, tamen eadem is, niſi nimiæ hæ divitiæ eccleſiaſticæ ſint Eccleſiæque adeò plus noceant quam proſint, magnumque idem rei publicæ commodum earundem fructibus ſi tantiſper utatur, adſpergere poſſit, ad alios uſus adhiberenon poteſt. Ita ſi rationes computentûr & ſpectra vocum ſuperſtitioſarum heic abigantur, ſtatim res patet, utiin jure eccleſiaſtico publico Proteſtantium abunde demonſtravimus. Quod reſtat, paucis monemus, & ante reformata ſacra bonorum eccleſiaſticorum adminiſtratione Principes ſubinde floruiſſe, qui ſeculares Vice-Domini, advocati & Kaſten-Vögte eapropter dicti fuere, cujus rei vel maximè in Ducatu hoc Würtembergico præſtantiſſima documenta inſpeximus. Quâ occaſione id in genere pauciſſimisque monemus, potuiſſe nos, ſi inſtituti hujus tuliſſet ratio, ut in tempora reformationem præcedentia nos diffudiſſemus, & oſtendere, quî Principes & ante repurgata ſacra in pluribus Germaniæ provinciis tùm jura ſacrorum abſoluta, quæ nunquam niſi injuſtè iisdem abripi potuere, tùm collegialia, quæ vocamus, liberè ſubinde exercuerint. Aſt, ne jam repetamus, nos ob brevitatem inſtituti & quòd peculiarem hæc res disquiſitionem eamque prorſus hiſtoricam poſcit, eousque excurrere nec voluiſſe, nec potuiſſe, nonniſi ſpicæ quædam hîc dari

Digitized by Google

poſſunt eæque valdè macilentæ, cujusmodi jam dedit præſtantiſſimus REINHARDUS & dare facile poſſunt alli, ſed *ſpicas ſaltem.* Sufficit, quòd jam Eccleſiæ jura collegialia ſub initium reformationis, Principibus, CONSENSU SALTEM TACITO, tradiderint, eaque ſibi Principes, nemine alio eadem ſibi aſſerente, plaudente Eccleſiæ cœtu vel poſtea ſaltem adprobante ſumſerint. Non verò opus hîc eſt, ut ad hoc probandum ACTA JURIDICA producamus, quæ tamen & in quibusdam provinciis, ubi ſacra repurgata fuere, habentur. Certè enim populum ſacra beneficio Principum ſic mutata exoſculatum eſſe conſtat, id quod *conſenſum iſtum tacitum* ſatis fundat, cui deinde, ut jam monuimus, in pacificationibus religioſis ſigillum civile præſtantiſſimum luculentiſſimumque acceſſit. Antequam autem Principes, monentibus Reformatoribus, Eccleſiarum doctoribus & adplaudente populo, qui ſanè neque curiatim neque viritim in vota hîc ire potuit, jura collegialia ad ſe traherent, certè, uti ex hiſtoria affatim conſtat, eadem, ſaltem in hoc complexu, à Principibus nunquam exercita fuere.

(*l*) Scripſit hanc in rem diſſertationem planè egregiam illuſtris THOMASIUS de Jure Principis Evangelici circa ſolennia ſepulturæ, quam A. 1702. ſub ipſius præſidio defendit Vir præſtantiſſimus nobisque amiciſſimus NIC. PETRÆUS GIEDDA, Suecus, Legatus olim Suecus ad aulam Pariſienſem.

(*m*) Hanc in rem conferri velim, quæ ab utroque STRYKIO Virisque celeberrimis, THOMASIO & BOEHMERO ſcripta ſunt, qui ſatis utique oſtenderunt, juris canonici principiis doctrinam hanc in foris Proteſtantium plurimùm vaſtari. Rectè verò LUTHERUS atque egregiè in libro von Ehe-ſachen T. 5. Jen. Germ. f. 237. b. *Ich vvehre mich faſt, ruffe und ſchreye, mann ſolle ſolche ſachen der vveltlichen Obrigkeit laſſen.* Et paulò poſt: *Es kan niemand leugnen, daſs die ehe* ein euſſerlich weltlich ding iſt, *vvie kleider und ſpeiſe, haus und hoff, vveltlicher obrigkeit untervvorffen.* Et rurſus: *Mir grauet auch vor dem exempel des Pabſts, vvelcher auch ſich am erſten in diſs ſpiel gemenget und ſolche vveltliche ſachen zu ſich geriſſen hat, biſs ſo lange, daſs er ein lauterer VVelt-herr über Kayſer und Kœnig vvorden. Alſo beſorge ich mich auch,* der hund möchte an dem läpplein lernen leder freſſen *und mit guter meynung verführet werden, biſs wir zulezt auch wiederum aus dem Evangelio fallen in eitel weltliche händel.* Hactenus & egregiè quidem LUTHERUS. Monendum tamen & cautè monendum, & Eccleſiæ disqui-

disquisitionem circa matrimonialia competere, uti circa omnes fere alias res civiles. Quî, quæso, hoc, mi lector? Itane ergò in foveam, quam evitare studueramus, jam præcipites incidimus? Non ita. Exempli gratia, furtum crimen est civile, quod à Magistratu punitur. Ast, qui ejusmodi crimine ligatus est & ab omnibus aliis collegiis & societatibus exclusus, quin ex autoritate collegiali à sacramenti participatione cæteris paribus excludi possit debeatque, nullum est dubium. Ita etiam se res habet in matrimonialibus. Quicunque heic contra leges conventionales in Ecclesiâ, cui nomen dedit, conditas peccat, is cœtu exigendus venit. Itaque circa matrimonialia utique & disquisitionem collegium instituit & is, cui jura collegialia tradita sunt. Jam verò cùm & in legibus matrimonialibus ad Lev. C. 18. & 20. aliaque scripturæ sanctioris loca provocetur, harum verò legum interpretatio à Theologis non ut judicibus sed ut interpretibus Ecclesiæque doctoribus prudenter petatur, patet, eum, qui circa matrimonialia vel ex jure majestatis seu superioritatis territorialis vel ex jure collegii ipsi commisso disponere habet, prudenter agere, si Theologos quoque in partem consilii hîc trahat, nisi quidem ex JCtis adsint, qui sine ullo dubio meliore rerum notitiâ hîc gaudeant. Cæterùm in capitis istius XVIII. Levitici explicatione eas subinde sequelas necti eaque principia assumi, quæ nulla prorsus sunt, aliquando demonstrabimus. Quod restat, ubi celeberrimorum JCtorum hanc in rem scripta commendavimus, non est, quòd quisquam credat, nos in omnes ipsorum sententias pedibus ire. Saltem enim ex isto campo quosdam veritatis flores, cæteris, quæ secus se habent, neglectis cum curâ decerpimus.

(*n*) Hæc jam satis supra extulimus, semperque, uti par est, atque iterum iterumque repetimus.

(*o*) Atque & hæc ipsa satis supra edisseruimus.

(*p*) Jam jurisprudentia ecclesiastica illa καθ' ἐξοχήν & specialiùs sic dicta est, quæ nobis jurium horum collegialium rationem modumque illa administrandi tradit. Paucis jam, hæc dum agimus, in gratiam studiosorum Theologiæ tradamus, quî & ii mentes suas juris ecclesiastici notitiâ quâdam tingere debeant. Velim autem, ut hi post codices canonum veteres, qui facilè perlegi possunt, Jus canonicum quoque, ex quo & plura egregia in theologiam polemicam anti-Romanensem trahi possunt, uti peculiari id egregioque planè tractatu

ſtatu venerandus D. Parens noſter, jam Beatus, oſtendit, inſpiciant & vel maximè fontes hîc inquirant, unde compilatio illa deſumta eſt. Quod ubi egerint, hiſtoriam Juris canonici ex autoribus ſupra allegatis familiarem ut ſibi reddant convenit. Velim dein, ut Jo. SCHILTERI inſtitutiones juris canonici ad Eccleſiæ veteris & hodiernæ ſtatum accommodatæ cum Schiltero illuſtrato ſeu emendationibus & additamentis ad prædictas inſtitutiones à celeberrimo BOEHMERO ſcriptis ab iis conſulantur atque ARNOLDI CORVINI à BELDEREN Jus canonicum cum Jo. JAC. WISSENBACHII contradictionibus Juris canonici & ejusdem celeb. BOEHMERI notis itemque Jo. PAULI LANCELOTTI inſtitutiones juris canonici cum notis Zieglerianis & Thomaſianis adjiciantur. Præcipuè verò hîc evolvenda ſunt conſilia à DEDEKENNO collecta itemque WITTEBERGENSIA, cum Theologis Caſualibus, atque etiam SPENERIANA, deinde BENEDICTI CARPZOVII (qui verò non, ut ejus principia, quæ jus canonicum & Pontificium olent, adoptentur, ſed ſaltem, ut ſciatur, quid ab JCtis olim ſtatutum fuerit, legendus venit,) Jurisprudentia eccleſiaſtica, Jo. BRUNNEMANNI Jus eccleſiaſticum cum SAM. STRYKII commentario & denique libri iſti BOEHMERIANI jam citati. Denique optârim &, ut adeatur CASP. ZIEGLERI Superintendens ad normam conſtitutionum eccleſiaſticarum in Electoratu Saxoniæ deſcriptus & conferantur, quæ idem in tractatu de Juribus Majeſtatis habet ad jus ſacrorum enarrandum ſpectantia, atque ut adſpergantur & autores illi, quos AHASVERUS FRITSCHIUS volumini de jure eccleſiaſtico inſeruit. Quæ verò omnia ſanis principiis diluenda atque ſubinde emendanda veniunt. Quod reſtat, de Jure Principum circa ſacra præter Autores citatos ex noſtris uberrimè egere BRENTIUS, GERHARDUS, CONRINGIUS, HENNIGES, SECKENDORFIUS, DE RHEZ, STRYKIUS, BUDDEUS, ut OSIANDRUM, ut RAITHIUM, ut HULSEMANNUM, ut DORSCHEUM, ut DANNHAWERUM, ut SCHERZERUM, ut WANDALINUM, ut JÆGERUM noſtratem, qui ſuam & hîc palmam in manibus tenet, ut præſtantiſſimum CYPRIANUM, ut WERNSDORFIUM, ut infinitos alios, qui eadem ſemper repetunt, taceamus. At enim & ordinationes & ſtatuta eccleſiaſtica, quæ in unaquaque Eccleſiâ vigent, jugiter hîc inſpicienda iis veniunt, qui jura eccleſiaſtica tradere conantur. Diximus nos hanc in rem quædam ſub finem diſſertationis noſtræ de Liturgiis, indicem verò luculentum ordinationum eccleſiaſticarum Germanicarum ex fontibus Böckelmannianis dedere J. A. SCHMIDIUS in diſſ.

Digitized by Google

diſſ. de agendis & ordin. Eccl. p. 41. ſqq. & J. H. Boehmerus in Jure Eccleſ. Proteſt. L. 1. C. 2. Jam autem hæc ὡς ἐν παρόδῳ ſaltem & alieno ferè loco adſpergimus.

ARTICULUS TERTIUS.

Quod reſtat, de rectâ jurium collegialium, quæ præcipuam quandam jurium circa ſacra partem conficiunt, conformatione mens noſtra paucis jam efferenda eſt. Heic verò ante omnia id monendum eſt, tam delicatam tamque difficilem eſſe jurium horum adminiſtrationem, ut, cùm maximæ ab illo, qui eadem exercet atque adminiſtrat, in re, quæ ſalutem hominum vel promovere multùm vel ædificationem eorundem ſufflaminare poteſt, reddendæ DEO rationes ſint, mirum oppidò videatur, qui juribus hiſce ſibi arrogandis tantoperè homines inhient & ſummo damnationis, quam evadere aliâs faciliùs potuiſſent, periculo ſeſe exponant. Deinde generalis hæc regula ponenda eſt, in cœtu eccleſiaſtico omnia ita eſſe diſponenda, ut, cùm ſalus Eccleſiæ ſuprema hîc lex ſit, quam ſequi debeamus (*a*), quæ heic cultui publico affunduntur, cærimoniæ vel maximè ad mentem ſanctificandam interioremque, quem ita vocamus, Chriſtianiſmum in animis hominum plantandum dirigantur. (*b*) Quod qui ſibi propoſuerit, is cærimonias potius diminuerit quàm auxerit & ſimplicitate quâdam, quæ vel maximè ad apoſtolicam illam accedat, neceſſe eſt, rebus hîc affusâ eò ſanè omnia direxerit, ut manibus homines comprehendant, religionem non in pompis quibusdam & ritibus externis ſed in internâ animorum mutatione ſanctâque converſationis ratione conſiſtere. (*c*) Cæterum, quæcunque ferè hùc pertinent, nuper licet paucis extulimus. Totum, quicquid hoc eſt, in ſequentes poſitiones compingamus. 1. Ii, qui jura ſacrorum collegialia habent, id vel maximè agant oportet, ut iſtis adminiſtrandis zelum pro regno DEI in animis hominum amplificando atque adaugendo haud vulgarem adferant eosque rebus gerendis Viros hîc præficiant, qui ſanctioribus heic χαρίσμασι, qui eruditione, qui notitiâ rerum, qui pruden-

Digitized by Google

tiâ & experientiâ heic plurimùm fulgeant & vel maximè pacem eccleſiaſticam, hæretificinâ omni procul abactâ, abacto & omni ſchiſmate odioque theologico, plantare atque propagare conentur, qui ſanè & Academiis eos Theologos donent, qui iisdem ferè virtutibus ſplendeant atque ita futuros Eccleſiæ miniſtros rectè formare nôrint. II. In conſtitutione Miniſtrorum Eccleſiæ prorſus curandum, ut ejusmodi homines eligantur, in quos requiſita Paulina quadrent, qui neceſſariis & χαρίσμασι & eâ, quæ huic officio convenit, experientiâ ſcientiâque ſpirituali polleant, qui piâ ſanctâque vitâ fulgeant & typi gregum ſint, idque prorſus agendum, ut quantum pote à pravis Paſtoribus Eccleſiæ, quæ ſub jugo iſto gemunt, ſenſim ſenſimque liberentur. (*d*) Maximè verò, quæ nuper poſuimus, vitia hîc probè vitanda eſſe nemo non videt. III. In cultûs publici conformatione id præcipuè agendum foret, ut tùm agenda eccleſiaſtica, lectionibus precibusque illis, quæ jejunæ ſunt, quales profectò ſubinde reperiuntur, abrogatis, ita inflerentur, ut major hîc auditorum animis devotio ardorque adſpergeretur, tùm verò & omnes Eccleſiæ miniſtri (*e*) ad formulas communes haud adſtringerentur, ut eo magis *operi operato*, hoc eſt, pravæ illi conſuetudini, quâ, quæ ſæpius ex memoriâ prodeunt, verba, tandem ſine attentione & ſine ardore prodeunt, obvietur, denique & ad nudas pericopas evangelicas, propheticas & epiſtolicas Homiletæ haud affigerentur, ſed libertas quædam, ſenſim ſenſimque introducenda, hîc illis conſtaret, quâ macti in librorum Biblicorum univerſalem quandam explicationem ii deſcendere atque adeo plebem ſacram eò luculentiore rerum divinarum cognitione imbuere poſſent. (*f*) Quo vel maximè & id faceret, ſi ſermones eccleſiaſtici ita informarentur, ut ad populare magis colloquium quàm orationis figuram dictio componeretur, quæ res haud dici poteſt, quantam ædificationem ſecum ferat. IV. Id quoque vel maximè urgendum, ut catechiſatio, hoc eſt, puerorum inſtitutio plurimùm floreat atque animi ita ab incunabulis ſuavi Chriſtianiſmi practici & gratiæ divinæ interioris ſenſu imbuantur. V. Cùm abſolutio, maximè

Digitized by Google

maximè prout in noſtrâ Eccleſiâ Wirtembergicâ obtinet, ſit conditionata, (*g*) patet, omninò eam nonniſi generalem quandam gratiæ divinæ annunciationem eſſe, quæ & pro ratione ejus, cui annunciatur, ita poteſt debetque inflecti, ut quisnam ipſius ſtatus ſpiritualis ſit & quid ipſi ad mentem vitamque benè conſtituendam ſit neceſſarium, luculenter heic eidem pateat. Quod ſanè ita fieri, uti arbitror, poteſt, ut, ubi prudentiam, ubi preces, ubi animi ſinceritatem hîc adhibuerimus, nihil hîc ex omni parte metuendum veniat. Cæterùm, cùm privata hæc confeſſio & abſolutio, quæ Euchariſtiæ participationem antecedit, egregium ſit inſtitutum, (*h*) quo ii, qui dapes ſacras anhelant, plurimùm præparari atque ædificari poſſunt, omninò patet, illam haud facilè abrogandam eſſe ſed retinendam prorſus, at ita retinendam, ut mentibus laquei haud injiciantur iique cathedrâ pœnitentiali prorſus abigantur, qui homines hîc inconſulti affligunt, qui jejunè de hoc negotio in ſermone abſolutorio loquuntur, qui ſuæ utilitati hîc inhiant, qui animos nullâ virtute ſpirituali tangere & convictione luculentâ adhibitâ nullas, quæ reſipiſcentiam pariant, in mentibus hominum ciere turbas nôrunt. VI. Cùm ſacramentum euchariſtiæ apud eos quidem, qui in ſtatu gratiæ ſunt, ſit ſacramentum confirmationis & obſignationis, apud eos autem, qui nondum in ſtatu pœnitentiæ & gratiæ ſunt, ſit ſacramentum quoddam præparatorium ad pœnitentiam, utpote inſtitutum, ut Chriſtus ait, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, *IN remiſſionem peccatorum*, patet omninò, tantas anxietates in admittendis iis, qui nondum reſipuere & quos in corrupto hoc, ſub quo ingemiſcimus, Eccleſiæ ſtatu non admittere non poſſumus, miniſtris Eccleſiæ haud devorandas eſſe, utpote quos bono hîc animo eſſe & quod mutare ſermonis ſui aſſiduitate haud poſſunt, precibus haud intermiſſis iisque calidiſſimis Domino commendare oportet. At verò, ſi exiſtimes, panem calicemque ſanctiorem nonniſi ſacramentum confirmationis eſſe, haud ſanè perſpici poteſt, quî ad argumenta iſta, quæ nuper protulimus, reſponderi poſſit. Nec, ſi quis officio huic ſatis quod eſt, facere velit, fieri poterit, ut tur-

Digitized by Google

bis continuis, quæ ſanè non ædificant, Eccleſiam haud impleat & tamen regnum DEI rigore ſuo prorſus haud ædificabit. Itaque mediâ ſine dubio viâ heic incedendum nemoque à ſacramento cœnæ ſacræ arcendus venit, quem leges eccleſiaſticæ haud arcent. Nec dici poteſt, fore ita, ut venenum nondum converſis porrigatur, cùm jam dictum ſit, ſacramentum hoc ratione eorum, qui nondum emendati ſunt, præparatorium adeoque non ſemper confirmatorium imo adeo venenum haud eſſe, ut potius antidotum ſit. Quî enim venenum iis id ſit, quos ad pœnitentiam idem præparare poteſt? Quod reſtat, argumenta illa, quæ aliâs afferuntur, ut probetur, paſtoribus haud convenire, ut impœnitentes ab uſu ſacræ cœnæ abſtrahant, juxta ea, quæ nuper diximus, haud ſtringunt. (*i*) VII. Diſciplina illa vetus, juxta quam cœtus ſacer olim in diverſas claſſes diſtinctus fuit, in quibus maximè fideles, qui ſoli ad epulas ſacras admiſſi fuere, catechumeni & pœnitentes enituere, in noſtros cœtus nullâ ratione induci poteſt, etſi, ſi introduci poſſet, res Eccleſiæ melius utique habituræ eſſent. Impedit, quò minus fieri id poſſit, univerſalis, quæ corpus Eccleſiæ pervaſit, hominum corruptio, tùm eorum, qui typi cæterorum eſſe debebant, tùm auditorum quoque. Hinc non eſt, quòd Platonicas heic nobis ideas fingamus, qui facilè capimus, hæc quidem deſideranda ſed non ſperanda eſſe, nec malo huic, quo urgemur, applicari poſſe. VIII. De ejectione è cœtu inanis ferè quæſtio eſt, cùm tàm rara ea ſit, ut nullum ferè exemplum ejus amplius conſpiciatur. Competit tamen ejus exercitium Magiſtratui politico tùm ut jus ſacrorum abſolutum, tùm ut jus collegii. (*k*) IX. Pœnitentia publica, quæ hodiè imponitur, etſi ſpiritualem nullum effectum ſecum vehat, ab eo tamen, qui & jus ſacrorum abſolutum & jura collegii poſſidet, imponi hactenùs poteſt, ut reus, qui ſic pudore ſuffunditur (*l*) atque exemplo aliis eſt, civilem quoque pœnam medio in eccleſiaſtico cœtu luat. Flebile tamen hoc eſt, ſi quidem reſipiſcentiam ingenerare & à relapſu peccatorem præſervare id debeat, remedium. X. Jura collegii eò non vergunt, ut ad confeſſionem priva-

privatam adque ſacram cœnam aut ad cæteros actus eccleſiaſticos quis cogi poſſit. Si inter meros audientes quis conſiſtere velit, luculenter hoc ipſi permiſſum nec tamen verbi diſpenſatoribus prohibitum eſto, hominem ne admoneant. XI. Nihil prorſus agendum eſt, quod tyrannidem in conſcientias oleat. Nullum dogma ut credatur atque confeſſione uniuscujusque, qui de illius veritate haud convictus fuerit, donetur, jubendum eſt, (*m*) nullus ritus iis, qui noluerint, vi obtrudendus, cum errantibus omnibus, niſi turbas dederint, niſi & vitâ ſcandalosâ alios à pietatis ſemitâ avertant, via manſuetudinis patientiæque ineunda, denique Eccleſiis invitis & recalcitrantibus Paſtores haud imponendi ſunt, (*n*) cùm & turbare id publicam rem poſſit atque omnis ita ædificatio ſufflaminetur, denique jura collegii cum abſolutâ quâdam agendi facultate haud combinata ſint. XII. Circa matrimonialia, rem aliâs merè civilem id notandum, quòd ea hactenus ad jura collegii pertineant, quatenus benedictio ſacerdotalis iis, qui matrimonium hîc ineunt, affunditur, & quatenùs ad leges in ſcriptis divinioribus de gradibus prohibitis latas hîc reſpicitur, ubi doctores Eccleſiæ quærere & audire ſanè convenit atque ab eo, cui jura collegii competunt, diſpiciendum, num hic vel ille, qui heic peccâſſe creditur, in Eccleſiâ tolerari poſſit. Cave tamen, ut principiis ex Jure canonico deſumtis & quæ ex ſacramenti notione fluunt, hîc deciſiones tuas imbuas. (*o*) XIII. Ferias diminui potius quam augeri ſimplicitas jubet. Hoc verò jus collegiale eſt, quod, qui majeſtate vel ſuperioritate territoriali gaudet, moderari utique pro rei publicæ exigentiâ facilè poterit. XIV. Jejunia indicit, cui jura collegialia competunt. (*p*) Nec tamen pro rerum noſtrarum rationibus tantam eadem ædificationem ſecum vehere conſpiciuntur. XV. Confirmatio juniorum ad ſacram cœnam adſpirantium publica, quæ tempore Pentecoſtali in quibusdam Eccleſiis noſtris cum examine & admonitione confirmandorum, ſolenni itidem, fieri ſolet, máximo cum emolumento, ubi viget, ſine tamen ullis ſuperſtitioſis cærimoniis, perficitur. XVI. Eccleſiæ miniſtros qui deponit, vel jus

Digitized by Google

ſacrorum abſolutum vel Jus collegii habeat neceſſe eſt, (q) pro ratione nempe criminis aut cauſæ, quæ, ut depoſitio irrogaretur, effecit. Si cauſa ſit mere civilis, non eſt, quod hanc in rem quisquam ex cœtu ſaltem in conſilii conſortium ducatur. Si verò ſit eccleſiaſtica, pro re natâ utique Theologos in conſilia advocare convenit atque ad tyrannidis eccleſiaſticæ notionem à ſe abſtergendam ſubinde neceſſarium eſt, maximè ſi plebs eccleſiaſtica murmuret. XVII. Ubi Synodos eccleſiaſticas agere, ſcholas erigere, ædes ſacras extruere, bona Eccleſiæ diſpenſare & collapſum cultum reſtituere is voluerit, qui jura collegii habet, ſine privilegio, ſine conſenſu, ſine directione & arbitrio Magiſtratûs politici, qui tamen libertatem collegii haud ſufflaminat, nihil agere poterit. XIIX. Is, qui jura collegii habet, eorundem exercitium ut moderetur, convenit, prout ad ſalutem Eccleſiæ id requiri ſubinde idem viderit. XIX. Denique ab eo, qui jura collegialia adminiſtrat, requiritur, ut, ſi leges eccleſiaſticas in Eccleſia obtinere videat, quæ jejunæ, quæ confuſæ, quæ obſoletæ ſunt, eas, debitâ prudentiâ rebus adhibitâ, mutet, emendet, refigat præſtantioresque atque ad Chriſtianiſmum veriorem propagandum facientes condat atque promulget, Miniſtrosque Evangelii, qui ſacris ritè obeundis piam ſanctamque manum affundunt, honoret evehatque, cæteros emendare quocunque modo conetur & inemendabiles officio abſtineat, denique, quæcunque aggreditur, precibus diluat atque ſanctificet.

(a) Aurea hæc regula eſt, quæ vellem, omnium eorum, qui jura ſacrorum adminiſtrant, animis ut inſcripta eſſet. Gaviſi verò valdè ſuimus atque plurimùm exultavimus tripudiavimusque, cum eam in fronte Juris eccleſiaſtici Proteſtantium Böhmeriani, diſſ. prælim. de ſupremâ lege eccleſiaſticâ §. 4. p. 3. legeremus. Prorſus profectò hoc nos tùm in amorem præſtantiſſimi Viri rapuit.

(b) Optandum eſſet, ut cordatus quidam Theologus, qui & ſcientiâ & experientiâ prudentiâque ſpirituali plurimùm gauderet, nullis itidem præjudiciis vulgaribus turbatus idemque diſciplinæ eccleſiaſticæ veteris gnarus ejusmodi ordinationem eccleſiaſticam privatâ ſaltem operâ conderet

Digitized by Google

conderet atque conſcriberet. Confer hîc Jo. CLERICUM in Parrhas. T. 2. p. 211. ſqq. ubi Vir inſignis oſtendit, *que l' on ne doit pas faire difficulté de corriger les loix eccleſiaſtiques, lorsqu'il en eſt beſoin.*

(*c*) Hæc eſt lex Chriſtianiſmi fundamentalis, quam niſi & tu ſervaveris, lector, Chriſtianorum gloriâ & præmio olim penitus excides.

(*d*) Sed ais, ſi hoc tibi agendum ſit, defuturos homines, queis ſacris muneribus ubique adminiſtrandis præficere poſſis. Pauciſſimos (*) enim reperiri, qui verè digni tanto miniſterio ſint. Et rectè id quidem. Aſt faciendum hîc eſt, quod poſſumus, atque non ſaltem procul habitis communibus, quæ hîc aliâs graſſantur, vitiis i. e. curvis illis viis, quæ ſæpius ad introducendos in officia ſacra homines adhibentur, ſed etiam precibus ad Deum fuſis omnique induſtriâ, quæ cogitari poteſt, adhibitâ tantum opus adgrediendum, ſi DEO rationes aliquando heic reddere ſerenâ fronte aveamus. Jam autem *ideas platonicas* (quod probè, qui hæc legis, notes velim) heic haud fingimus, aut ſuavia nobis ſomnia formamus, fieri poſſe arbitrati, ut bonis ſic Eccleſiæ omnes Paſtoribus, bonis præpoſitis donentur. Facilè enim, quæ temporum noſtrorum ſigna ſint, capimus & iis ingemiſcimus. Neque enim ex ſapientibus facilè eſt, qui tam florentem crediderit Eccleſiæ ſtatum, ut ejusmodi obſervationibus haud opus ſit. Gemunt ubique greges, gemunt anhelantes animæ & diſtentis hiantibuſque faucibus, quæ ſtramine paſcuntur, quæ ſiti ſpirituali conficiuntur, exſpectant manna de cœlis depluens & deſtillantem, quo reficiantur, ædificationis largioris rorem divinique nectaris ex ore Evangeliſtarum ſanctiorum ſtillantis luculentiorem imbrem. Adponamus, quæſo, adponamus hîc, quæ hùc faciunt, verba beati illius Viri Jo. REINHARDI HEDINGERI, cujus luce olim hæc patria noſtra plurimùm fuit colluſtrata mirificeque ædificata. Ita autem ille ad Act. 20, 29. ubi Paulus de *lupis* Eccleſiam Epheſinam vaſtaturis: *VVürde Gott eineſt* eine Wolffsjagd *anſtellen, vvie trœſtlich vvürde es ſeinen gülffenden Schœflein ſeyn, deren viel tauſend nicht durch Kezer ſondern durch gottloſe und der VVahrheit ſich rühmende, obgleich blinde Führer, als vvilde thiere ervvürget vverden. Kurz! VVœlffe ſind, vvelche die Gottloſen in der boſsheit durch das ſchændlich gemiſsbrauchte Evangelium ſtærcken, ſie zum leben urtheilen, hingegen die Frommen verdammen, pfülben unter die arme machen, um den lohn gerne trœſten, nur friede*

(*) Conſcripſit ſanè *de paucitate Theologorum* egregiam diſquiſitionem Theologus Kilonienſis præclariſſimus ALBERTUS ZUM FELDE inſeruitque eam analectis, quæ magna cum deleſtatione, hæc ipſa dum ſcripſimus, perlegimus.

Digitized by Google

friede predigen und ſich der beerde nurum Milch, brod und vvolle annehmen und andern freyheit verſprechen, da ſie ſelbſt Knechte des verderbens ſind. Dabey bleibts! Aurea verba, quæ millies milliesque repetita ſapienti tamen illique, qui bonâ heic conſcientiâ floret, tædium haud creaverint.

(*e*) Jam qui è ſcrinio pectoris ſui preces proferre haud nôrint, quæ dignæ auditorio ſint, formulas velimus ut prælegant.

(*f*) Antequam talis quædam mutatio inſtitueretur, conveniret, populum hanc in rem ſenſim ſenſimque in ſermonibus publicis & catechiſationibus inſtruere.

(*g*) Formula poſt prælectam confeſſionem, ubi ad abſolutionem deſcenditur, hæc apud nos eſt: *Hierauff ſo vernehmet auch alle, die ihr herzliche reu und leyd über eure ſünde habt, an Chriſtum den Sündenbüſſer glaubet, und euer leben in der vvarheit zu beſſern begehret, den troſt der abſolution auſs dem H. Evangelio:* Der allmächtig GOTT hat ſich euer erbarmet und durch den verdienſt des allerheiligſten leidens, ſterbens und aufferſtehens unſers Herrn JEſu Chriſti vergibt er euch alle eure ſünden und ich als ein verordneter diener der Chriſtlichen Kirche verkündige euch ſolche vergebung aller euer Sünden, in dem nahmen, Gottes des Vatters und des Sohns und des Heil. Geiſtes. Amen. „ Jam viſibile eſt, vim abſolutionis hujus totam à conditione adjectâ ſuſpendi. Id quod & fieri aliter non poteſt, cum abſolutio apud nos generalis, haud privata illa & individualis obtineat. Cæterùm pauciſſimis ſaltem hîe notamus, formulas abſolutionis veteres fuiſſe deprecatorias & poſt ſeculum demum XI. indicativam in occidente uſurpari cœptam eſſe. Vide Jo. MORINUM de adminiſtratione ſacramenti pœnitentiæ L. VIII. C. 8. Quæ dum ponimus, ex Rituali Romano abſolutionem Romanenſium hodiernam agedum paucis adſpergamus. Ita verò ilius forma ſe habet, uti à Sacerdote pronunciatur: *Miſereatur tui omnipotens DEus & dimiſſis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam, Amen.* His dictis Sacerdos dextrâ verſus pœnitentem elevatâ dicit: *Indulgentiam, abſolutionem & remiſſionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & miſericors Dominus. Amen. Dominus noſter JEſus Chriſtus te abſolvat & ego auctoritate ipſius te abſolvo ab omni vinculo excommunicationis & interdicti, in quantum poſſum & tu indiges.* deinde: *Ego te abſolvo à peccatis tuis, in nomine Patris* (heic ſignum crucis in aëre pingitur & efformatur) *& Filii & Spiritus ſancti. Paſſio noſtri JEſu Chriſti, merita beatæ virginis & omnium ſanctorum,*

Eorum, quicquid boni feceris & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ & præmium vitæ æternæ. Amen. Atque heic jam patet, qui Romanenses Sacerdoti judicialem absolutionem & quidem VI. quoque MERITORUM HUMANORUM, quæ meritis infinitis Filii DEI adspergunt, dandam errore prorsus fundamentali tribuant negentque adeò nobis peccata GRATIS atque ob SOLUM Christi meritum remitti, supponantque simul, hominem, cui peccata non remissa sunt, boni quid facere posse, quo peccatorum remissionem acquirere sibi valet. Sed hæc alibi excutienda sunt.

(*b*) Scilicet vel sic saltem occasio Ministris Ecclesiæ amplior & propior datur, qua mentes hominum tangant, atque, ne illotis manibus ad sacras epulas abeant, moneant. Nec tamen dixerim, privatam istam confessionem à Domino præceptam & absolutè necessariam esse. Potest ergò is, qui jura collegialia habet, libertatem actui huic adspergere, si ita visum fuerit, si &, quod probè monendum est, confœderationis ecclesiasticæ tabulæ id patiantur.

(*i*) Quamvis autem satis nuper hanc in rem dixerimus (*), placet tamen, quæ Jo. LIGHTFOOTUS & GOTTLIEB GERHARDUS TITIUS, ille Theologus quondam Anglus, hic JCtus nuper Lipsiensis heic objiciunt, paucis diluere. Et à LIGHTFOOTO quidem aliquando in Synodo quâdam vel confessu Westmonasterienſi hanc in rem acriter decertatum fuit, ut nempe demonstraret, omnes ad sacram cœnam, qui, vellent, admittendos esse, licet, nihil profecerit sed ejusmodi conclusum factum fuerit, à quo ille solus dissensit. Res in appendice vitæ ejus (****) enarratur ubi hæc leguntur: *Sentiebat, admissionem ad sacra generalem esse debere, quod hisce argumentis probare aggressus est. I. Licet lex vetaret, impurum venire ad sacra, attamen nemini concedebat potestatem eos repellendi, qui veniebant, nec ullum ejus rei exemplum reperitur. II.* Matth. VII. sanctum ne canibus detis, *dicitur propter Apostolorum incolumitatem. Nam Judæi ipsi, qui utebantur hoc proverbio, per* canes & sues *intelligebant acerrimos hostes & persecutores veritatis. Itaque Servator ibi monet discipulos suos, ne concionentur persecutoribus & adversariis, ne ab iis trucidentur. III. Circumcisio indifferenter omnibus posteris Adami administrabatur. Ergo. IV. Judas accepit sacramentum. Ergo. Et cùm D. G. afferret exemplum Uzziæ, qui è*

 templo

(*) In diss. de vitiis eorum, qui sacris operantur sect. 2. §. 4. p. 41. sqq. nota **.

Digitized by Google

templo ejectus fuit, Doctor noster respondit, eum repulsum fuisse ab officio & loco, *addiditque, si concedatur, Sacerdotem* repulisse & repellere potuisse immundum, casum non esse eundem. *Nam ea impuritas externa erat & facilè dignoscebatur, utrum purificatus esset nec ne, sed Minister jam de hominis conscientiâ judicare nequit. Quamvis heri scandalosus quispiam fuerit, jam hodiè verâ pœnitentia duci potest.* Ast nulla hæc sunt omnia & tanto Viro, qualis LIGHTFOOTUS exstitit, indigna. Inficetum profectò est, quod de impuro dicit, qui certè si templum ingressus fuisset, non saltem expulsus sed & gravissimè punitus fuisset. Vide saltem exemplum Pauli Act. 21, 30. Nec quæ ad Matth. 7, 6. dicuntur, vim dicti prorsus eludunt, cum generale saltem hoc sit, quod ex illo eruitur, sancta indignis danda non esse, utpote qui profano ea pectore contaminent. Quod verò de circumcisione dicitur, id apertè falsum est. Nota est formula de excommunicato: לא ימולו לו בן *non circumcidunt ipsi filium.* Jam & NON LIQUET, si Evangelistas secum invicem conferas, num Judas ad sacramentum accesserit nec ne, quicquid etiam hic post SELDENVM ajant Viri doctissimi. Vide Jo. SELDENUM de synedr. vet. Ebr. L. 1. C. 8. p. 169. sqq. Imò, si solus Johannes sequendus sit, Judas sacramento eucharistico non affuit. Vide Joh. 12, 30. ubi rectè habent, quæ HEDINGERUS addit. Reliqua tam levia sunt, ut sponte cadant nec ullâ refutatione indigeant, illud maximè, quod dicitur, ignorari ab Ecclesiæ ministro, num, qui heri impœnitens erat, mentem hodie mutaverit. Ad sacramentum enim confirmationis accipiendum requiruntur non saltem primi pœnitentiæ motus, sed pœnitentiæ, fidei, conversionis & sanctificationis status, ubi applicari possit Salvatoris illud, quod sanè Christus tanquam regulam quandam certiorem ad dignoscendos Spiritûs nobis tradidit: *ex fructibus ipsorum dignoscetis eos* Matth. 7, 16. Id quod ut fieri possit, tempus probationis imponendum & exspectandum hactenùs foret, num pœnitentia hominis sit sincera idque ex vitâ ejus arguendum, ut olim in Ecclesiâ primâ factitatum fuisse novimus, Et sanè videmus, quamnam disciplinam Pagani heic olim observaverint. Ita enim illi apud Statium in Parentalium prologo.

Adeste
Di hominesque, sacris procul hinc procul ite nocentes,
Si cui corde nefas tacitum fessique senectus
Longa Patris, si quis pulsatæ conscius unquam

Matris

Digitized by Google

Matris & infernâ rigidum timet Æacum urnâ.
Insontes castosque voco.

Hinc & quoad sacra Christiana SELDENUS, prodigiosæ eruditionis Vir: *Non quidem deerat ex præscripto Apostolico comminatoria Eucharistiæ interdictio, quâ quisque monitus est, ut ipsum se intus examinaret nec* indignè *mysteria sumeret.* Probet, examinet, purget, expiet seipsum, *inquit Apostolus, ubi Theodoretus*: Tui ipsius judex ipse esto, actuum tuorum exactus arbiter, conscientiam scrutare ac tunc donum suscipe, & *Theophylactus:* Haud alium Judicem tibi præficio, verum te ipsum tibi ipsi. Judica igitur & explora conscientiam tuam.„ Vide de synedr. vet. Ebr. L. 1. C. 13. p. 345. 346. Nec malè idem SELDENUS alio loco verba 1. Cor. 11, 30. exstantia per מוּת sive pœnam θάνατον, quæ in republicâ Judaicâ frequens olim exstitit, exponit. Jam ad rationes, quas laudatus TITIUS in Juris privati Romano-Germanici L. 9. C. 14. de confessione auriculari affert, ut probet, *rejectionem impœnitentium* (quâ nempe iis absolutio & sacra cœna denegatur,) *Ministris Ecclesiæ jure divino esse prohibitam*, diluendas progrediamur. Ita autem ille §. 34. sqq. p. 1211. sqq. *Rejectio impœnitentium vel suscipienda est ob veram seriamque pœnitentiam vel saltem ob externam honestatem. Illa hoc medio obtineri nequit, hinc malè hactenus à ministris Ecclesiæ hoc usurpabitur. Et sanè* mera stultitia *est, quando mediis violentiæ quid habentibus veram pietatem excitari posse existimatur. Non igitur dubitandum, quin DEus inepta ejusmodi media in genere prohibuerit. Cùm autem sanctuli hodierni finem illum palàm præ se ferant ac impœnitentes ideò repellendos esse censeant, quò hâc ratione ad veram pœnitentiam adigantur, ideo conatus illius insania ac simul autorum vel imprudentia vel improbitas est manifestissima. Quodsi autem minister Ecclesiæ eo fine saltem rejectionem moliatur, quò impœnitens ad externam honestatem revocetur, tùm scopum illum eo medio obtineri quidem posse fateor, sed illud privato competere nego. Est enim rejectio illa* (1.) *actus merè civilis ac aliquod imperium præsupponit, hinc à privato suscipi non debet, id quod liquidius fit, si incommoda, quæ exercitium privatum non possunt non sequi, expendamus. Nam rejectio illa* (2.) *actus ignominiosus est, hinc, si par in parem eum suscipiat, non possunt non gravissimæ collisiones inde oriri. Absurdum præterea est,* (3.) *unius hominis, qui vel ex ignorantiâ vel pravis affectibus sæpe excedere potest, judicio talem rem committere. Sanè ministri Ecclesiæ hanc potestatem sibi antea arrogare nequeunt, quàm probaverint, se sortem humanam supergressos ac ab omni errore & affectuum intemperie esse immu-*

Digitized by Google

nes. Denique (4.) *plura alia incommoda ex adimissâ repellendi facultate sequerentur, nam, quibus rationibus in speciem rejectio impœnitentium defendi potest, iisdem etiam alia inventa papalia tueri licet.* Hæc TITIUS, Vir acutissimus, qui & deinde ad rationes dissentientium dissolvendas pergit. Rationem primam, quâ dicitur, *peccare ministrum, si impœnitentes haud repellat*, simplici negatione Vir doctus jugulat. Rationem secundam, quâ oggeritur, *margaritas canibus & suibus non esse objiciendas*, ita Vir insignis diluit: *Sed nec*, inquit, *hujus peccati sit reus Minister Ecclesiæ, nam absolvit conditionaliter, adeòque deficiente conditione non absolvit. In usu verò eucharistiæ concurrit saltem ad actum externum, minimè autem ad internum, sive salutarem sive noxium, hinc non objicit margaritas suibus, sed id saltem, quod impedire nequit, permittit, i. e. nihil agit.* Rationem tertiam ex BRUNNEMANNO allatam, quâ ponitur, *ministrum ecclesiæ, qui indignum admittat, ejus peccata participare*, idem Vir doctus simpliciter exsibilat. Quartam rationem *ex clave solvente & ligante* ministris Ecclesiæ concreditâ desumtam ita destruit, ut ajat, clavem ligantem facultatem repellendi impœnitentes non inferre sed saltem magistratui eos denunciandi & si hic eosdem admittendos putet, illos conditionaliter absolvendi, additâ declaratione, actum hunc, si conditio deficiat, non tantum inanem sed & noxium esse futurum. Ad ultimam denique rationem, quâ dicitur, *non concipi posse, qui impœnitentes admittendi veniant, cum usus eucharistiæ pœnitentiam requirat*, reponit, Eucharistiam sub conditione dandam esse. Addit, si Minister tam delicatâ laboret conscientiâ, ut impœnitenti sacrum panem porrigere haud velit, officio ipsi abscedendum vel dispensationem Eucharistiæ sine interventu Ministri peragendam esse. Queis omnibus vel tandem hoc adjicit, clavis solventis & ligantis usum consistere in absolutione conditionata & si opus sit, in denunciatione impœnitentis superiori factâ, abusum in absolutione absolutâ, quâ homines securi reddantur, & in rejectione impœnitentium sive verorum sive putatitiorum. Hinc ministrum, qui in ejusmodi rejectionibus pertinax sit, officio movendum esse. Eadem ferè habentur in der Probe des Geistlichen Rechts L. 3. C. 3. §. 11. sqq. C. 4. §. 8. sqq. Ast facilè quidem hæc omnia diluuntur. Et primò quidem mireris plurimùm, quî fiat, tantâ ut cum animi impotentiâ Vir præstantissimus agat, cujus calamus nonnisi hîc de stultitiis & absurditatibus loquitur. Optârim omninò, hæc ut disputandi ratio è scholis Christianis proscribatur, ubi modestiori uti scriptione, quæ

&

& ab omni affectu atque odio aliena sit, convenit. Porrò dilemma illud, quod Vir insignis statim sub initium ponit, vitio maximo laborat. Datur enim tertium. Rejectio enim impœnitentium fieri potest non solùm eum in finem, ut ad pœnitentiam ii vel externam honestatem tantisper manuducantur, sed & ne sacramentum, cujus dispensationem DEus ministris Ecclesiæ ut œconomis concredidit, qui rationem ipsi aliquando heic reddant, contra voluntatem Domini profanetur. Jam si poposcerit à dispensante DEus, ut sacramentum haud porrigat impœnitenti, qui es tu, o homo, qui ministro Evangelii injungere contrarium velis. Nec ullus sanè erit Ecclesiæ Minister, qui sapit, ita animo compositus suisque præjudiciis ita involutus, qui existimaverit, Christianismum vi ingenerari & pœnitentiam per rejectionem à sacrâ cœnâ hominibus ingeri. Quin perperam & id adjicitur, rejectionem illam merè civilem esse actumque ignominiosum. Cùm enim qui & planè Eucharistiâ haud fruitur, qui & à communione nostrâ sacrâ penitus abest aliamque fidem profitetur, tamen bonus esse civis possit, maximumque illi beneficium exhibeatur, qui, ubi impœnitens adhùc est, ad sacram cœnam non admittitur, vix comprehendi potest, quî actus iste civilis & ignominiosus dici possit, maximè si summus imperans, in cujus potestate hoc situm est, si & ministri in sermonibus publicis declarent, famæ illorum, qui à sacrâ cœnâ absunt, nihil detrahi. Ut taceamus, excommunicationem minorem, quæ est non-admissio ad sacram cœnam, ministris Ecclesiæ expressè adjudicari & à civilibus pœnis distingui in artic. Smalcaldic. C. 9. p. 333. 334. Nec est, quòd porrò dicas, unius hominis, qui facilè tamen errare possit, judicio rem ita committi. Quemadmodum enim judicio Medici te committis, ubi sanitatem tuam curas, licet iste subinde errorem calculi committere possit, ita & heic res se habet. Deligendus quippe hîc erit is medicus, qui & judicio & sanctitate & experientiâ spirituali floreat, ubi sanè, si & tu ipse sanctimoniæ, sine quâ nemo Dominum viderit, operam des, casus iste haud dabilis erit, quo ab epulo sacro abstraharis. Ut taceam, plurimùm hallucinaturum illum, qui eucharistiam ab invito sibi dari poposcerit. Id verò planè comprehendi nequit, quid sibi velit Vir judiciosissimus, ubi ait, Ministrum ecclesiæ, qui sacramentum porrigat, ad externum saltem actum, non ad internum concurrere, imò nihil agere. Itane & ergò, qui venenum porrigit, excusari poterit ab homicidio, si inde moriatur, qui id accepit, ubi dixerit,

ſe ſaltem ad externum porrigendi actum, non autem ad internum veneni affectum manum affudiſſe. Profectò enim, niſi externus actus adfuiſſet, internus effectus haud ſecutus fuiſſet. Hæc tam facilia ſolutu ſunt, ut ſuâ ſponte diffluant. Ubi porrò clavem ligantem & ſolventem explicat Vir doctiſſimus, vim certè verborum planè haud capit, nec obſervat, ſolutionem & ligationem etiam applicationem verbi divini ad individua involvere, quod & ſupra jam innuimus. Mirumque id oppidò eſt, *ligare* idem eſſe hîc, *ac impœnitentem magiſtratui denunciare.* Quod Vir acutus dum ponit, nec ullo argumento adducto illuſtrat, haud ſanè poſcere à nobis videtur, ut gratis ipſi affirmanti credamus. Sed nec id concoquere poſſumus, quod dicitur, impœnitenti ſub conditione Euchariſtiam dandam eſſe, id eſt, ei, de cujus impœnitentiâ perſuaſus ſim, & cujus opera mala notoria ſint impœnitentiamque, omnibus fatentibus, oleant, euchariſtiam dandam eſſe ſub conditione, ſi nempe is jam hoc ipſo momento in pœnitentis ſtatum tranſeat. Quod ipſum, qui dicit, & diſſimulat, quòd ad ſacramentum confirmationis percipiendum pœnitentiæ ſtatus, præcedaneâ dijudicatione exploratus requiratur, & profectò neſcit, quid pœnitentia ſit. Pœnitentia certè tanquam fungus è terrâ tàm ſubitò haud in corde enaſcitur, ſed ſpiritualis eſt ἀγὼν, ex multis actibus conſtans. Sed ad ejusmodi quidem ratiocinia delabitur, qui præconcepto quodam affectu & præjudicio rebus evolvendis inhiat. Nec eſt, quod conſilium iſtud de non diſpenſandâ per miniſtros Eccleſiæ Euchariſtiâ ſed de ſingulis ad ſumtionem ſymbolorum ſacrorum in menſâ ſacrâ repoſitorum admittendis quis approbaverit, cùm & refingenda Eccleſiæ Evangelicæ circa formam hujus ſacramenti, quæ in conſecratione, δόσις & λῆψις juxta inſtitutionem Chriſti conſiſtit, mens eſſet eademque difficultas circa admiſſionem impiorum ad ſacram cœnam recurrat. Cætera, quæ Vir præſtantiſſimus addit, ex iis, quæ jam diximus, dilui poſſunt. Quod reſtat, & ipſe TITIUS in oratione inaugurali, quam *libertatis juridicæ* titulo inſcripſit, A. 1710. editâ p. 26. 27. hæc tantiſper mitigavit. Aſt his fidiculis omnibus & LIGHTFOOTO & TITIO & aliis, qui eandem cum ipſis tibiam inflant, planè opus haud fuiſſet, ſi ea heic, quæ genuina ſunt, argumenta ad probandam rem alioqui ſatis claram perſpicuamque adhibuiſſent. Scilicet, ſi communis perſuaſio retineatur, ſacramentum Euchariſtiæ NONNISI CONFIRMATIONIS SACRAMENTUM omnibusque impœnitentibus veneni loco eſſe, haud ſanè perſpicere eſt,

qui

quî Minister Ecclesiæ, si quidem rationem Domino aliquando lætâ fronte reddere aveat, impœnitentibus Eucharistiam porrigere possit, uti ex iis patet, quæ in dissertatione de vitiis eorum, qui sacris operantur, & medelâ rebus hîc adhibendâ nuper posuimus. Jam verò alia planè rerum scena emergit, ubi supponitur, sacramentum Eucharistiæ non solùm sacramentum confirmationis, respectu nempe pœnitentium, sed & tale sacramentum esse, quod gratiam DEI prævenientem corpusque Domini pro nobis datum sanguinemque ejus pro nobis fusum ΕΙΣ ΑΦΕΣΙΝ ΑΜΑΡΤΙΩΝ, *AD* (*en terminum ad quem* lector, qui vel maximè hîc innuitur,) *REMISSIONEM PECCATORUM* iis, qui nondum resipuere, annunciet viamque ad pœnitentiam ipsis monstret eosque sic excitet, ut amore DEI summo, qui in JEsu Christo per participationem hujus sacramenti ipsis jam adfulget, perspecto ad spiritualem mentis suæ pectorisque & conversationis mutationem abnegandaque & sequestranda, queis hactenus inhiavere, vitia ferantur.(*) Ita si rem concipias, mi lector, migrantibus tenebris clara statim & amœna, uti arbitror, lux succedit. Nec est, quòd objicias, aliter rem Apostolum Paulum exponere, qui profectò per indignos, quos ajat participatione sacramenti hujus reos fieri corporis & sanguinis Dominici sibique judicium manducare, quod in condemnatione cum mundo consistat, nonnisi impœnitentes & sub dominio peccati stantes intelligat. Jam enim de indignis iste non loquitur, sed de iis, qui ἀναξίως *indignè* communicant, hoc est, eâ ratione sacramentum accipiunt, quam comm. 21. 22. reprehenderat, ubi dixerat, malè hoc se habere, quod cibos à se allatos, neglectis pauperioribus, ditiores gustent, id quod contra disciplinam agaparum externam est, etsi hoc abusu peccatum mortale præcisè haud committatur. Atque hos jam addit idem, reos fieri corporis & sanguinis Dominici, hoc est, circa ejus manducationem & bibitionem peccare, eapropter, quod sanam rebus discretionem & probationem non adhibeant, imò fieri hinc, ut DEus ipsos calamitatibus & judiciis suis temporalibus e. g. morbis & morte ipsâ, quæ per dormitio-

(*) Scilicet sacramentum Eucharistiæ præparatorium ad pœnitentiam, certè apud eos, qui nondum converti sunt, esse potest, (1.) quia isti gratia DEI universalis, corpus Christi *pro omnibus* traditum & sanguis ejusdem *pro omnibus* fusus offeruntur, (2.) quia *AD remissionem peccatorum*, tanquam ad terminum præbentur, *ad quem* per acceptionem sacramenti tendere debemus.

Digitized by Google

dormitionem indigitatur, quòd nempe de ſubjectis renatis hîc quæſtio eſt, viſitet & *caſtiget* comm. 31. 32. id quod de fidelibus itidem ſaltem dici poteſt, quin & viam hâc ratione, niſi protinus heic abuſum iſtum, qui in celebrationem agaparum apud ipſos irrepſerit, mutaverint, ad plenum è ſtatu gratiæ lapſum pœnasque æternas parari. comm. 32. Ex quibus omnibus prorſus patet, de impœnitentibus hîc ſermonem non eſſe nec ſanè vi verborum Apoſtoli carpieos poſſe, qui ſacramentum hoc ad pœnitentiam peccantibus inſtillandam, qui uſus utique ſacramenti, non abuſus eſt, adhibeant. Quæ omnia & quàm mirificè argumentum de communione indignorum illuſtrent, nobis quoque jam tacentibus, quivis colligit. Non igitur heic eſt, quòd ii Eccleſiarum Paſtores, qui ſtrenuam operi ſacro manum, qui ſanctas miniſterio ſuo curas affundunt, heic circa præcordia plurimùm angantur, ubi quidem vident, ſe, rebus ſic ſtantibus, uti ſtant, indignos à communione ſacrâ arcere non poſſe. Non eſt, O MEI, non eſt, quòd tantoperè angamini, & quòd ſerenitas illa ſpiritualis, quæ mentibus veſtris ſubinde illabitur, curis iſtis, tenebris iſtis, anxietatibus iſtis diluta eclipſin heic patiatur. Reſumite, ſi placet, animum &, quo cœpiſtis, ardore res Domini gnaviter urgete, & legali quidem baculo, qui Chriſtianiſmum ingenerare haud aptus eſt, pauliſper hîc ſemoto evangelicam rebus diſciplinam, quæ in ſuaſione conſiſtit, agedum, ſolam adhibete, ubi divinâ virtute mentibus admotâ peccantium pectora demulcemus atque Domini bonitatem amoremque ipſis guſtandum præbemus & miſericordiarum ipſius viſcera ipſis diſtendimus, eumque, qui ſolus animos vertere poteſt, haud interruptis unquam precibus jugiter rogamus, ut noſtris monitis, ut noſtris ſermonibus, ut noſtris curis benedictionem de cœlo largam adfundat. Deinde verò de Euchariſtiæ ſanctiſſimo ſacramento ita mentes veſtras informate, iis quidem, qui jam reſipuerint, Euchariſtiam ſacramentum confirmationis, iis verò, qui gratiæ illius nondum compotes exiſtant, ſacramentum præparationis ad reſipiſcentiam eſſe. Quo tamen ipſo nolim, ut omnes promiſcuè admittatis, ſed ut, ſejunctis iis, quos leges eccleſiaſticæ accedere heic prohibent, in mentem uniuscujusque deſcendatis & pro eo, quo agitamini, Chriſti amore, quæ à Domino exoranda vobis venit, prudentiâ ſtatum cujusvis ſpiritualem ipſi ſincera dictione declaretis futurasque pœnas ſubinde & quanta bona, qui peccare pergit, negligat, pertinacibus declaretis. Vos verò, o lupi gregum, o mer-

o mercenarii homines, qui non ovium ſaluti ſed veſtro ſaltem ventri, veſtris voluptatibus, avaritiæ veſtræ inhiatis, recogitate & cum curâ debitâque attentione recogitate, quantum humeris veſtris, qui & veſtras animas & eas, quæ curæ veſtræ ſpirituali concreditæ ſunt, in immenſum condemnationis pelagus præcipites agitis, qui & tantâ cum facilitate ad abſolutionem provolatis aliisque libertatem promittitis, qui ipſi perditionis ſervi exiſtitis, recogitate inquam atque iterum recogitate, quantum humeris veſtris exitium, quanta vobis devoranda mors, quantum calamitatum & pœnarum nunquam finiendarum pondus miſeris vobis incumbat. Quid cogitatis, quòd ſanctum Domini impiâ manu contrectatis & quòd profanis digitis profanoque pectore rebus adſperſo, dum, quid agatis, penitius inſpicitis, pudore tamen & terrore haud perfundimini? Quotiescunque vos panem Domini accedentibus porrigitis, toties certiores vos facite, novum quendam gratum æternæ illi fami accedere, qua olim eſurientes & nunquam ſatiandi Tantali ad inſtar cruciabimini. Quotiescunque calicem ſalutis hauriendum anhelantibus præbetis, toties menti veſtræ obvertite, novam quandam æternæ illi ſiti, quæ pectus olim veſtrum aduret, acceſſionem, novum, de quo & homo dives ille Luc. 16, 24. conqueſtus eſt, æſtum ſic adſpergi. O verò miſeros vos, niſi, dum hæc ipſa legitis, dum ipſa hæc, quæ in chartam hanc jacta conſpicitis, animo volvitis, meliorem vobis mentem vel tandem induatis & flexo mentis, flexo cordis poplite, Deum rogetis, ut ſpiritu compunctionis pectora veſtra perfuſa per reſipiſcentiæ agonem illum, quo peccati dominium jugulatur ejusdemque tædium luculentum nobis ſubnaſcitur, illicò ducat & fide illa imbuat, quæ divinam gratiam amplectitur, quæ mundum vincit, quæ cœleſti nos virtute imbuit, quâ, ubi nos primùm ſanctificati ſumus, & alios deinde & ſermone noſtro & converſationis bono exemplo ſanctificare valemus. Quod ubi factum fuerit, nulla heic credo in diſciplina pœnitentiali adminiſtranda pectoribus veſtris ſecuritas obrepet, ſed quotidiè potius ardor creſcet & novis ſemper igniculis, novo ſemper ædificationis promovendæ ſtudio adaugebitur.

(*k*) *Ut Jus ſacrorum abſolutum.* Pone enim cœtum declarare, quòd hunc vel illum nolit amplius ſacris ſuis adeſſe, expellere tamen ipſum iſte non poterit. Ubi itaque jam vis adhibenda, ibi ſolus Magiſtratus agit, quod ſupra, ubi excommunicationem Pauli Samoſateni attulimus, illuſtravimus. *Ut jus collegii.* Certè enim collegium vel

Digitized by Google

tandem jus habebit, illis, qui res suas turbant, modestè significandi, optare eos, qui collegium conficiant, ut cœtu excedant. Vide & diss. nostram de vitiis eorum, qui sacris operantur & medela rebus hîc adhibenda sect. 2. §. 4. p. 42. Olim verò, ubi res christianæ melius habuere nemoque in cœtu permanere potuit, qui vitæ sanctitate haud floruit, ejectio illa illicò exerceri debuit, ubi impietatis quædam pertinacia in peccante eluxit. Christiani enim in unum convenientes *sacramento sese obstringebant, ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent*, uti Plinius habet ep. L. 10. ep. 97. Quicunque contra hoc sacramentum habituali peccato agebat, cœtu ipso facto extorris erat. Jam verò, si hodie omnes ii, qui habituali peccati dominio laborant, è cœtu Christiano ejiciendi essent, cœtus tandem vel ipse ex cœtu esset ejiciendus. Unde facilè perspici potest, excommunicationem istam majorem, cui & hodiè civilis pœnæ character quidam propter affusam ignominiam & famæ diminutionem admixtus est, à Magistratu politico (potestas enim civilis coactiva penes solum Magistratum in statu civili est) rarissimè & in paucissimis ferè casibus exerceri posse. Neque enim duris remediis locus est, ubi tota Ecclesia in morbo cubat. *Necessaria est venia, ubi totus deseruit exercitus*, ait Seneca. *Quicquid sceleris inebriat multitudinem*, ita Augustinus, *amittit examinis severitatem & divinæ disciplinæ severam misericordiam postulat. Nam consilia separationis & inania sunt & pernicioſa, videlicet, ob periculum schismatis & manifestæ rebellionis.* Vide 1. Cor. V. 10. Nec ea omnia quæ licent, expediunt aut ædificant, qui tamen actuum omnium ecclesiasticorum primarius scopus esse debet. 1. Cor. 6, 12. 10, 23. Unde & facilè intellexeris, lector, quî fiat, ut sequens propositio inter errores Schwenckfeldianorum in Formula Concordiæ p. 626. 829. referatur: *Quod non sit vera & Christiana Ecclesia, in qua non externa excommunicatio vigeat aut in quâ non externus ordinarius excommunicationis modus, delectus & processus observetur.* Quid igitur restat nobis, qui, cladem Josephi deploramus, qui, dum vulnera Ecclesiæ conspicamur, ingemiscimus, qui, dum malo medelam afferri haud posse observamus, in lachrymas & gemitus toti solvimur? Primò quidem faciendum semper est, Domino vires dante, quod possumus, precesque & monita & quicquid est sanctioris disciplinæ, densandum intendendumque fortiter, donec Dominus veniat. Porrò PATIENTIA SANCTORUM HIC EST Apoc. 13, 10. 14, 12. exercenda, idque non affusis legalibus increpationibus, quæ impo-

Digitized by Google

impotentiam animi ſubinde oſtendunt, ſed affusâ lenitate & manſuetudine, affuſo amore illo, qui capita hominum demulcere aptus eſt, affuſo & zelo verè divino, qui patientiam illam diluat roburque illi & vim ad tangenda corda animosque peccantium addat. Denique, ubi imperfectionem rerum hujus ævi, ubi mundum, qui in malo cubat & corrigi neſcit, videmus, anhelanda ſunt beata iſta regna, quæ è longinquo conſpicimus, câque ſpe, eâ fide, illo deſiderio jam præguſtanda, quo, quicquid eſt in nobis mœſtitiæ & ægritudinis, facilè edulcatur, corrigitur & ceſſat. EJA, VENI, DOMINE JESU! Apoc. 22, 20.

(*l*) Vide 2. Theſſ. 3, 14. 1. Tim. 5, 20. quæ tamen dicta de ejectione è cœtu haud agere facilè conceſſerim, id unicum hinc probaturus, non eſſe id præcisè pœnam civilem, ſi peccator in pudorem diffundatur.

(*m*) Hinc nec Conciliis, nec Synodis, nec Conſiſtoriis, nec Facultatibus Theologicis, nec Senatui cuidam Eccleſiaſtico jurisdictio quædam ſpiritualis eaque deciſiva tribuenda eſt, quâ, quid credendum ſit, determinetur. Praxis hæc Pontificia eſt, quam Eccleſiæ Proteſtantes dudum horrent. Nec ſanè eâ opus eſt, non opus eſt, ut Judex perſonalis dogmatum Chriſtianorum deciſivus, qualem Romanenſes poſtulant, adſit, niſi quod quivis propriæ fidei judex ut ſit, conveniat, donec in ſupremo judicio judicium à Domino hoic feratur. Confer omninò illuſtris THOMASII cautelas circa præcognita Jurispr. C. 17. §. 43. ſqq. p. 195. 196.

(*n*) Hoc tamen & ipſum cum grano ſalis dicimus. Scilicet prudentiâ hîc omnia diluenda eſſe & probè diſpiciendum, quid Eccleſias, quæ contra Paſtorem, qui ipſis datur, proteſtantur, animet, liquet.

(*o*) Itaque velim, ſolicitè hîc conferas eorum JCtorum ſcripta, qui principia papalia cum LUTHERO in artic. Smalcald. p. 354. 355. hic in exilium agunt, ita tamen, ut judicii theologici lucernam rebus cautè inſpiciendis jugiter admoveas & extrema omnia, id quod ſapientis officium eſt, vites.

(*p*) Semper verò hæc ita agenda ſunt, ut, qui faſces imperii tenet, rebus moderandis & inſpiciendis & permittendis oculos admoveat.

(*q*) Ubi verò is, qui jura collegii habet, deponit, illi, qui deponitur, ad magiſtratum appellare ſemper licet, cùm, quod probè notandum, in omnibus caſibus, qui jurium collegialium adminiſtrationem concernunt, appellatio ad magiſtratum politicum valeat, utpote qui ex

Digitized by Google

ſuperioritate territoriali jus habet, diſpiciendi, num, qui jura collegialia exercet, ea rectè i. e. ſecundum tabulas confœderationis eccleſiaſticæ exerceat, & curandi, ut hoc fiat. Jam verò, ubi unus idemque & jura abſoluta ſacrorum & jura collegialia exercet, certè colliſio hîc metuenda non eſt, & ſi ejusmodi quædam oriatur, ſenatus, qui Conſiſtorio ſuperior eſt, ſemper vincit.

EPILOGUS.

QUod reſtat, qui ſigna horum temporum, qui Eccleſiæ calamitates, qui cymbam ſacram continuis tempeſtatibus expoſitam & cœlo nova ſemper fulmina minitante, medias inter Syrtes fluctuantem conſpicimus, qui rebus caſſis ingemiſcimus, qui Joſephi cladem dolemus, ad TE, DOMINE, pergimus, TEque, ut in adjutorium noſtrum benignus intendas, flexo cordium poplite lachrymabundi invocamus. Et heic jam, ubi fluctibus nos totos coopertos conſpicimus aquasque ſubinde capitibus noſtris imminere videmus, quid eſt, quod nos impediat, quo minus jam cum diſcipulis ad TE, DOMINE, clamitemus & communibus cum ipſis precibus anxii defungamur? DOMINE, FER NOBIS OPEM, MERGIMUR! Miſerere, O SERVATOR, domûs, quam olim ædificâſti, & caſſa mœnia per Spiritum tuum refice, & qui mortua omnia vides, qui vitæ tuæ ſanctioris igniculos in animis proborum vix conſpicis, novas nobis vires infunde, quibus macti evigilemus, expergefiamus, ſurgamus, atque id, quod mortuum eſt, & ipſi ſuſcitemus. Et qui Eccleſiam tuam tot immiſſis calamitatibus futura pericula omni modo præſagientibus ſubinde viſitas, vel tandem afflictam illam & ſolatio ferè omni carentem tuo auxilio, potentiſſimo illo, ex alto recrea. Et video profectò ſentioque TE, O DOMINE, ſuaviter heic nos increpantem: O PUSILLANIMES, QUID TIMETIS? jamque ſurgentem, nobis ut adſis, ut, ventis marique domitis motisque fluctibus compreſſis MAGNAM nobis QUIETEM, ſi non externam, internam ſaltem illam atque ſpiritualem

Digitized by Google

lem, quæ profectò externam infinitis parasangis superat, concilies. (*) Quod ipsum sanè & facies, BENIGNE DEUS, si quidem id, quod nostrum est, egerimus, &, mutatis animis recogitatoque, unde exciderimus, prima resipiscentiæ & conversionis opera faciamus TEque, in melius sic versâ conversationis nostræ ratione, obsequiis nostris, fidei, quâ justificamur, testibus, ita, uti id à nobis poscis, demulceamus, externamque etiam, quæ internis correctis, & ipsa dein plurimùm emendabitur, disciplinam, eâ, quâ par est, animi devotione cultui publico, quo TE adoramus & prosequimur, adspersâ, sanctificemus. Quod ipsum ut contingat, TUUM ut SPIRITUM, TUAM VIRTUTEM, potentem eam suavemque, ut nobis largam dones, est, quod elatis ad TE pectorum nostrorum desideriis densatâque prece expetimus atque flagitamus. AMEN.

(*) Matth. 8, 23. sqq.

DISSERTATIO PRIMA.
DE
SUCCESSIONE EPISCOPALI,
IN QUA PROBATUR, EAM IN TOTA, QUAQUA PATET, ECCLESIA, MAXIME IN ROMANA DUDUM DEFECISSE, ET, SI QUA SIT, GRÆCÆ MAGIS, QUAM ROMANÆ, MAXIME VERO ANGLICANÆ ECCLESIÆ COMPETERE, VERÆ AUTEM ECCLESIÆ NOTAM PRORSUS HAUD ESSE.

ARTICULUS PRIMUS.

Nemo est, quem lateat, præcipuum quoddam telum, quod Ecclesiæ Romanæ filii (a) contra nos evibrent, esse, quòd nobis objiciant, nos successione Episcopali, nos successione ministerii

Digitized by Google

Ecclesiastici canonicâ, quæ inde ab Apostolis originem trahat, carere. Quâ verò cùm Ecclesia Romana, uti quidem illi ajunt, splendeat, luce clarius patere iidem affirmant, quod illa sola vera, Ecclesiæ verò Protestantium, quæ nudius tertius demùm natæ sint & vel à Presbyteris, (*b*) vel à laicis, qui ordinare haud potuerint, (*c*) ordinationis ministerialis originem repetant, spuriæ sint. (*d*) Agedum, lector, aristam hanc brevi scriptione & jactis in unum totius argumenti momentis fricemus.

(*a*) Unum pro omnibus citemus ROB. BELLARMINUM, Cardinalem, qui in disputationibus de controversiis Christianæ fidei adversus hujus temporis hæreticos T. I. P. 2. L. 4. de notis Ecclesiæ C. 8. quintam hanc veræ Ecclesiæ notam ponit, *successionem Episcoporum ab Apostolis deductam usque ad nos.*

(*b*) LUTHERO, ZWINGLIO, aliis.

(*c*) juxta Ecclesiæ universalis canones & consuetudinem.

(*d*) Ajunt scilicet, neminem ministerii Ecclesiastici honorem sibimet ipsi sumere posse, quemadmodum neque Aharon neque Christus Pontificatûs honorem sibimet ipsi sumserint Hebr. 5, 4. 5. & ut legitimè quis ministerium sanctius atque episcopatum exerceat, necessarium esse, ut ritè electus, ut ritè ordinatus sit.

ARTICULUS SECUNDUS.

Nec negari profectò potest, objectionem hanc, quâ Ecclesia Romana in Protestantes irruit, non de nihilo esse. Si enim consideraverimus, Ecclesiam sine Episcopis, sine pastoribus esse non posse, eosque solos veros Pastores, veros Episcopos esse posse, queis hic honor collatus fuerit ab aliis, qui conferendi potestatem habeant & qui ipsi rectâ lineâ ab Apostolis ordinationis suæ successionem demonstrare valeant, qui & juxta Ecclesiæ universalis canones ordinati sint, si porrò pensitaverimus, vetustissimos Ecclesiæ Patres (*a*) ad successionem istam canonicam adversus hæreticos provocare, videtur argumentum hoc insolubile nodusque inextricabilis esse.

(*a*) Hinc est, quod Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Optatus, Eusebius, Augustinus, Epiphanius aliique Episcoporum Romanorum aliorumque

Digitized by Google

rumque origines & ſucceſſionem tantâ cum curâ tradunt, veritatem nempe hujus vel illius ut Eccleſiæ contra hæreticos claram reddant. Ita profectò Irenæus adv. hær. L. III. C. 3. n. 1. *Habemus annumerare eos, qui ab Apoſtolis inſtituti ſunt Epiſcopi in Eccleſiis & ſucceſſores eorum usque ad nos, qui nihil tale docuerunt neque cognoverunt, quale ab his deliratur.* Quæ ipſa alibi repetit, in unum ſuſa à RENATO MASSUETO in diſſ. III. in Iren. Art. 3. §. 15. ſqq. f. CXIII. ſqq. Ita & Tertullianus de præſcriptionibus adv. hæreticos C. 32. *Edant ergò origines Eccleſiarum ſuarum, evolvant ordinem Epiſcoporum ſuorum, ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, ut primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis vel Apoſtolicis Viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeveraverint, habuerit auctorem & anteceſſorem. Hoc enim modo Apoſtolicæ Eccleſiæ cenſus ſuos deferunt, ſicut Smyrnæorum Eccleſia habens Polycarpum à Joanne conlocatum refert, ſicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit: proinde utique & cæteræ exhibent, quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos Apoſtolici ſeminis traduces habent. Confingant tale aliquid hæretici.* Et C. 37. *Qui eſtis? Quando & unde veniſtis? Quid in meo agitis, non mei? Quo denique*, Marcion, *jure ſylvam meam cædis? Quâ licentiâ*, Valentine, *fontes meos transvertis? Quâ poteſtate*, Apelles, *limites meos commoves? Quid hîc*, cæteri, *ad voluntatem veſtram ſeminatis & paſcitis? Mea eſt poſſeſſio. Olim poſſideo. Prior poſſideo. Habeo origines firmas ab ipſis auctoribus, quorum fuit res. Ego ſum hæres Apoſtolorum.* Quæ Tertulliani verba ita modernæ Eccleſiæ Romanæ loco citato §. 21. f. CXV. accommodat MASSUETUS, ut pro *Marcione*, *Valentino* & *Apelle Zwinglium*, *Calvinum* & *Lutherum* bellâ quidem pro inſtituti ratione ſed prorſus incongruâ (quid enim quæſo communionis tenebris cum luce eſt?) μεταμορφώσει ponat plurimumque heic contra Jo. ERNESTUM GRABIUM, Virum præſtantiſſimum pugnet. Hic enim in eâ Irenæi editione, quam Oxoniæ A. MDCCIII. è theatro Sheldoniano dedit, f. 201. telum hoc præverterat, dicendo, *id argumenti genus*, quod è continuâ Epiſcoporum Romanorum ſucceſſione petatur, *nunc minus valere, poſtquam Romani Papæ traditioni ab Apoſtolis acceptæ alios articulos incertos partim, partem falſos aſſuerint.* Quod ipſum dum ponimus, non poſſumus non vel tribus memorare, aliam olim mentem doctiſſimo GRABIO ſtetiſſe, cùm nempe A. MDCXCV. Conſiſtorio Sambienſi, ipſe Regiomontanus Boruſſus, dubia ſua traderet, quibus adactus, cum Eccleſiam Auguſtanæ Confeſſionis, cui hactenus nomen dederat, ſchiſmaticam & hæreti-

cam

cam declarâſſet, Erfurtum mox adiit, ut ad Eccleſiam Romanam tranſiret. Heic enim vel maximè ob defectum ſucceſſionis Apoſtolicæ cauſatus eſt, ſe veritatem noſtræ Eccleſiæ agnoſcere non poſſe. Juſſerat verò ſereniſſimus ac potentiſſimus Elector Brandenburgicus, ut Theologi tres, PHIL. JAC. SPENERUS, Conſiſtorii Berolinenſis Aſſeſſor atque ejusdem Eccleſiæ Præpoſitus, Jo. GUILIELMUS BAJERUS, in Academiâ Halenſi noviter conſtitutâ Theologus primarius & BERNHARDUS VON SANDEN, in Univerſitate Regiomontanâ ejusdem ordinis Theologus dubia hæc Grabiana diluerent, id quod & illicò factum. Contigitque non ſine inſigni quâdam Numinis providentiâ, ut GRABIUS Erfordiæ, cùm Bibliopolium ingrederetur, antequam adhuc propoſitum de mutandâ religione Romanenſibus aperuiſſet, librum Spenerianum offenderet, & rationum pondere motus, evigilante conſcientiâ, re infectâ Berolinum regrederetur & SPENERUM ipſum adiret, qui, cùm ſucceſſionem iſtam externam Vir autoritate Patrum captus urgere ſemper pergeret, in Eccleſiâ Anglicanâ eandem & medios inter Proteſtantes inveniri vel tandem reſpondit. Quo facto GRABIUS, dubia ſua ſic jam prorſus ſoluta eſſe gaviſus, ad Eccleſiam Anglicanam ſeſe convertit Oxoniamque abiit, ubi benevolè ſuſceptus Presbyterique atque Doctoris Theologiæ dignitate poſtea ornatus ad finem usque vitæ ſubſtitit egregiisque operibus, ſpicilegio nempe Patrum & novâ Irenæi editione rem literariam auxit atque codicis Alexandrini, qui verſionem Græcam Vet. Teſt. exhibet, maximam partem in lucem publicam protraxit, ut, quæ de verſione iſtâ, quæ & contra Whiſtonum ſcripſit, taceamus, ipſe A. MDCCXI. Londini defunctus nobisque, dum viveret, amiciſſimus, noſter utpote, cum Oxoniæ A. MDCCVIII. & MDCCIX. verſaremur, convictor. Unde, cum eruditio Viri ſumma, cùm & probitas ipſius morumque innocentia nobis perſpecta eſſet, non potuimus non contra CASIMIRUM OUDINUM, qui famam ejus in diſſertationum criticarum, quæ Lugduni Batavorum ante biennium paulò ante Viri fata prodiere, primâ maximè C. XI. p. 67. 68. conſpurcaverat, quædam in præfatione primitiarum Tubingenſium monere, etſi idem OUDINUS, quem ibidem A. MDCCXV. adiimus, in eâdem diſſertatione p. 37. ſqq. honorificam admodum noſtri nominis mentionem injeciſſet. At verò & GRABIUM, civem ſuum, defendit in ſelectis hiſtoricis & literariis continuatis Regiomonti & Lipſiæ hoc ipſo anno editis obſ. IV. Vir præſtantiſſimus, MICH. LILIENTHALIUS defendetque

Digitized by Google

fendetque prolixius in vitâ fratris MARTINUS SYLVESTER GRABIUS. Digna verò ſunt dubia iſta GRABIANA, quæ legantur, dignæ &, quæ evolvantur, quæ in ſuccum & ſanguinem vertantur, tres illæ Theologorum doctiſſimorum reſponſiones, quas qui ad manus haud habuerit, conſulat velim acta eruditorum Lipſienſia menſis Julii A. MDCXCVI. p. 303. ſqq. &, quæ in præfatione ad Liturgiam Grabianam nos poſuimus. Vide fragmenta anecdota Irenæi à nobis Hagæ Comitum A. MDCCXV. edita p. 500.

ARTICULUS TERTIUS.

Nec tamen eſt, quod nobis, qui adhibitis judicii ſereni & eruditionis theologicæ armis, quid ad hanc objectionem reſpondendum ſit, jam recogitamus, ſudor ad talos defluat. Non eſt, non eſt, quod exiſtimemus, inſolubilem eſſe nodum, qui uno halitu diffiari poteſt. Et jam dudum difflaviſſe illum, eruditiſſimis hanc in rem libris editis, Theologos Proteſtantes, conſtat, (*a*) ita, ut nobis quidem jam nihil reſtet, quam præſtantiſſima eorundem effata in brevem dictionis nervum conſtringere.

(*a*) Et quis quæſo eſt, quem lateant ſcripta illa, quæ ad veritatem miniſterii noſtri demonſtrandam noſtrates edidere, inter quos eminent Jo. GERHARDUS in locorum theol. T. VI. NIC. HUNNIUS in pelle ovinâ Romanæ Eccleſiæ detractâ, in apoſtaſiâ Eccleſiæ Romanæ & in demonſtratione miniſterii Lutherani divini adeoque legitimi, PET. HABERKORNIUS in decade diſputationum theologicarum de miniſterii eccleſiaſtici apud Proteſtantes veritate & efficaciâ, CHRISTIANUS KORTHOLTUS in Papâ Schiſmatico, ut BACMEISTERUM, ut TARNOVIUM, ut CARPZOVIUM, ut GUNTHERUM aliosque quàm plurimos & ut SIEGMANNUM quoque quendam taceamus, quis porrò eſt, quem fugiant ſcripta illa, quæ inter Romanenſes & Proteſtantes exarata fuere de quæſtione, *ubi Eccleſia Lutherana fuerit ante Lutherum?* quæ & recenſita videas à CASP. SAGITTARIO in introduct. in Hiſt. Eccleſ. C. 28. p. 750. ſqq. & à Jo. FRANC. BUDDEO in judicio B. Martini Lutheri de Eccleſiâ Romanâ §. 15. p. 42. ita tamen, ut addenda jam veniant tùm ſcripta amœbæa, quæ LAURENTIUS FORERUS, qui *ovum ante gallinam*, *filium ante Patrem* exhibuit & PETRUS HABERKORNIUS hîc dedere, tùm Anglicanus iſte libellus ANDREÆ LOGII & Londini &

Digitized by Google

Aberdenii ante annos ferè centum ſub titulo: anſwer to that queſtion, *where was your Church before Luther?* editus, tùm beati Parentis noſtri diſp. theol. de Eccleſiâ viatorum §. 15. p. 7. ut iterum plurimos alios, qui ſparſim in libris ſuis hanc quæſtionem tractavere, taceamus, quis item eſt, qui ignoret Autores, qui à crimine ſchiſmatis Eccleſiam noſtram liberavere, & quos ad corpus doctrinæ moralis Sorbonicum p. 57. 58. allegavimus, queis & jam ELIÆ VEJELII disquiſit. theol. de ſententiâ S. Auguſtini circa coactionem hæreticorum & ſchiſmaticorum addimus, & quis eſt, qui neſciat, argumentum hoc de ſucceſſione perpetuâ epiſcopali ejusque momento dudùm evolutum fuiſſe à Viris doctiſſimis, ex quibus, ne nimium excurramus, hos ſaltem nominamus, Jo. GERHARDUM in confeſſ. cathol. L. 2. art. 3. C. 4. f. 550. ſqq. & loc. theol. T. 5. de Eccleſiâ §. 190. ſqq. f. 374. ſqq. LEONH. HUTTERUM in locis theol. f. 533. ſqq. ANDR. RIVETUM in Catholico orthodoxo Tr. 2. qu. 7. §. 20. ſqq. f. 139. ſqq. GISBERTUM VOETIUM in deſperatâ cauſâ Papatûs à CORNELIO JANSENIO, Theologo Lovanienſi proditâ, cujus utpote liber tertius de ſucceſſione & ſeceſſione Eccleſiæ datâ operâ agit, PETRUM MOLINÆUM (*Pierre du Moulin*) Theologum Sedanenſem dans la nouveauté du Papiſme L. 1. Ch. 32. ſqq. Jo. CAMERONEM in tractatu, in quo Eccleſiæ Romanæ aſſeclarum adverſus religionem Reformatam præjudicia examinantur, C. 23. ſqq. συζομένων f. 573. ſqq. SIM. EPISCOPIUM in labyrintho Pontificio C. 9. & 10. atque in lect. ſacr. in Cap. 2. & 3. Apocal. Opp. 151. theol. P. 1. b. f. 152. & P. 2. a. f. 561. Jo. FORBESIUM A CORSE in inſtruct. hiſtorico-theologicis L. 16. C. 6. f. 777. ſqq. Jo. HULSEMANNUM in prælect. form. Conc. Art. 15. ſect. 6. §. 15. 16. p. 838. ſqq. Jo. CONR. DANNHAWERUM in hodomoriâ ſpiritûs Papæi Phant. 2. p. 445. ſqq. HERMANNUM CONRINGIUM in defenſione Eccleſiæ Proteſtantium adverſum duo Pontificiorum argumenta, petita à ſucceſſione Epiſcoporum ac Presbyterorum ab Apoſtolis uſque derivata Helmſtadi A. 1554. 4. Jo. GERHARDUM MEUSCHENIUM, Theologum jam Hanovienſem præſtantiſſimum facundiſſimumque in dem freundlichen Sendſchreiben an P. Henrich Cohlendahl Amſterdam 1710. 8. & GUIL. WHISTONUM in libello, qui Londini A. 1714. 8. prodiit ſub titulo: *An argument to prove, that either all perſons ſolemnly tho' irregularly ſet apart for the miniſtry are real Clergy Men and all their miniſterial acts are valid, ore elſe there are now no real Clergy-Men or Chriſtians in the world.* & quis eſt, qui haud norit, quanto in pretio vera

in

Digitized by Google

in Pontificatu succeſſio Judæis olim fuerit, de quo confer Jo. SELDENI de ſucceſſione in Pontificatum Ebræorum libros duos uxori ipſius Ebraicæ additos, quis eſt eruditorum, qui laudari haud audiverit JACOBI USSERII, Archiepiſcopi olim Armachani & totius Hyberniæ Primatis hiſtoricam explicationem graviſſimæ quæſtionis de Chriſtianarum Eccleſiarum in Occidentis præſertim partibus ab Apoſtolicis temporibus ad noſtram ætatem continuâ ſucceſſione & ſtatu Londini A. 1687. in forma majore editam atque etiam HENR. DODWELLI in Irenæum diſſertationes, ubi & ſucceſſionem antiquam Vir doctus urget, imò ſanè Jo. PEARSONII, Epiſcopi olim Ceſtrienſis Angli atque ejusdem DODWELLI diſſertationes de ſerie & ſucceſſione primorum Romæ Epiſcoporum Londini 1687. 4. impreſſas, quis eſt denique, qui pauliſper ſaltem in hiſtoriæ literariæ campum introſpexerit, nec obſervaverit, Theologum Hagienſem celeberrimum JAC. BASNAGIUM in opere excellentiſſimo, quod Hiſtoriæ variationum BOSSUETIANÆ is oppoſuit & quod *Hiſtoire de l'Egliſe* nuncupavit atque Roterodami A. 1699. in duobus in formâ majore voluminibus edidit, hiſtoriam & ſucceſſionem præcipuarum Eccleſiarum, Alexandrinæ, Antiochenæ, Africanæ, Gallicanæ, Conſtantinopolitanæ & Romanæ, itemque Albigenſium & Waldenſium usque ad noſtra tempora dediſſe? Quis eſt, inquam, quem hæc omnia lateant? Cui non dictus Hylas? Adde tamen, ſi placet, librum noſtrum de originibus juris Eccleſiaſtici p. 143. & inſtitutiones Theol. dogm. P. 3. Sect. 1. p. 648. ſqq. 663. ſqq.

ARTICULUS QUARTUS.

Antequam verò ad rem ipſam progrediamur, ante omnia nobis, ne ſumma imis, ne quadrata rotundis miſceamus, bene diſtinguendum venit. Succeſſio, (ſed verò hæc ipſa benè ut obſerves, velim, lector,) ſucceſſio, inquam, vel doctrinalis eſt vel perſonalis, vel localis. Quæ perſonalis eſt eademque canonica, (*a*) (eam enim, quæ haud canonica eſt, nemo curat,) ſpectat vel electionem vel ordinationem. Jam ad rem.

(*a*) Canonica ſucceſſio ea dicitur, quæ fit ſecundùm canones Eccleſiæ ſive univerſalis ſive particularis, ubi ſaltem εἰς ἐν παράδοσιν obſervamus, quod maximi omninò heic momenti eſt, canones & traditiones eccleſiaſticas easque rituales, eas quoque, quæ Eccleſiæ univerſalis

Digitized by Google

ſunt, jure divino non obligare tanquam ad ſalutem vel Eccleſiæ veritatem conſtituendam neceſſarias talesque, quæ, prout, circumſtantiæ ſuadent, mutari aliterque inflecti ab Eccleſiis haud poſſint. Nec ſane eſt, quòd ad hoc frontem corruget lector etiam Romanenſis, qui noſſe debet, Conciliorum veterum œcumenicorum aliorumque canones à totâ olim Eccleſiâ receptos magnam partem ab Eccleſia Romana ipſo facto abrogatos eſſe. Provocamus ad inſpectionem, provocamus ad inductionem, provocamus ad codicem canonum Eccleſiæ univerſalis & Romanæ. Nec eſt, qui ſapiat notitiaque rerum tinctus ſit, hæc qui negare unquam poſſit. Clara nimis res eſt & oculos percellit. Ita in Eccleſia antiquiore diſciplina arcani, diſtinctio cœtus Eccleſiaſtici in fideles, catechumenos & pœnitentes, oblatio primitiarum & donorum laica, electio Epiſcoporum à Clero & plebe facienda aliaque plurima ubique olim obtinuere, quarum rerum hodiè nec vola nec veſtigium amplius in Eccleſia Romana reperitur, quæ ipſa tamen ob ipſas haſce variationes ex arbitrio ſuo factas veritatem ſuam haud temerari prorſus credet. Quid quod Conſtitutiones, quæ ſine ullo dubio Apoſtolicæ ſunt, ut illa eſt de ſanguine & ſuffocato, de communione bonorum, de conſtitutione diaconorum & quæ ejusmodi ſunt, nullibi amplius obſervantur?

ARTICULUS QUINTUS.

Eſt verò jam primum, quod reſpondemus, confectam inter Romanenſes & Proteſtantes rem eſſe, I. quòd ſucceſſio localis plane nihil probet, (*a*) II. quòd & ſucceſſio perſonalis minus canonica nihil probet, (*b*) III. quòd & ſucceſſio perſonalis canonica, quæ ſucceſſionem doctrinalem haud conjunctam habet, nihil probet, (*c*) IV. quòd ſucceſſio doctrinalis ſolitariè etiam ſpectata indubia veræ Eccleſiæ nota ſit. (*d*) Itaque, ſi jam Proteſtantes ſucceſſione doctrinali gaudeant, ſi & Romanenſes eâdem careant, res mox patet. Ex quo conſequitur, inſulſum id eſſe ordinemque naturæ inverti, ſi à ſucceſſionis perſonalis, quæ utpote hactenus Eccleſiam veram nondum ſiſtit, inveſtigatione diſputandi initium fiat, cùm à ſucceſſione doctrinali, quæ non niſi veræ Eccleſiæ competere poteſt, exordium rerum ſumendum ſit.

(*a*) En, ſi placet, Hilarium Pictavienſem contra Arianos vel Auxentium

Digitized by Google

tium Mediolanenſem in fine libri: *Unum moneo, cavete antichriſtum. Malè enim vos parietum amor cepit, malè Eccleſiam DEI in tectis ædificiisque veneramini, malè ſub his pacis nomen ingeritis. Anne ambiguum eſt, in his antichriſtum eſſe ſeſſurum? Montes mihi & ſilvæ & lacus & carceres & voragines ſunt tutiores. In his enim Prophetæ aut manentes aut demerſi DEI ſpiritu prophetabant.* En Hieronymum in Pſalm. 133, 1. *Non in parietibus Eccleſia conſiſtit, ſed in dogmatum veritate. Eccleſia ibi eſt, ubi vera fides eſt. Cæterùm ante annos quindecim aut viginti parietes omnes hîc Eccleſiarum hæretici poſſidebant. ... Eccleſia autem vera illic erat, ubi vera fides erat.* Et in epiſtolâ ad Heliodorum de laude vitæ ſolitariæ: *Non eſt facilè, ſtare in loco Petri, tenere gradum Petri, jam cum Chriſto regnantium, ne forte veniat Angelus, qui ſcindat velum templi tui, qui candelabrum tuum de loco moveat.* En Auguſtinum de unitate Eccleſiæ C. 4. *Quicunque .... à ſcripturis ſanctis diſſentiunt, etiamſi in omnibus locis inveniantur, in quibus Eccleſia deſignata eſt, non ſunt in Eccleſiâ.* En & Joannem Chryſoſtomum hom. 46. in Matthæum: *Per Hieruſalem intelligo, quæ dicitur civitas pacis, cujus fundamenta poſita ſunt ſuper montes ſcripturarum.... Non ille de Eccleſiâ exire videtur, qui corporaliter exit, ſed qui ſpiritualiter veritatis eccleſiaſticæ fundamenta relinquit. Nos ab illis exivimus corpore, illi à nobis animo. Nos ab illis exivimus loco, illi à nobis fide. Nos apud illos reliquimus fundamenta parietum, illi apud nos reliquerunt fundamenta ſcripturarum,* Et hom. 49. in Matth. *Cùm videritis hæreſin impiam, quæ eſt exercitus Antichriſti, ſtantem in locis ſanctis Eccleſiæ, tunc, qui in Judæa ſunt, fugiant ad montes, id eſt, qui ſunt in Chriſtianitate, conferant ſe ad ſcripturas.* Et poſt pauca: *Qui ergò vult cognoſcere, quæ ſit vera Eccleſia, unde cognoſcat, niſi tantummodò per ſcripturas?* En denique autorem operis imperfecti hom. 43. in caput 23. Matthæi: *Cathedra non facit Sacerdotem, ſed Sacerdos cathedram. Non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum. Qui benè ſederit ſuper cathedram, honorem accipiet ab eâ, qui malè ſederit, injuriam facit cathedræ.* Aſt quid in re clarâ teſtimoniis opus eſt? Nec eſt, qui inter Romanenſes theſin, quam poſuimus, in dubium revocare poſſit, is maximè, qui exiſtimaverit, Romam olim ſedem Antichriſti fore, ſub quo & hierarchia Eccleſiæ cultusque religionis externus periturus ſit. Vide GEORGII BULLI, Epiſcopi olim Menevenſis Angli *anſwer to the Bishop of* Meauxs's *queries* p. 15. & P. J. SPENERI *Rettung der Evangeliſchen Kirchen von falſcher Beſchuldigung der Trennung und Gemeinſchafft mit alten Kezereyen denen in das Churfürſtliche*

fürſtliche Samländiſche Conſiſtorium eingegebenen dubiis M. Joh. Ernſt Graben *entgegen geſetzt.* Franckfurt am Mayn 1695. 4. C. I. §. 15. p. 15. ſqq.

(*b*) Hoc lubentiſſimè largiuntur Romanenſes, cùm exiſtiment, noſtras ordinationes minus canonicas eſſe. Aſt non capiunt Viri præſtantes, nullam planè ordinationem Romanenſium juxta Eccleſiæ veteris ejusque univerſalis canones fieri ſeque propria ita vineta incautos cædere & ſua in viſcera quoque ſævire. Differentia enim circa deviationem à canonibus veteris Eccleſiæ inter Romanenſes & Proteſtantes eſt ſaltem quoad magis & minus, id quod ſpeciem non variat.

(*c*) Atque heic jam occaſio nobis luculenta datur, quâ teſtimonia ſupra in articulo II. ex Irenæo & Tertulliano allata diluamus, atque ita diluamus, ut ad oculum pateat, hos Patres pro Romanenſibus nullatenus militare. Scilicet Romanenſes teſtimonia illorum mutila exhibent, vel, quæ contra ipſos heic faciunt, ſaltem communiter diſſimulant, atque ita exhibent, ut tota Patrum horum præſtantiſſimorum pietas, ut tota ipſorum mens lectori haud pateat. Agedum (id enim poſcit veritatis, quo floremus, amor,) agedum, inquam, & dolum hunc, quem adverſarii committunt, jam manifeſtemus. Sic Irenæus adv. hær. L. 3. C. 3. n. 2. non dilaudat, niſi *ſucceſſiones* eas, per quas *fides ab Apoſtolis tradita* propagatur. Ad has provocat, non alias. Unde & n. 4. ait: τῇ αὐτῇ τάξει καὶ τῇ αὐτῇ διδαχῇ ἥτε ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ παράδοσις καὶ τὸ τῆς ἀληθείας κήρυγμα κεκήνισται εἰς ἡμᾶς. Imò §. 4. Polycarpum Apoſtolicum ea propter nuncupat, quòd *vera* eſſent, quæ *tradiderit*, Valentinum & Marcionem minus tales, quòd *perverſæ* eſſent *ſententiæ*. Et L. IV. C. 26. n. 2. hæc habet: *Quapropter eis, qui in Eccleſiâ ſunt, Presbyteris obaudire oportet, his, qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, QUI CUM EPISCOPATUS SUCCESSIONE CHARISMA VERITATIS CERTUM ſecundùm placitum Patris acceperunt, reliquos vero, qui abſiſtunt à principali ſucceſſione* & quæ ſequuntur. Ita & Tertullianus illicò poſt ea verba, quæ ſupra produximus, de præſcriptionibus adv. hæreticos C. 32. ſic infit: *Etſi conſinxerint* hæretici Epiſcoporum ordinem ſucceſſionemque ab Apoſtolis decurrentem, *nihil promovebunt. IPSA enim DOCTRINA eorum cum Apoſtolicâ comparata ex diverſitate & contrarietate ſuâ pronunciabit neque Apoſtoli alicujus auctoris eſſe neque Apoſtolici: quia, ſicut Apoſtoli non diverſa inter ſe docuiſſent, ita & Apoſtolici non contraria Apoſtolis edidiſſent, niſi illi, qui ab Apoſtolis deſciverunt*

&

Digitized by Google

& aliter prædicaverunt. Ad hanc itaque formam provocabuntur ab illis Ecclesiis, quæ, licet nullum ex Apostolis vel Apostolicis auctorem suum proferant ut multò posteriores, quæ denique quotidiè instituuntur, tamen in eâdem fide conspirantes NON MINUS APOSTOLICÆ DEPUTANTUR PRO CONSANGUINITATE DOCTRINÆ. Et post alterum illum, quem supra adduximus, locum mox ista, eundem sensum ferentia, leguntur: *Unde autem extranei & inimici Apostolis hæretici, NISI EX DIVERSITATE DOCTRINÆ, quam unusquisque de suo arbitrio adversus Apostolos aut protulit aut recepit?* Jam & hùc pertinet, quod statim in C. 3. de præscript. exstat: *Quid ergò, si Episcopus, si diaconus, si vidua, si virgo, si doctor, si etiam Martyr lapsus è regula fuerit, ideò hæreses veritatem videbuntur obtinere? Ex personis probemus fidem, an ex fide personas?* & quod Cap. 19. repetitur: *Ecclesiæ per hoc Apostolicæ deputantur, ut soboles Apostolicarum Ecclesiarum, quòd traducem fidei & semina doctrinæ exinde mutuatæ sunt.* Ex quibus utique luculenter patet, Tertullianum successionem doctrinalem ante omnia heic urgere, quam utique Protestantes plurimùm exosculantur sibique favere norunt. Sed ita fieri solet, ut vel maximè Tertullianus gratis contra nos in scenam producatur, quod tùm utique & fit, ubi præscriptio contra nos urgetur diciturque, cum hæreticis ex scripturis non disputandum esse, utpote qui jam condemnati sint, cùm tamen constet, Tertullianum nullam urgere præscriptionem, nisi quæ fidei veritatem pro fundamento habeat, atque sub initium libri de velandis virginibus monere, *veritati nihil præscribere posse, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non privilegium regionum*, cum &, qui librum de præscriptionibus legerit, facilè videat, Tertullianum eapropter saltem cum hæreticis sui temporis ex scripturis haud disputandum esse asserere, quoniam hi illas corruperint & adulteraverint, non, quod ex scripturis controversiæ de fide decidendæ haud sint. Profecto enim sibi alioqui Vir acutus contradiceret, qui de resurr. carnis c. 3. requirit, ut hæretici *de scripturis solis* genuinis scilicet & minus corruptis *quæstiones suas sistant*, &, ita addit Vir insignis, *stare non poterunt.* At verò & cæteri uno ore Patres successionem personalem, quæ cum doctrinali haud combinata fuerit, rejiciunt. En ex Patribus Græcis tres. Ita Gregorius Nazianzenus in encomio Athanasii inter alia præstantissima & hæc habet, hùc pertinentia: *Qui eandem fidei doctrinam profitetur, ejusdem quoque throni particeps est. Qui autem contrariam fidem amplectitur, adversa-*

Digitized by Google

adversarius quoque in throno censeri debet. Atque hic quidem nomen, illa verò rem ipsam habet SUCCESSIONIS. Neque enim successor habendus est, qui contrariam sententiam tuetur, sed qui eâdem fide præditus est. Nisi quis fortasse ita se successorem dicat, quemadmodum morbum sanitati & tenebras luci & tempestatem tranquillitati & dementiam prudentiæ succedere dicimus. Ita Joh. Chrysostomus in Matth. hom. 6. *ubi est fides, ibi est Ecclesia. Ubi autem fides non est, ibi nec Ecclesia est.* Ita & Epiphanius hær. 48. *Qui discors est à divinis scripturis, alienus est à sanctâ catholicâ Ecclesiâ,* & hær. 55. *Non quærenda est personarum sed doctrinæ successio.* Eandem tibiam inflant & Patres Latini, ex quibus itidem tres nominamus. En Cyprianum de lapsis: *Non jungitur Ecclesiæ, qui ab Evangelio separatur.* En Ambrosium L. 1. de pœnit. *Non habent hæreditatem Petri, qui Petri fidem non habent,* & in lucam L. 6. C. 9. *Si qua est Ecclesia, quæ fidem respuat nec Apostolicæ prædicationis fundamenta possideat, deserenda est.* En Augustinum de unitate Ecclesiæ C. 16. *Ecclesiam in scripturis canonicis debemus agnoscere, non in vanis hominum rumoribus & factis & dictis & visis inquirere. Sed, utrum ipsi Ecclesiam teneant, nonnisi divinarum scripturarum canonicis libris ostendant, quia nec nos propterea dicimus nobis credi oportere, quòd in Ecclesiâ Christi simus, quia ipsam, quam tenemus, fidem commendavit Milevitanus Optatus vel Mediolanensis Ambrosius vel alii innumerabiles nostræ communionis Episcopi aut quoniam nostrorum collegarum conciliis ipsa prædicata est, aut quia per totum orbem in locis sanctis, quæ frequentat nostra communio, tanta mirabilia vel exauditionum vel sanitatum fiunt.* Et porrò: *Nolumus nos Ecclesiam nostram probare vel ex successione Episcoporum vel ex autoritate Conciliorum vel miraculorum frequentiâ vel ex visis & somniis. Quæcunque talia in catholica fiunt, ideò probanda, quia in ea fiunt, non itaque eam probant. Ipse Dominus JEsus, cùm resurrexisset, suos discipulos ad scripturas remittit legis & Prophetarum.* Ast, quid verbis, quid testimoniis opus est, ubi consentientem habemus ipsum BELLARMINUM, qui Ecclesiam Græcam eapropter falsam esse dictitat, quòd hæretica sit, & argumentum hoc valere & existimat, si concedatur, quod successione Apostolicâ eadem gaudeat. Unde ita ille: *Dico, argumentum à successione legitima adferri à nobis præcipuè ad probandum, non esse Ecclesiam, ubi non est hæc successio, quod quidem evidens est, ex quo tamen non colligitur necessariò, ibi esse Ecclesiam, ubi est successio. Itaque hoc argumento probamus evidenter, non esse Ecclesiam apud Lutheranos. Quod autem apud Græcos non sit Ecclesia, probamus alio*

modo,

Digitized by Google

modo, quia nimirum convicti sunt legitimè in tribus plenariis Conciliis, Lateranensi, Lugdunensi & Florentino de schismate & hæresi. Vide L. 4. de notis Ecclesiæ C. 8. f. 1497. Itaque ergo successio personalis nihil valet, nisi doctrinalis simul probetur, id quod evidens est. Illud verò planè est inevidens & falsum, quod BELLARMINUS supponit, nec doctrinalem valere successionem, ubi personalis haud sit. Nonne hoc est, Patribus, quorum effata modo attulimus, in faciem contradicere?

(*d*) Patet hoc ex testimoniis Patrum modò adductis. Maneat, quæsumus, maneat aureum illud Gregorii Nazianzeni, quod in succum & sanguinem vertimus: *Τὸ μὲν ὁμόγνωμον καὶ ὁμόθρονον, τὸ δὲ ἀντίδοξον καὶ ἀντίθρονον.*

ARTICULUS SEXTUS.

Etsi verò jam pateat, totam disputationem ad successionem doctrinalem reduci, ubi sanè jam ante pugnam Protestantes vicere, (*a*) secundo tamen loco respondendum est, successionem personalem canonicam tùm quoad electiones tùm quoad ordinationes in toto orbe Christiano defeciisse. (*b*) Aut igitur nulla prorsus datur Ecclesia, aut, si quæ datur, sine successione personali canonicâ datur. Id quod erat demonstrandum.

(*a*) Vide dissertationem nostram de traditionibus non scriptis, ubi fontes allegavimus, ex quibus perspici potest, Protestantes successione doctrinali prorsus gaudere.

(*b*) Hoc verò jam illud est, quod GUIL. WHISTONUS peculiari libello, quem nominavimus, adstructum ivit. Quod ipsum ubi dicimus, &, quæ WHISTONUS heic effert, curatius expendimus, videmus, nos commentariolum hunc supra in libro de originibus juris ecclesiastici p. 133. 134. in institutionibus nostris theologicis P. 3. sect. 2. p. 666. nimiis laudibus cumulâsse. Patet autem, quod dicimus, N quoad electionem. Monstretur, quæsumus, Ecclesia illa, ubi vetus eligendi mos semper obtinuit & adhuc obtinet, ubi Episcopi, ubi Clerus & plebs eligunt. Res jam ad Reges & Principes Patronosque laicos, quos vetus Ecclesia prorsus ignoravit, ad Canonicos & Capitulares, ad Cardinales, cujusmodi Viri temporibus illis primis ne quidem exstitere, contra Ecclesiæ universalis canones devoluta esse ambituque & artibus politicis tota agi conspicitur. Et quis nescit,

Digitized by Google

nullam esse sedem Patriarchalem, quæ non intrusis, simoniacis, schismaticis & hæreticis inquinata fuerit, per quos successionem interrumpi patet. At verò & 3 quoad ordinationem nulla amplius datur successio, tùm quòd ordinatio à falsis, maximè ab hæreticis Episcopis facta nulla est, tùm quòd ob schismatum, queis sedes Patriarchales turbatæ fuerunt, multitudinem ordinationes incertæ, imò irritæ redditæ fuere. Jam verò, qui in rem præsentem hic ire voluerit, evolvere habet historiam Patriarchatuum sive Episcopatuum principalium, Romani, Constantinopolitani, Alexandrini, Antiocheni & Hierosolymitani, quam vel maximè in Historiâ Ecclesiæ dedit doctissimus Basnagius, cujus & enarratores, qui nempe Episcoporum catalogos dederint, luculenter exhibet (at verò hæc jam evolvenda veniunt, brevitatis enim studio ea jam haud repetimus,) celeberrimus Fabricius in Bibliographiâ antiquaria C. 7. §. 10. p. 218. ubi verò velim adjicias Eman. Schelstratii sacrum Antiochenum Concilium cum commentario, Philippi Cyprii Chronicon Ecclesiæ Græcæ sive catalogum Patriarcharum Constantinopolitanorum, Petri Cratepulei, Opmersensis catalogum omnium Archiepiscoporum & Episcoporum totius orbis Colon. 1596. 8. Jo. Henr. Heineccium in der Abbildung der Griechischen Kirche, anhang p. 60. sqq. itemque catalogos Patriarcharum Hierosolymitanorum, Antiochenorum, Alexandrinorum, Ephesinorum, Smyrnæorum, Sardensium, Syrorum, Cæsarienſium Palæstinorum, Tyriorum, Byzantinorum & Constantinopolitanorum, Cæsarienſium Cappadocum & Romanorum, quos Christophorus Christophori Sandius (*) Andreæ Wengerscii, aliàs Regenvolschii, Slavoniæ Reformatæ Amstelod. A. 1679. 4. editæ adjecit, ut taceam Dorothei, Episcopi Tyri de Episcopis Byzantinis commentarium à Carolo du Fresne, Guil. Caveo & Jo. A. Fabricio alibique datum & illustratum, ut taceam & ejusdem, quem postremo loco memoravimus, præstantissimi Viri Bibl. Gr. Vol. 6. L. 5. C. 5. p. 707. sqq. ubi conspectus chronologicus Imperatorum & Patriarcharum Constantinopolitanorum datur, & Vol. 8. L. 5. P. 4. C. 27. p. 594. sqq. ubi index Chronologicus Episcoporum, Archiepiscoporum & Patriarcharum Alexandrinorum datur, atque p. 597. 598. non solùm Autores omnes, qui

(*) Idem vero in nucleo historiæ Ecclesiasticæ Coloniæ A 1676. 4. edito p. 22. 24. 25. 28. sqq. 36. 37. 52. 60. varios Patriarcharum & Episcoporum catalogos jam dederat.

Digitized by Google

qui Patriarchas Alexandrinos dedere, recenſentur ſed & egregiè monetur hactenus ſaltem Coptitarum ſive Jacobitarum, non Melchitarum, quod vel maximè neceſſarium eſſet, catalogos datos fuiſſe. Quid quod & Vir ſummus in præfatione Vol. 6. catalogos Patriarcharum Antiochenorum & Hieroſolymitanorum promiſit? At, ſi indices hi inſpiciantur, quanta, quæſo, eheu! rerum incertitudo, quanti hiatus, quot anni vacui, ubi ſedes haud occupata fuit, quanta codicum varietas, quæ vel in indicibus Patriarcharum Conſtantinopolitanorum ab ANSHELMO BANDURIO datis videre eſt, quanta intruſorum, ſimoniacorum, ſchiſmaticorum, hæreticorum, incertorum denique hominum, quorum nullæ res geſtæ ſed ſola nomina eaque ſæpius corrupta memorantur, multitudo oculos ferit? Et ubi diptycha vetera, de quibus HABERTUS, DU FRESNE, VAN MASTRICHT, PFANNERUS, DODWELLUS, MONTFAUCONIUS & BUONARRUOTI (*) conſuli poſſunt, ubi monumenta vetera ob inquitatem temporum dudùm periere, non potuit non ſumma rerum incertitudo emergere, quæ tamen & ipſa oſtendit SUCCESSIONEM PERSONALEM ſic ECCLESIÆ VERÆ NOTAM ESSE HAUD POSSE. Scilicet, cum incerta ſit veterum Epiſcoporum quorumvis ſeries, quæcunque datur, ſuiſque ſubinde falſis plurimùm laboret, vel ex hoc quoque patet, ſucceſſionem canonicam in toto terrarum orbe jam dudum periiſſe.

(*) Vide Giornale de letterati d'Italia T. 28. p. 1. ſqq. ubi habentur ejus *Oſſervazioni ſopra tre Dittichi antichi.*

ARTICULUS SEPTIMUS.

Maximè verò in eccleſiâ Romanâ ſucceſſio canonica prorſus periit. In Romanorum quippe Pontificum ſerie & actis intruſorum, ſimoniacorum & hæreticorum (*a*) itemque immanium ſchiſmatum, quæ ſedem Romanam concuſſere, & ubi ſubinde tres eandem Pontifices, qui omnes ordinavere, poſſederunt, copiam videre eſt. Jam verò, quî, rebus ſic ſtantibus, ſucceſſio canonica fieri propagarique potuerit, qui ſapit, concipere neſcit.

(*a*) Jam verò non eſt, quòd prolixâ argumentorum deductione hoc, quod ponimus, probemus. Habemus enim reos confitentes. Quod ut pateat, unum, qui inſtar omnium heic eſt, in ſcenam jam produ-

Digitized by Google

cimus. CÆSAREM BARONIUM, Oratorii D. JEſu olim Presbyterum, poſt Cardinalem, qui in annalibus eccleſiaſticis T. X. ad A. DCCCCXII. n. 8. col. 685. edit. Colon. de anno 1624. ita infit: *Quæ tunc facies ſanctæ Eccleſiæ Romanæ? quàm fœdiſſima, cùm Romæ dominarentur potentiſſimæ æquè ac ſordidiſſimæ meretrices, quarum arbitrio mutarentur ſedes, darentur Epiſcopi, & quod auditu horrendum & infandum eſt, intruderentur in ſedem Petri earum amaſii PSEVDOPONTIFICES, qui non ſint niſi ad conſignanda tantùm tempora in catalogo Romanorum Pontificum ſcripti. Quis enim à ſcortis hujusmodi intruſos ſine lege legitimos dicere poſſet Romanos fuiſſe Pontifices?* (*) *Nusquam Cleri eligentis vel poſtea conſentientis aliqua mentio, Canones preſſi ſilentio, decreta Pontificum ſuffocata, proſcriptæ antiquæ traditiones, veteresque in eligendo ſummo Pontifice conſuetudines ſacrique ritus & priſtinus uſus prorſus exſtincti. Sic vendicaverat omnia ſibi libido ſeculari potentiâ freta, inſaniens, æſtro percita dominandi. Dormiebat tunc planè alto (ut apparet) ſopore Chriſtus in navi, cùm hiſce ſlantibus validis ventis navis ipſa fluctibus operiretur. Dormiebat, inquam, qui iſta non videre diſſimulans ſineret ſic fieri, dum non exſurgeret vindex. Et quod deterius videbatur, deerant, qui Dominum ſic dormientem clamoribus excitarent diſcipuli, ſtertentibus omnibus. Qualesnam veris delectos ab hiſce monſtris Presbyteros & diaconos Cardinales fuiſſe putandum, cùm nihil tàm naturæ inſitum ſit, quam unumquemque ſibi ſimilem generare? quos in omnibus iis, à quibus delecti fuerint, conſenſiſſe dubitare quis poterit? imitatosque ipſos ſectatosque eorum veſtigia, quis non facilè credat? & optâſſe hos omnes, Dominum dormiſſe ſemper & nunquam in judicium ſurrecturum, evigilaturum nunquam ad ipſorum cognoſcenda & punienda facinora, quis non intelligat?* Hactenus BARONIUS, cui quis non crediderit bellam hanc domeſticamque confeſſionem promenti, quam ipſi veritatis vis expreſſit? At verò idem aliis in locis, quæ GERHARDUS & CONRINGIUS conglomeravere, eadem ponit. Sed enim, ſi intruſos iſtos, ſi ſimoniacos, ſi ſchiſmaticos, ſi hæreticos, ſi apoſtaticos, ſi impios Pontifices omnes, ſi electionum Papalium à canonibus deviationes & variationes, ſi interregna, ſi ſchiſmata Papalia, quæ per tot annos duravere, quorum ultra triginta hiſtorici numerant, quæ totam Europam vaſtavere, ita ut per Concilia vix medela rebus adferri potuerit, enumerare volueris, inſpicien-

(*) Vide hic omnino celeberrimi LOESCHERI *hiſtorie des Römiſchen Huren-Regiments der Theodoræ und Marozziæ* Leipzig 1705. 4.

Digitized by Google

ſpiciendæ tibi ſunt Pontificum Romanorum vitæ & acta, tùm à veteribus, tùm à recentioribus ſive Romanenſibus ſive Proteſtantibus deſcripta, inſpiciendi tibi ſunt Autores, qui hiſtoriam belli inter Sacerdotium & imperium tradidere & data opera ſchiſmata Papalia enarravere, quos omnes aliâ occaſione tibi recenſitos dabimus. Vide compendii ergò doctiſſimi MEUSCHENII freundliches Sendſchreiben an P. Cohlendal itemque den Greuel der Jeſuitiſchen Boſsheit, etſi, quæ Vir eruditus heic ponit, obſervationum plurimarum adſperſionem patiantur. Scilicet, ut probet Theologus præſtantiſſimus, ſucceſſionem perſonalem canonicam in Eccleſiâ Romanâ prorſus defeciſſe, primùm quidem, poſtquam effatum BELLARMINI protuliſſet, qui ait, *omnes Eccleſias Patriarchales habuiſſe per longa tempora Epiſcopos manifeſtos hæreticos ac proinde interruptam eſſe in iis veram Paſtorum ſucceſſionem*, Pontifices Romanos apoſtatas & hæreticos recenſet, Liberium, Honorium aliosque quam plurimos licet non omnes, poſtmodum ad ſchiſmata Pontificum vadit eaque juxta ordinem nec verò omnia refert & Juris canonici loca adducit, ex quibus patet, hæreticos & intruſos & ſimoniacos veros Epiſcopos haud eſſe neque etiam validè ordinare poſſe. Ubi verò, ne quid diſſimulemus, (profecto enim in hoc ſaltem jam incumbimus, ut veritatem in lucem producamus,) dicendum nobis eſt, traditionem ſibimet ipſi heic contrariam eſſe. Deductas quippe penes nos per ſeculorum ordinem Conciliorum, Pontificum, Patrum Doctorumque de ordinationum ab hæreticis, intruſis & Simoniacis factarum validitate ſententias perſpectumque habemus, traditionem heic cum traditione pugnare atque utramque ſententiam æquali autoritatum pondere florere.(*) Et notum eſt magnum illud in ferreo Eccleſiæ ævo circa ordinationes Formoſianas certamen, de quibus libros duos ſcripſit Auxilius, Seculi IX. Scriptor, ubi de ordinationibus, exordinationibus, ſuperordinationibus Romanorum Pontificum, ut Sigeberti Gemblacenſis verbis utamur, agit. Primus hunc librum è codicibus Montchaliano, Lotharingico & Sirmondiano in lucem protraxit Jo. MORINUS in commentario de ſacris Eccleſiæ ordinationibus P. 2. f. 282. ſqq. Nec eſt quoque, qui luculentius & plenius hoc argumentum tractaverit. Etenim P. 1. ubi cauſas ſchiſmatis Græco-

(*) Et hæc omnia jam nullo negotio hic ediſſereremus, ſi libelli academici limites id ferrent, ſi ratio inſtituti id permitteret.

Digitized by Google

rum enarrat, ſimul oſtendit, hoc ſchiſma non impediviſſe, quò minus Concilia generalia ſummique Pontifices inde à ſchiſmate in hunc usque diem Græcas ordinationes approbarent, & P. 3. Exerc. 5. de ſacrarum ordinationum iteratione variisque difficultatibus tam prolixè & curatè agit, ut pleniſſimas hîc crateras uberrimosque rerum fontes habeamus. Addi tamen poteſt POMPEJUS SARNELLI in lettere eccleſiaſtiche, quæ Neapoli A. 1686. 4. prodiere, epiſtolâ 28. ubi probare contendit, ordinationes hæreticorum quidem ratas, non tamen legitimas eſſe, & JAC. BASNAGII hiſtoire de l'Egliſe L. 25. Ch. 2. §. 9. 10. f. 1476. 1477. Quod ipſum ubi ponimus, mica ſalis adſpergenda heic venit Articulis Smalcaldicis P. 3. n. 10. ubi dicitur, *jura* Pontificia *affirmare, etiam ab hæreticis ordinatos verè eſſe ordinatos.* Scilicet de iis hæreticis hoc verum eſt, quibus ſucceſſio hierarchica atque canonica competit, non profectò aliis. Ex quo patet, Proteſtantes ex ejusmodi canonibus nihil lucri pro ſuis ordinationibus accipere. Quod reſtat, non eſt, quòd quis miretur, nos, ubi monſtrare contendimus, ſucceſſionem canonicam in ſede Romanâ interruptam fuiſſe, de *Joannâ Papiſſâ* ne γεὺ quidem memorare. Non latent quippe nos, quæ hanc in rem, quæ & de ſellâ ſtercorariâ NIC. SERARIUS, LEO ALLATIUS, CONR. DECKERUS, EGBERTUS GRIM, DAVID BLONDELLUS, SAM. MARESIUS, JO. CHIFFLETIUS, JO. CHRIST. ARTOPÆUS, GILBERTI duo BURNETUS & BENVENUTI & vel maximè FRID. SPANHEMIUS datâ operâ ſcripſerint. Adde, ſi placet P. BÆLII Dict. hiſt. & Crit. T. 2. titulo FRANC (*A*) (*B*) f. 1269. 1270. MAXIM. MISSONII Voyage d'Italie T. 2. p. 179. ſqq. Les delices d'Italie T. 1. p. 304. T. 2. p. 226. ſqq. Jo. MABILLONII Muſæum Italicum T. 1. in itinere Italico p. 127. 159. ſqq. & T. 2. p. 211. 212. 230. 231. BERN. MONTFAUCONII diar. Ital. C. 23. p. 348. Jo. GERH. MEUSCHENII freundliches Sendſchreiben an P. Cohlendal p. 89. ſqq. & eruditiſſimi Theologi, GOTTFRIDI LOMERI, Miniſterii Auguſtani Senioris præſtantiſſimi Ausgang aus dem Päbſtiſchen Irrgarten, in dem CVII. Irrgang p. 499. ſqq. denique vel maximè JAC. BASNAGII hiſtoire de l'Egliſe L. VII. Ch. 12. *de la Papeſſe Jeanne.* Conſulat hos Autores qui voluerit. Nos, qui æquale argumentorum ex utrâque parte pondus hîc conſpicimus, in pyrrhoniſmum hîc hiſtoricum atque ad tritum illud NON LIQUET delabimur. Adeò ex partium ſtudio heic decidere haud amamus. Cæterum, ſi quis canonicos ſucceſſionis Romanæ hiatus inſpicere velit, is, rogo, legat illum celeberrimi LOESCHERI

Digitized by Google

SCHERI librum, quem ὡς ἐν παρόδῳ jam 248. commendavimus, cujus & titulum heic repetere opus haud est. At verò successionem canonicam diu jam in sede Romanâ defeciſſe, dudum diximus in libro Gallico, qui titulum fert: la verité de la religion Proteſtante ch. 1. §. 4. p. 9. 10. ubi vel maximè & hoc urgemus, electionem Pontificum hodiernam canonicam non esse, quia non à clero & à plebe eccleſiaſtica in unum coeuntibus, id quod veteres canones poſcunt, fit, ſed à Cardinalibus, quibus ex vetere diſciplinâ tale nullum jus competit. Et miris modis ſemper heic variatum esse conſtat, ipſis Pontificibus olim ſucceſſores ſuos nominantibus, mox Senatu Romano, mox populo, mox imperatoribus electionis jura exercentibus, mox Pontificibus ipſis ſine electione ſedem ſcandentibus. Itaque & quoad ordinationem & quoad electionem (hæc enim confundenda non ſunt,) nulla in Romanâ ſede canonica ſucceſſio habetur.

ARTICULUS OCTAVUS.

At enim, ſi ſucceſſioni canonicæ hîc inhiandum eſſet, ſi & iſta in determinandâ Eccleſiæ veritate utramque paginam facere deberet, majori jure Eccleſia orientalis (*a*) eam ſibi vendicare poſſet, maximo verò Eccleſia Anglicana (*b*), quæ cum ſucceſſione perſonali, ſi qua datur, & doctrinalem (*c*) poſſidet.

(*a*) Scilicet fides Græca tot maculis ac Romana haud laborat, etſi ſucceſſiones Græcæ tùm defectuum canonicorum, tùm ſchiſmatum numero Romanis haud cedant. Sed hanc comparationem jam heic inſtituere ob inſtituti brevitatem haud poſſumus, qui, ſi hunc campum pervolare jam veilemus, in hiſtoriam Pontificum Romanorum & Patriarcharum Conſtantinopolitanorum & Antiochenorum & Alexandrinorum jam excurrere deberemus, quod nolumus. Et rectè prorſus habet, quod Vir celeberrimus, Jo. ALPHONSUS TURRETINUS in cogitationibus de variis Theologiæ capitibus th. 139. ponit: *Si ſucceſſio ſit tanti ponderis, ut volunt Pontificii, pro Eccleſiâ Græca non minus militat imo fortius militat, quàm pro Romana.*

(*b*) Conſtat quippe, quòd Eccleſia Anglicana hierarchiam Epiſcopalem ſervaverit. Si itaque illa ante repurgata ſacra ſucceſſione canonicâ floruit, jam eâ multò magis, reformatâ in melius fide, floret. Sed ecce, ecce, quid in contrariam hîc opponant partem Viri acutiſſimi, JAC. BENIGNUS BOSSUETUS & RENATUS MASSUETUS, ille Epiſcopus olim

olim Meldenſis Gallus, hìc Ordinis Benedictini è Congregat. S. Mauri olim Monachus Pariſienſis. Et Bossuetus quidem in Hiſtoire des variations L. X. §. 26. T. 2. p. 73. validitatem ordinationis Anglicanæ ex eo infringit, quòd ea juxta formulam ab Eduardo VI. Rege Angliæ præſcriptam & à Parlamento confirmatam peragatur, ubi ſaltem inanes & ſuperſtitioſæ cærimoniæ, quæ & nullâ antiquitate, id quod Bossuetus vel ex Morini commentario de ſacris Eccleſiæ ordinationibus diſcere poterat, fulgent, reſectæ fuere. Itaque hoc argumentum in ipſo partu jam emoritur. Majorem ſpeciem id habet, quod Massuetus, Vir judicioſiſſimus, amiciſſimus idem nobis, queis ipſum paulò ante fata ipſius Lutetiæ Pariſiorum noſſe contigit, urget. Ita enim ille in diſſertat. III. prævià in Irenæum Art. 3. §. 24. f. CXVII. habet: *Fruſtra in alia quavis ſocietate Presbyteros, quales deſcripſit Irenæus, quæras. Fruſtra proinde apud omnes recentiores ſectarios quæſieris, apud quos cùm nulli occurrant Epiſcopi ab iis ordinati, qui ordinationem ſuam continua ſucceſſione Apoſtolis ipſis acceptam referant, non eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis Eccleſiæ ſucceſſio. Fruſtra apud ipſam hodiernam Anglicanam Eccleſiam, cui jam ſe adjungere Grabio placuit, quæſieris. Hæc quidem Epiſcopali ordine & ſucceſſione gloriatur: ſed meram ejusdem umbram & larvam, quæ imperitis fucum faciat, rem certè non tenet. Certum ſiquidem eſt, hodiernam Epiſcoporum Anglorum ordinationem & ſucceſſionem à Matthæo Parkero, in Archiepiſcopalem Cantuarienſem ſedem intruſo, tanquàm à capite & fonte fluxiſſe. Tantum igitur valet, quantum valuit Parkeri ordinatio. At ludicram hujus ordinationem fuiſſe, ab emendito Epiſcopo Joanne Scory (quem Eduardi VI. temporibus Zwingliani & Puritani Epiſcopum ſecundùm novam Ritualis Anglicani formam ordinaverant,) violatis omnibus Eccleſiæ canonibus ſpretisque hactenus recepta materia & forma factam, invictè hàdeò demonſtrarunt Catholici, ut eorum argumentis nihil niſi vanas cavillationes hactenùs opponere potuerint heterodoxi.* Hactenùs Massuetus qui ad marginem tres hoſce libellos Anglicanos notat, qui ſunt: *a treatiſe of the vocation of Bishops and other Eccleſiaſtical Miniſters by Antony Champney Douay* 1616. porrò *a treatiſe of the nature of Catholick faith and hereſy by N. N.* 1657. & denique *Nullity of the Prelatick Clergy and Church of England further diſcovered by N. N.* 1659. Quænam ad libellos hoſce reſponſiones factæ fuerint, nobis haud conſtat. Nec, quòd ſciam, eſt ex Anglis, qui Massueto reſponderit, id quod facturus erat Grabius ipſe, niſi morte præventus fuiſſet. Ita enim memorat G. Hickesius in ſome

Digitized by Google

some account of Dr. Grabe and of his Manuscripts p. V. VI. cum inter alia reliquisse *Irenæus revised and corrected with collections and references for a new edition, in which he designed to animadvert upon the learned Editor of the new Paris-edition of that Father MDCCX. in his own. defence.* Agedum itaque, quid nobis hanc in rem constet, paucis dicamus. Et primùm quidem falsum est, quòd dicitur, omnes ordinationes Anglicanas à MATTHÆO PARKERO, Archiep. Cantuar. originem ducere, cùm sine ullo dubio ab Episcopis tùm viventibus & multæ ordinationes factæ fuerint. Falsum est secundò (liceat enim paulisper saltem scapham scapham appellitare), PARKERUM in sedem Cantuariensem intrusum fuisse. Profectò enim *ab illa dignitate amplectenda ita alienum eum fuisse* memorat GILB. BURNETUS Episcopus nuper Salisburiensis, *ut per integrum annum ad eam accipiendam vix animum inducere potuerit.* Vide historiam Reform. Ecclesiæ Anglicanæ P. 2. ad A. 1559. f. 248. 249. 263. 264. & collect. docum. f. 206. sqq. Falsum est tertiò, quod Jo. Scory Episcopus ementitus fuerit. Jam enim BOSSUETO respondimus, quòd nec in Rituali Eduardi VI. essentialia ordinationis negligantur sed saltem superstitiosa rescindantur. Quis verò quæso sapientum jam dixerit, Scorium eapropter ementitum Episcopum esse, quod rescissis superstitiosis ritibus ordinatus fuerit. Falsum est quartò, quod subinnuitur, Jo. Scorium solum Parkerum ordinâsse. Aliter sanè loco citato f. 264. BURNETUS, qui quatuor nominat Episcopos, qui Parkerum inauguraverint. Ut taceam, BURNETUM canonicam Parkeri ordinationem pluribus defendere f. 255 ubi & BRAMHALLUS & MASONUS allegantur, qui datâ operâ idem evicerint (*), ut & jam haud memorem, Jo. STRYPIUM, Virum præstantissimum, qui Præsulum Cantuariensium vitas edit, in *the life and acts of Matthew Parker* (qui liber Londini A. MDCCXI. in formâ majore prodiit, (**) L. 2. C. 1. certiores nos facere, quòd Parkerus A. 1559. die 17. Dec. à quatuor Episcopis, Gulielmo Barlow, olim sub Eduardo VI. Episcopo Bathonienſi & Wellensi, jam electo Cicestriensi, Jo. Scory, olim Cicestriensi, jam electo Herefordiensi, Milone Coverdalio, olim Exoniensi & Jo. Hodgkin, Suffraganeo Bedfordiensi ad hunc actum à Reginâ Elisabethâ vocatis ordinatus fuerit, id quod & prolixius enarrat instrumentum consecrationis Parkerianæ, quod in collectione

(*) Paucis notamus celeberrimum LARREIUM, novissimum rerum Anglicanarum enarratorem prorsus ex BURNETO hic sapere. Vide Hist. d'Angleterre T. 2. f. 24. sqq. ad A. 1559.

(**) Vide Bibl. Angloise de Mr. de la Roche T. 1. P. 2. Art. 13. p. 397. sqq.

Digitized by Google

documentorum f. 211. ſqq. exhibet BURNETUS, ut mirum ſit, quî MASSUETUS, Vir doctiſſimus tantopere ceſpitare hîc nodumque in ſcirpo quærere potuerit. At verò jam alii ſunt & quidem ex ipſis Eccleſiæ Anglicanæ filiis, qui ſucceſſionem Epiſcopatûs in eâdem tantiſper interruptam eſſe cauſantur. Vocantur illi Jacobitæ ſive *Non Jurors*, quia juramentum fidelitatis ſucceſſoribus Jacobi II. præſtare haud voluere. Scilicet, poſtquam GUILIELMUS Autiacus thronum Anglicanum adiiſſet, ſeptem Epiſcopi, inter quos eminebat GUIL. SANCROFT, Archiep. Cantuar. idem juramentum præſtare renuerunt. Quo facto iis vel tandem officio abire juſſis alii ſurrogati fuere, id quod in Eccleſiâ Anglicanâ ſchiſma peperit. Fuere enim, qui cauſati fuere, Epiſcopis injuſtè depoſitis alios ſurrogati & legitimè ſurrogatos validè ordinare haud poſſe, communionem itaque cum depoſitis, tanquam veris, continuandam, injuſtè autem ſurrogatis, tanquam intruſis eandem denegandam eſſe. Is, qui maximè in ſcenam heic prodiit, exſtitit HENR. DODWELLUS, Hiſtorices in Academiâ Oxonienſi hactenùs Prælector Cambdenianus, qui & ob denegatum juramentum cum GEORGIO HICKESIO plurimiſque aliis officio motus fuit. Jam, ut ſchiſmati, quod gliſcebat, obviam tantiſper iretur HUMEREDUS HODY, SS. Theol. Baccal. & Collegii Wadhamenſis in Academiâ Oxonienſi ſocius librum Oxonii A. 1691. edidit, cui titulus: *Anglicani novi ſchiſmatis redargutio ſeu tractatus ex hiſtoriis Eccleſiaſticis, quo oſtenditur, Epiſcopos injuſtè licet depoſitos orthodoxi ſucceſſoris communionem nunquam refugiſſe. Græcè & latinè ex cod. MS.* (*) Eſt vero hîc codex Baroccianus 142. qui inter varia Nicephori Calliſti collectanea exhibet quoque ſed aliâ manu ſcriptam σύναξιν ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν περὶ τῶν κατὰ καιρὸν ἀναχθέντων ἐπὶ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον παρὰ κανόνας, ἔτι ζώντων τῶν γνησίων πατριαρχῶν τῶν ἀδίκως καθαιρεθέντων, ἐν ᾗ παρατηροῦμεν, ὅτι ἀδεὶς τῶν ἀδίκως καταχθέντων τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἑαυτόν ποτε ἀπεχώρισε διὰ τὴν ἑαυτῆ καθαίρεσιν ἄδικον κλπ. Et hanc ſynaxin

(*) Prodiit hic liber & Anglicè ſub titulo: *A treatiſe out of Eccleſiaſtical hiſtory translated from an ancient Greek Manuſcript in the publick library at Oxford by* Humphrey Hody, B. D. &c. *and published under the title of the unreaſonableneſs of a ſeparation from the new Bishops, to ſhew, that, although a Bishop was unjuſtly deprived, neither he nor the Church ever made a ſeparation, if the ſucceſſor was not an Heretick &c.*

Digitized by Google

xin Hodius eidem Nicephoro sed malè adscripsit. Vide acta erud. 1692. p. 235. 236. Guil. Cavei Hist. lit. script. Eccles. P. 2. ad A. 1270. & J. A. Fabricii Bibl. Gr. L. 5. P. 2. Vol. 6. p. 134. 135. ubi Vir doctus memorat, ipsum Hodium postea agnovisse, quòd hic liber non Nicephoro sed alii antiquiori Scriptori qui A. C. 1267. eum composuerit, debeatur. Addimus nos & Photii ejusmodi quendam libellum in Biblioth. Vindobonensi exstare, prout ex Lambecio monet Caveus P. 2. ad A. 858. At verò Hodio (*) mox sese sed suppresso nomine suo opposuit Henr. Dodwellus ediditque *a vindication of the deprived Bishops asserting their spiritual rights against a Lay-deprivation, against the charge of schisms managed by the late Editors of an anonymous Baroccian MS. In two parts, shewing, that, though the instances collected in the said MS. had been pertinent to the Editors design, yet that would not have been sufficient for obtaining their cause, 2. shewing, that the instances there collected are indeed not pertinent to the Editors design for vindicating the validity of the deprivation of spiritual power by a Lay authority. To which is subjoined the latter end of the said MS. omitted by the cause espoused by them. In Greek and English.* London. 1692. 4. Omittimus plurimos alios libellos, Hodio eo tempore oppositos, maximè *an answer to a treatise out of Ecclesiastical history* &c. & *the Oxford antiquity examined* &c. queis omnibus Hodius opposuit *a letter to a friend* &c. Oxford. 1692. 4. & *the case of sees vacant by an unjust and uncanonical deprivation, stated, in reply to a treatise intituled* the vindication of the deprived Bishops &c. *together with the several other Pamphlets, lately publish'd as answers to the Baroccian treatise by* Humfr. Hody London. 1693. 4. Vide Acta erud. Supplem. T. 2. p. 169. sqq. 558. sqq. Successit dein anno demùm 1704. H. Dodwelli *de nupero schismate Anglicano paræneses ad exteros tàm Reformatos, quàm etiam Pontificios, quâ jura Episcoporum vetera eorundemque à magistratu seculari independentia omnibus asserenda commendantur*, Londini in formâ octavâ edita, quam itidem acta erudit. Lipsi. A. 1705. p. 132. sqq. recensent & ex nostris celeberrimus Jenensis Theologus Jo. Franc. Buddeus in exercitatione de origine & potestate Episcoporum

(*) Eandem cum HODIO causam defendit quoque SAM. FULLERUS, cujus exstat *canonica successio ministerii Anglicanæ Ecclesiæ Reformatæ tàm contra Pontificios quàm schismaticos vindicata.* Cantabrigiæ 1690. At verò librum hunc nos haud inspeximus.

Digitized by Google

rum pauliſper examinavit. Et verò ita poſtmodum rem inflexit DODWELLUS, ut edito libello *the caſe in view* profiteretur, ad communionem Eccleſiæ Anglicanæ redeundum eſſe, ubi Epiſcopi illi injuſtè depoſiti vivis exceſſerint. Quod ipſum cum tandem contingeret, & GUILIELMUS Norvicenſis atque THOMAS KEN, Epiſcopus Bathonienſis & Wellenſis diem obirent, in lucem protruſit DODWELLUS alium librum Londini A. 1711. 8. editum ſub titulo: *The caſe in view, now in fact*, ubi fratres ſuos monuit, ut in communionem cum Epiſcopis ſurrogatis deſcenderent. Vide Acta erud. Lipſ. 1712. p. 443. ſqq. Atque id ſanè & ipſe mox & quidem paulò ante fata ſua fecit. Vide *four lettres, which paſſed betvveen the Right Reverend the Lord Bishop of Sarum and Mr. Henry Dodvvell printed from the originals.* London. 1713. 12. quæ Gallicæ habentur in Bibliotheque Angloiſe par Mr. de la Roche T. 1. P. 1. art. 4. p. 88. ſqq. (*) At verò DODWELLUM reliqui Jacobitæ omnes profectò ſecuti haud ſunt. Quantas enim turbas LAURENTIUS HOWEL creaverit, qui *the caſe of ſchiſm* ſcripſit, & a TH. BENNETO, BENJAMINE HOADLYO, Epiſcopo Bangorienſi, GUIL. GUILIELMI, TH. DAWSONIO, JO. TURNERO, TIMOTHEO STILEMANO JAC. PEIRCIO, aliis, maximè anonymis refutatus fuit, quî & GEORGII HICKESII libellus quidam poſthumus hanc in rem editus fuerit, quî & ANDR. SNAPE cum Epiſcopo Bangorienſi vel potius PILLONIERIO heic decertaverit & RICH. STEELIUS quoque rebus ſe immiſcuerit, eos haud latet, qui præſentium temporum hiſtoriam nôrunt. Vide die neue Zeitungen von gelährten Sachen 1717. P. 1. p. 98. ſqq. & 201. P. 2. p. 1. 2. & 841. ſqq. 1718. p. 511. 512. 415. 260. 279. 397. 398. 493. p. 459. 689. 736. 792. 712. Adde nova liter. Krauſiana 1718. p. 74. & la Bibl. Angloiſe de M. D. L. R. T. 2. P. 1. Art. 10. T. 3. P. 1. Art. 5. 7. P. 2. Art. 1. & 7. p. 548. ſqq. T. 4. P. 1. Art. 9. T. 5. P. 1. Art. 5. Quod ipſum, dum ponimus, non poſſumus non & memorare ſcriptum quoddam anonymum parenæſi Dodwellianæ oppoſitum & in Angliâ poſt mortem DODWELLI impreſſum, autore Romanenſi quodam compoſitum. Titulus eſt: *Eccleſiæ theoria nova Dodvvelliana expoſita in epiſtola ad Autorem clariſſimum* &c. 8. Vide Memoires de Trevoux 1714.

(*) Jam vero de his omnibus luculenta rerum ſeries datur in *the life of Mr.* Henry Dodvvell *by* Francis Brokesby, B. D. London. 1715. 8. 2. Vol. Qui librum non poſſidet, adeat recenſionem ejus in Bibl. Angl. par M. D. L. R. T. 1. P. 1. Act. 3. p. 76. ſqq.

Digitized by Google

1714. Maj. p. 928. ubi Autor dicitur Josua Basset, in Academiâ Cantabrigiensi suo tempore Collegii Sidnejani Magister, & 1717. Avril Art. 43. p. 578. sqq. ubi inter alia id vel maximè notandum venit; quod p. 586. 587. Trivoltienses ponunt. En verba: *Ce que l'Auteur raconte de* Tillotson, *merite d'être rapporté. Le Roi d'Angleterre, Guillaume III. c'est à dire, le Prince d'Orange, irrité de la constante fidelité de l'Archevêque de Cantorberi* (Sancroft) *envers son Roy legitime, le deposa & luy substitua le Docteur* Tillotson. *Celui ci etoit fils d'un Anabaptiste, & sur ce que que disoit son Pere, le public etoit persuadé qu'il n'avoit jamais eté baptisé. La persuasion devint complete aprés sa mort & qu'on eût entendu l'oraison funebre que prononca le Docteur* Burnet, *Evêque de Salisberi à ses obseques. Le sujet étoit du ch. 4. de la seconde Epître à Timothee & elle consistoit dans une application perpetuelle de ce que S. Paul disoit de luy même, au defunt Archeveque. L'Orateur arrivé à ces paroles:* J'ai gardé la foy, *les expliqua à l'egard de S. Paul de la foy recüe au baptême & il leur donna un autre sens par rapport à Tillotson, qu'il loua seulement de sa fidelité envers le Roi Guillaume & la Reine Marie, s'abstenant de faire mention de son baptême & par cette omission affectée donnant à entendre à ses auditeurs ou leur laissant croire, qu'en effet il n'avoit pas eté baptisé.* Quæ si vera sunt, omnes istæ ordinationes, per Tillotsonium quæ patratæ sunt, invalidæ sunt & successionem canonicam in Ecclesiâ Anglicanâ sensim sensimque jugulant. Quàm falsa hæc sint, infra in diss. de successione Episcopali Anglicana §. 6. ostendimus, moniti ab Archiepiscopo Cantuariensi, Guil. Wackio literis, datâ operâ hanc in rem ad nos datis.

(c) Qui sapit, facilè videt, nos Logicorum more à potiori denominationem facere. Scilicet & quoad omnes alias præstantiores Ecclesias judicium idem ferri debet, cum nulla infallibilis sit. Sufficit profecto, si in fundamentalibus haud erretur.

ARTICULUS NONUS.

Est quoddam Romanensium dogma, quod successionem Ecclesiasticam apud ipsos prorsus incertam dubiamque reddit. Ajunt scilicet Viri præstantissimi, sacramentum illud, quod cum intentione positivè contrariâ conferatur, nullum esse. Jam, unde hoc quis certò nôrit, eum, à quo baptizatus, confirmatus & ordina-

Digitized by Google

tus est, haud habuisse intentionem positivè contrariam, haud capi potest. (a) Quin & ex eo incerta redditur successio, quòd in infinitas discussiones historicas, chronologicas & criticas hîc, si in rem præsentem veniendum & veterum Episcoporum catalogi & diptycha evolvenda sint, abeundum & cum tenebris & larvis sine fine pugnandum est, nullâ post pugnam clariore luce nobis affulgente. Denique à successione personali ad veritatem Ecclesiæ conjecturale saltem duci argumentum nemo est, qui neget. Cur itaque de successione personali tantoperè solliciti esse debeamus, haud comprehendimus. Sufficiat nobis SUCCESSIO DOCTRINÆ, quæ per testes veritatis, sive dein ii totas Ecclesias confecerint, (b) sive dispersi in medio errantium cœtu sua iidem prolocuti fuerint, invisibiliter usque ad repurgationem sacrorum propagata fuit. (c)

(a) Jam si inter tot Episcopos, qui in successione inde à temporibus Apostolorum usque ad præsens tempus decurrunt, unus saltem vel alter heic peccaverit, quot quæso ordinationes irritæ, quot irrita sacramenta, quot falsarum hostiarum adorationes spuriæ quæso inde emergent? Imò patet, principio isto posito neminem apud Romanenses de baptismo suo, de suâ absolutione & de veritate sacramenti, quod adorat, & suas juxta hypotheses unquam absolutè certum esse posse.

(b) Et sic jam Waldenses & Hussitæ ad catenam successionis nostræ conficiendam in medium evocari possunt, non quòd penitus & in omnibus nobiscum senserint, sed quòd in variis argumentis hodiernam Protestantium tibiam inflaverint. Quæ si quis probè notaverit, clamores, quos BOSSUETUS hîc ad astra tollit, mox raucedinem contrahent.

(c) Unus instar omnium hîc inspiciatur JAC. BASNAGIUS in Histoire de l' Eglise L. XXIV. Ch. 13. §. 2. sqq. f. 1465. sqq. Et verò non opus est, ut multa hanc in rem à Protestantibus amplius dicantur. Certè, cùm Constitutio Clementis XI. quæ incipit: *Unigenitus DEI Filius* & prima fidei fundamenta subruit, à tota ferè Ecclesia Pontificia acceptata fuerit, quæstio est, ubi igitur apud Romanenses vera Ecclesia sit, quæ profecto Rege Ludovico XIV. adhuc vivente, invisibilis, certè ad miram paucitatem redacta, si juxta gratiæ Augustinianæ defensores pronunciandum, fuerat. Et ipse profectò Cardinalis Noail-

Digitized by Google

Noaillius hodie cum ſuis negat, veritatem à majori Epiſcoporum parte ſemper ſtare iisque ſaltem in Eccleſiæ catholicæ deciſionibus infallibilitatem obtinere ait, ubi regnet *la presqu' unanimité.* Vide ipſius premiere inſtruction paſtorale, quæ hoc ipſo anno prodiit & adde diſſ. theol. *du temoignage de la verité dans l'Egliſe* itemque *l'unité, la viſibilité, l'autorité de l'Egliſe & la verité renverſées par la Conſtitution* Unigenitus par Mr. Baſnage §. XX. p. 225. ſqq. Ea ſanè ſunt Præſulum Gallicanorum Conſtitutionem non acceptantium placita, quæ Proteſtantium de Eccleſiæ inviſibilitate & verâ indole, de majoris item partis in Eccleſiâ fallibilitate ſyſtema plurimùm juvent atque exornent. Imò, ut clarius mentem noſtram eloquamur, omnes illæ rationes, quas Præſules hi pro judicii ſui præſtantia & ſoliditate contra Conſtitutionis Clementis inacceptationem urgent, eâdem nervorum fortitudine & contra Concilii Tridentini acceptationem militant atque eadem ratione a Proteſtantibus contra Synodi iſtius conſtitutiones adhiberi poſſunt.

ARTICULUS DECIMUS.

Non verò eſt, quòd jam cum multis cauſemur, duo heic à Romanenſibus, ubi ſucceſſionem Epiſcoporum perpetuam eamque canonicam ad veritatem Eccleſiæ requirunt, πρῶτα ψεύδη committi, quæ ante omnia nobis jugulanda veniant. I. quòd exiſtiment, ordinationem neceſſarium quid eſſe, ſine quo ſucceſſio conſiſtere non poſſit, II. quòd putent, ſolos Epiſcopos ordinare poſſe. Etſi enim ipſi Apoſtoli à Chriſto haud ordinati fuerint, utpote, qui manus ipſis haud impoſuit, ſed anhelitum ſaltem in ipſos geſtu oris immiſit, etſi etiam manuum impoſitio in primis temporibus non ubique nec ſemper à clericis adhibita fuerit (*a*) certumque adeò ſit, præeminentiam Epiſcoporum & hierarchiam eccleſiaſticam divino jure neceſſariam haud eſſe, (*b*) in traditionem tamen & conſuetudinem Eccleſiæ univerſalem poſtea hæc abiiſſe quis dubitet? (*c*) Ejusmodi autem traditio ritualis ab Eccleſiis pro rerum circumſtantiis (*d*) omninò mutari aliterque inflecti poteſt, quod ipſius quoque Eccleſiæ Romanæ exemplo conſtat. (*e*)

(*a*) Con-

Digitized by Google

(*a*) Confer l. c. p. 43. ſqq. 50. ſqq. Adde JAC. BASNAGII Hiſt. de l'Egliſe L. XXV. §. 3. ſqq. f. 1475. ſqq.

(*b*) Evolve, ſi placet, eundem librum de orig. juris eccl. p. 52. ſqq. Adde jam & ad autores nominatos HERM. CONRINGIUM in defenſione Eccleſiæ Proteſtantium ſupra citatâ p. 55. ſqq JAC. BASNAGII Hiſt. de l' Egliſe L. 1. C. 3. f. 5. ſqq. ubi agitur de origine gubernationis eccleſiaſticæ, quæ & à Synagogâ Judaicâ repetitur, C. 7. §. 3. f. 27. ſqq. L. XXV. C. 2. §. 12. f. 1478. & excerpta ex literis CHRISTFRIEDI WÆCHTLERI, JCti de Hieronymi epiſtolâ LXXXV. ad Evagrium in actis erud. Lipſ. 1717. Nov. Dec. imò & JAC. CHRISTOPH. ISELII Theologi Baſilienſis celeberrimi diſſ. theol. de diſtinctione Epiſcoporum & Presbyterorum, denique Jo. CLERICI Hiſt. Eccleſ. Sec. I. ad A. LXVIII. §. 6. ſqq. Sec. II. ad A. CXVI. §. 15. ſqq. p. 449. ſqq. p. 561. ſqq.

(*c*) Non ergò eſt, quòd BLONDELLI tibiam porrò certatim hic omnes inflemus. Et mirum ſanè eſt, in tantâ rerum luce, in tanto & quo Viri ſummi exornantur, eruditionis flore id fieri hactenùs potuiſſe.

(*d*) Scilicet Proteſtantes lubentiſſimè ordinem & ſucceſſionem Epiſcopalem retinuiſſent, ſi Epiſcopi Evangelii jugo colla ſubdere voluiſſent. Confer, quæ de ſucceſſione Epiſcopali Anglicanâ infra dicemus, &, quæ habet Biblioth. Angloiſe de Mr. de la Roche T. 1. P. 2. art. 13. p. 404. ſqq.

(*e*) Vide ſupra notam articulo quarto adjectam.

ARTICULUS UNDECIMUS.

Denique, cùm in Novo Teſtamento ſacerdotium omnibus Chriſtianis commune ſit ipſiusque exercitium ex intentione divinâ ad eos maximè pertineat, quos largâ chariſmatum & naturalium & Spiritualium copiâ præ aliis DEus exornavit, cùm & miniſterium Novi Teſtamenti potiùs electivum quàm ſucceſſivum ſit atque & in hoc à ſacerdotio Veteris Teſtamenti differat electioniſque jus toti Eccleſiæ radicaliter competat atque ab eâdem inflecti poſſit, (*a*) patet, præcipuum id, quod veritatem Eccleſiæ dignitatemque adſpergat, eſſe ſucceſſionem & præſtantiam doctrinæ & cultûs & ubertatem fidei & largiſſimam ſpiritûs ſanctiſſimi, quo latifundia Eccleſiæ inebrientur & perfundantur, menſuram. O verò miſerrimos

rimos mortales, qui externæ saltem successioni inhiant & de consanguinitate Spiritûs ne γε quidem nôrunt vel sentiunt! Pensitate vel tandem, quicunque heic halluciamini, quid Johannes Baptista ad Pharisæos ajat: *Quid est, quod in vobis dicitis*: Patrem habemus Abrahamum. *Dico enim vobis, quod DEus possit & ex lapidibus hisce filios Abrahamo suscitare* (*b*) Recogitate, quid idem, ubi ad populum verba faciebat, illi reposuerit, qui ipsi præsentiam matris & cognatorum ipsum alloqui gestientium annunciaverat. Cum enim interrogasset: *Quis est mater mea & qui sunt cognati mei?* manu ad discipulos extensâ ita ipse respondit: *Ecce matrem meam & cognatos meos! Qui enim fecerit voluntatem Patris mei in cœlis, ille est frater & soror & mater mea.* (*c*) In succum denique & sanguinem vertite illud Paulinum: *Qui Christi spiritum non habet, non est ipsius.* (*d*) Quò itaque luculentiore quis spiritu & unctione & lumine divino & quò majore quis charismatum sanctiorum vi floret, eò majore & sacerdotii ratione coram DEO gaudet, & quò major ejusmodi hominum in Ecclesiâ quâdam copia est, eò major ejus gloria coram Domino est. (*e*) Quin & tutior interruptam restituendi successionem modus haud datur, quàm, ubi in unum coëuntibus Christianis precesque fundentibus communi suffragio ei episcopatus traditur, qui spiritualium charismatum, qui sanctitatis masculæ & præstantioris, qui prudentiæ & experientiæ spiritualis mensurâ cæteros superat. Ast hæc ipsa nonnisi spirituales capiunt. (*f*)

(*a*) Scilicet Ecclesia collegium est, juribus suis quod floret & de disciplinâ suâ pro arbitrio quod disponere potest uti supra prolixè diximus.

(*b*) Matth. 3, 9.

(*c*) Matth. 12, 47. sqq.

(*d*) Rom. 8, 9.

(*e*) Scilicet, qui articulum de Ecclesiâ solidè nôsse anhelat, is non ad æstimium humanum sed divinum, quod nullum partium sectæve studium secum junctum habet, rem exigere debet. Vide institut. Theol. dogm. P. 3. Sect. 1. §. 2. p. 612.

Digitized by Google

(*f*) Jam verò, quæ in libro Gallico la verité de la Religion proteſtante §. 8. p. 22. ſqq. & §. 11. p. 31. 32. & in tractatu de originibus Juris eccleſiaſtici p. 6. 9. 10. 52. 60. 64. ſqq. 68. ſqq. 112. ſqq. quæ & in inſtit. noſtris p. 627. 659. 668. hanc in rem diximus, conferenda heic veniunt. Nolumus enim profectò recoctam cramben apponere.

ARTICULUS DUODECIMUS.

Cum itaque ſucceſſio localis & perſonalis ſine doctrinali nil valeant, cùm & doctrinalis ſine perſonali & locali propriâ luce ſuâ radiet, cùm porrò ſucceſſio perſonalis canonica, tùm quoad electionem tùm quoad ordinationem in totâ Eccleſiâ, quaqua patet, maxime in Romanâ defecerit & Græcæ magis atque Anglicanæ, quàm Romanæ competat, cùm ſucceſſione perſonali nihil incertius ſit eaque demonſtrari prorſus neſciat, cùm ſucceſſio epiſcopalis nonniſi traditioni rituali, nulli divino juri ſuperſtructa ſit, cum ſucceſſio doctrinæ & fidei Proteſtantibus jure haud denegari poſſit, cùm ad ſucceſſionem fidei & ſpiritûs ſacerdotiique ſpiritualis omnibus, qui in ſpiritu & veritate Chriſtum ſequuntur, competentis radicem, ex quâ dein exercitium quoque miniſterii eccleſiaſtici externum, cœtu per electionem ita rem diſponente, propullulat, omnia tandem devolvantur, patet, argumentum Romanenſium ex ſucceſſione petitum ſuâ mole cadere atque in fumum abire. Id quod ut oſtenderemus, ipſum illud eſt, cujus gratia hanc diſſertationem conſcripſimus.

CORONIS IN FUGAM VACUI.

COmmunicamus tecum, *lector benevole*, ad calcem diſſertationis hujus literas ab ingenioſiſſimo Viro, BERNARDO DE FONTENELLE, Academiæ ſcientiarum Pariſienſi à commentariis ejusque, quæ linguam Gallicam excolit, Aſſeſſore, ad celeberrimum BASNAGIUM dudum ſcriptas, ubi, quid de ſucceſſione perſonali ſibi videatur, curioſo ſub rerum ſchemate Vir inſignis atque ea cum libertate exprimit, quæ ipſum per aliquot menſes Baſtillæ, quam vocant, Pariſienſi olim mancipavit, è qua & nonniſi luculentâ prius revocatione factâ rurſus evaſit. En fragmentum literarum ad BASNAGIUM directarum, dignum ſanè

Digitized by Google

ſanè, quod in dias luminis auras prodeat, & ubi id ſaltem monendum eſt, *Mliſeo*, *Mreo* & *Eenegu* per anagramma *Selimo* id eſt Eccleſiam Hieroſolymitanam, *Rome* & *Genéve* indigitare.

Extrait d' une lettre écrite de Batavia dans les Indes Orientales le 27. Nov. 1684. contenu dans une lettre de M. *de Fontenelle* recüe à Rotterdam par Mr. *Baſnage*.

Vous ſavès, que dans l'Isle de Borneo, dont nous ſommes voiſins, il n'y a, que les femmes qui puiſſent avoir la Royauté. Ces peuples là ſont ſi jaloux d'être gouvernés par des perſonnes, qui ſont veritablement du ſang Royal & ils ont une telle opinion de la fragilité des femmes, qu'il leur faut toûjours une Reine, dont les enfans luy apartiennent inconteſtablement, & pour plus grande ſûreté les principaux du païs doivent être preſens aux accouchemens des Reines. Il y a quelques années que la Reine nommée *Mliſeo* mourut & ſa fille *Mreo* luy ſucceda, reconnüe d'abord dans toute l'Isle ſans difficulté. Les commencemens de ſon Regne furent aſſez goutés par ſes ſujets, mais enſuite les nouveautés qu'elle introduiſit peu à peu dans le Gouvernement, firent murmurer. *Mreo* vouloit que tous ſes Miniſtres fuſſent Eunuques, condition tres-dure & qu'on n'avoit point juſqu'alors impoſée, & cependant elle ne les diſoit mutiler, que d'une certaine façon, qui n'empechoit pas les maris de ſe plaindre encore d'eux. C'eſt la coutûme, que les Reines donnent à certains jours des feſtins publics à leurs ſujets. *Mreo* en avoit retranché la moitié de ce que donnoient les autres Reines, bien plus le pain étoit ſous ſon regne d'un prix exceſſif dans toute l'Isle & l'on ne ſavoit ce qu'il étoit devenu, ſi ce n'eſt qu'on accuſoit des certains Magiciens qu'elle avoit à ſes gages, de le faire perir avec des paroles. On ſe plaignoit beaucoup encore de quelques priſons nouvellement bâties, où elle faiſoit jetter les criminels & d'où elle les tiroit pour de l'argent, ce qui avoit conſiderablement augmenté ſes revenus. Mais rien ne choquoit plus les habitans de Borneo que la ſale des cadavres qui étoit dans le palais de la Reine qoiqu'à dire le vray ce ne fut pas là un mal bien reel pour les ſujets. Elle faiſoit embaumer les corps de ſes Favoris lors qu'ils mouroient, on les arrangeoit dans cette ſale en grande ceremonie, & il falloit qu'on leur rendît ſes reſpects avant que d'entrer dans l'apartement de *Mreo*. Il y avoit des eſprits naturel-

Digitized by Google

lement fiers & independans qui ne s'y pouvoient resoudre. Les peuples de l'Isle étoient donc dans ces mauvaises dispositions à l'egard du Gouvernement, lorsque voici une nouvelle Reine qui se presente, qui pretend être fille de *Mliseo* & deposseder *Mreo*. Elle commence par abolir toutes les nouveautés dont on se plaignoit, point d'Eunuques ches elle, point de Magiciens qui fassent encherir le pain, point de sale pour les cadavres, point de prisons que selon l'ancien ordre, point de festins imparfaits. J'avois oublié de vous dire que les peuples de Borneo sont dans l'opinion que les enfans legitimes doivent ressembler à leurs parens. *Eenegu*, c'étoit le nom de la nouvelle Princesse, ressembloit parfaiment à la feüe Reine *Mliseo* au lieu que *Mreo* n'en avoit presque pas un trait, aussi avoit-on remarqué, que *Mreo* n'aimoit point trop à se laisser voir en public, on dit même qu'elle suprimoit autant qu'il luy étoit possible, le portrait de *Mliseo*. *Eenegu* tout au contraire le conservoit de tout son pouvoir & faisoit extrêmement valoir sa ressemblance. *Mreo* avoit aussi de son côté un grand avantage, c'est qu'il étoit constant qu'elle étoit née de *Mliseo* du moins par le rapport de Seigneurs qui avoient dû en être temoins & ces Seigneurs n'avoient point vû naître *Eenegu*. Il est vray qu'*Eenegu* pretendoit qu'ils avoient été corrompus, ce qui n'etoit gueres vrayssemblable. Elle contoit aussi une histoire de sa naissance, par laquelle elle se trouvoit fille legitime de *Mliseo*, mais c'étoit une histoire presque incroyable & pareille à peu pres à celle du Comte de S. Geran, dont on a tant parlé dans notre Europe. Cependant la contestation de ces deux Reines à partagé toute l'Isle & y allûmé la guerre de toutes parts. Les uns tiennent pour la ressemblance contre la certitude de la naissance, les autres pour la certitude de la naissance contre la ressemblance. Il s'est donné beaucoup de batailles tres-sanglantes & aucun des deux partis n'a encore tout à fait ruiné l'autre. On croit pourtant que *Mreo* l'emportera. Il n'y a pas long-tems qu'elle a surpris dans des endroits fort difficiles une partie de l'armée d'*Eenegu* & en a exigé le serment de fidelité. Si son parti n'est pas entrêmement fortifié, parce que ses soldats ne combattent pas trop volontiers sous ses enseignes, du moins celui d'*Eenegu* en est fort affoibli. J'aurai soin de vous aprendre l'année prochaine le succés de cette guerre, puisque vous aimés assés l'histoire pour ne pas negliger celle de ces Païs barbares, dont les mœurs & les coutûmes sont si étrangers.

DISSER-

Digitized by Google

DISSERTATIO
DE
SUCCESSIONIS EPISCOPALIS
APUD PROTESTANTES PRETIO,
MAXIME
DE
SUCCESSIONE EPISCOPALI
IN ECCLESIIS, ANGLICANA, SEPTENTRIONALIBUS ET FRATRUM BOHEMORUM EJUSDEMQUE IN ECCLESIAS PROTESTANTES REDUCIBILITATE.

CAPUT I.

De ſucceſſionis Epiſcopalis præſtantiâ à veteri maximè Eccleſiâ agnitâ & argumenti, quod contra Proteſtantes ſucceſſione Epiſcopali carentes exinde petitur, valore & ſpecie.

§. I.

Nemo eſt, qui primis ſaltem labris Eccleſiæ veteris hiſtoriam deguſtaverit, qui neſciat, quanto in pretio ſemper exſtiterit inter Chriſtianos ſucceſſio epiſcopalis inde ab Apoſtolis manans. Quod ipſum ſi probare jam prolixè & per ſecula ire vellemus, atque tùm orientalis, tùm occidentalis, tùm Africanæ Eccleſiæ teſtimonia conglomerare, in volumen utique prolixum noſtra hæc tractatio excreſceret. Aſt ſufficiat nobis pro inſtituti brevitate, præſtantiſſimos ſaltem ex immenſo illo campo flores hîc delibare.

§. II.

Primus ſuffragium ferat Clemens Romanus in epiſtola ad Corinthios priore, §. XLIV. ubi hæc ille: *Apoſtoli noſtri per JEſum Chriſtum, Dominum noſtrum cognoverunt, contentionem de nomine Epiſcopatûs oborituram, atque ob hanc cauſam perfectâ conſcientiâ prædicti conſtituerunt prædictos ac deinceps ordinationem dederunt, ut in defunctorum locum alii viri probati ſuccedere & illorum munia exequi poſſent. Conſtitutos itaque ab illis vel*

Digitized by Google

deinceps aliis viris celebribus cum consensu universæ Ecclesiæ & quæ sequuntur. Hæc Clemens, qui successionem Apostolicam satis clarè sic urget.

§. III.

Secundus, quem in partes hîc vocemus, esto Ignatius, Episcopus olim Antiochenus. Ita verò ille in epistolâ ad Trallianos, ubi monuerat suos, ut *subjecti sint Episcopo, & Presbyteris, eosque revereantur*, mox addit, *SINE HIS ECCLESIAM NON VOCARI* §. 3. Repetit eadem §. 7. ubi ait, *eum, qui sine Episcopo & Presbyteris & Diaconis quicquam agat, non esse mundum in conscientiâ.* Idem in Epistolâ ad Magnesianos exstat. *Quemadmodum*, ita ibi §. 7. Ignatius, *Dominus sine Patre nihil fecit, ipsi unitus, neque per se ipsum, neque per Apostolos, ita neque & vos sine Episcopo & Presbyteris quicquam agite.* Accedat excellentissimus in literis ad Smyrnæos locus §. 8. *Omnes Episcopum sequimini, ut JEsus Christus Patrem, & Presbyterium, ut Apostolos. Sine Episcopo nemo quidquam faciat eorum, quæ ad Ecclesiam spectant. Rata Eucharistia habeatur illa, quæ sub Episcopo fuerit vel cui ipse concesserit. Ubi comparuerit Episcopus, ibi & multitudo sit, quemadmodum, ubi fuerit Christus JEsus, ibi Catholica est Ecclesia. Non licet sine Episcopo neque baptizare neque agapen celebrare, sed quodcunque ille probaverit, hoc & Deo est beneplacitum, ut tutum ratumque sit, quodcunque agitur.* Nec minus notanda sunt, quæ habentur in literis ad Philadelphenos. En sequentes flosculos. *Quotquot Dei & Jesu Christi sunt, hi sunt cum Episcopo.* §. 3. *Una est caro Domini nostri Jesu Christi, sicut unus Episcopus cum Presbyterio.* §. 4. *Episcopo attendite & Presbyterio & Diaconis. Sine Episcopo nihil facite.* §. 7. *Omnibus pœnitentibus remittit Deus, si resipiscant in unitatem Dei & Episcopi consessum.* §. 8. Ex quibus omnibus facile patet, quantoperè successionem Episcopalem Ignatius urserit.

§. IV.

Ignatio succedat, si placet, Irenæus. Hic adversus hæreses L. III. C. 2. n. 2. *provocat ad successiones Presbyterorum in Ecclesiis*, & C. 8. n. 1. ait: *Habemus annumerare eos, qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesiis & successores eorum usque ad nos.* Eadem in verba idem n. 2. fatur, & in sequentibus successionem Episcoporum Romanorum, Smyrnæorum & Ephesiorum plurimum urget, tot verbis affirmans, *ordinatione & successione eam, quæ est ab Apostolis in Ecclesiâ, traditionem & veritatis prædicationem perveniisse usque ad nos.* Clariora sunt, quæ L. IV. C. 26. n. 2. exstant: *Quapropter eis, qui in Ecclesia sunt, Presbyteris obaudire oportet, his,*

Digitized by Google

bis, qui successionem habent ab Apostolis, qui cum Episcopatus successione charisma veritatis certum secundum placitum Patris acceperunt, reliquos verò, qui absistunt à principali successione, & quocunque loco se colligunt, suspectos habere & quasi hæreticos & malæ sententiæ vel quasi scindentes & elatos & sibi placentes, aut rursus ut hypocritas, quæstûs gratia & vanæ gloriæ hoc operantes. Omnes autem hi deciderunt à veritate. Addit n. 5. *apud eos disci debere veritatem, apud quos est ea, quæ est ab Apostolis, Ecclesiæ successio.* Imò C. XXXIII. n. 8. ait: *Character corporis Christi est secundum successiones Episcoporum, quibus Apostoli eam, quæ in unoquoque loco est, Ecclesiam tradiderunt, quæ pervenit usque ad nos.* Et L. V. C. 20. n. 1. addit, *eos, qui ab Ecclesiâ sint, eandem figuram ejus, quæ est erga Ecclesiam, ordinationis,* id est, eandem regiminis Ecclesiastici formam, quam constituerunt Apostoli, semper custodire, *omnes verò hæreticos valde posteriores esse, quàm Episcopos, quibus Apostoli tradiderint Ecclesias.* Scilicet, uti L. III. C. 4. n. 3. idem infit, *ante Valentinum non fuerunt, qui sunt à Valentino, neque ante Marcionem erant, qui sunt à Marcione, neque omninò erant reliqui sensus maligni, antequam initiatores & inventores perversitatis eorum fierent,* & quæ sequuntur. Hæc omnia Irenæus, quæ ostendunt satis, quantum is pretium successioni Episcopali posuerit.

§. V.

Irenæum sequatur Tertullianus. Hic ita de præscriptionibus adversus hæreticos C. 32. *Edant ergò* (hæretici) *origines Ecclesiarum suarum, evolvant ordinem Episcoporum suorum ita per successiones ab initio decurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis vel Apostolicis Viris, qui tamen cum Apostolis perseveraverint, habuerit Auctorem & Antecessorem. Hoc enim modo Apostolicæ Ecclesiæ census suos deferunt, sicut Smyrnæorum Ecclesia habens Polycarpum à Joanne consecratum refert, sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit: proinde utique & cæteræ exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos Apostolici seminis traduces habent. Confingant tale aliquid hæretici.* Et C. 37. *Qui estis? Quando & unde venistis? Quid in meo agitis, non mei? Quo denique,* Marcion, *jure sylvam meam cædis? Quâ licentiâ,* Valentine, *fontes meos pervertis? Quâ potestate,* Apelles, *limites meos commoves? Quid hîc,* cæteri, *ad voluntatem vestram seminatis & pascitis? Mea est possessio. Olim possideo. Prior possideo. Habeo origines firmas ab ipsis auctoribus, quorum fuit res. Ego sum hæres Apostolorum.* Hæc Tertullianus.

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

A Tertulliano ad Cyprianum pedem proferamus, agedum. Hic verò ep. 3. ex editione Anglicanâ, *Episcopos & præpositos Dominum elegisse* ait, *nihilque audendum contra DEum, qui Episcopos facit.* Addit: *Hæc sunt initia hæreticorum & ortus atque conatus schismaticorum malè cogitantium, ut sibi placeant & præpositum superbo timore contemnant. Sic de Ecclesiâ recedituv, sic altare profanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem atque unitatem DEI rebellatur.* Idem ep. 59. *Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt aut natæ sunt schismata, quàm inde, quòd sacerdoti DEI non obtemperatur, nec unus in Ecclesiâ ad tempus Sacerdos & ad tempus Judex vice Christi cogitatur. Cui si secundùm magisteria divina obtemperaret fraternitas universa, nemo adversum Sacerdotum Collegium quicquam moveret, nemo post divinum judicium, post populi suffragium, post Coëpiscoporum consensum judicem se non jam Episcopi sed DEI faceret, nemo dissidio unitatis Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens seorsim foris hæresin novam conderet.* Et ep. 66. addit, *Apostolis præpositos vicariâ ordinatione succedere.* Jam & ibidem ait ille, *Ecclesiam esse plebem Sacerdoti coadunatam & gregem pastori suo adhærentem. Unde scire debes, Episcopum in Ecclesiâ esse & Ecclesiam in Episcopo, & SI QUI CUM EPISCOPO NON SINT, IN ECCLESIA NON ESSE.* Adjiciamus & locum ex epist. 69. *Si* Ecclesia *apud Cornelium fuit, qui Fabiano Episcopo legitimâ ordinatione successit & quem præter sacerdotii honorem martyrio quoque Dominus glorificavit, Novatianus in Ecclesiâ non est nec Episcopus computari potest, qui Evangelicâ & Apostolica traditione contemtâ nemini succedens à se ipso ortus est. Habere namque aut tenere Ecclesiam nullo modo posset, qui ordinatus in Ecclesiâ non est.* Supereſt, quod in libro de simplicitate Prælatorum sive de unitate fidei legimus, ubi ita definiri hæreticos videas: *Hi sunt, qui se ultrò apud temerarios convenas sine divinâ dispositione præficiunt, qui se præpositos sine ullâ ordinationis lege constituunt, qui, nemine Episcopatum dante, Episcopi sibi nomen assumunt.* Sed hæc Cypriani sufficiant.

§. VII.

Audiamus quoque Optatum Milevitanum L. 2. de schismate Donatistarum, qui, postquam C. 3. successionem Episcoporum Romanorum recensuisset, ita sub finem Donatistas alloquitur: *Vestræ cathedræ vos originem reddite, qui vobis vultis sanctam Ecclesiam vindicare.* Audiamus & Hieronymum in dialogo adv. Luciferianos: *Brevem apertamque animi mei sententiam proferam, in illa esse Ecclesia permanendum, quæ ab Apostolis fundata*

Digitized by Google

data usque ad diem hanc durat. Audiamus & Auguſtinum, qui contra epiſt. fundamenti C. 4. *Tenet me in Eccleſia ab ipſa ſede Petri Apoſtoli, cui paſcendas oves ſuas Dominus commendavit, usque ad præſentem Epiſcopatum ſucceſſio Sacerdotum.* Hujus autem ſucceſſionis in Eccleſiâ Romanâ curſum in epiſt. 165. ad Generoſum ſiſtit, ubi mox addit: *In hoc ordine ſucceſſionis nullus Donatiſta Epiſcopus invenitur.* Et conferri profectò poſſunt veteris Eccleſiæ doctores omnes illi, qui contra ſchiſmaticos, Novatianos, Donatiſtas reliquosque ſcripſere. En quomodo ſchiſmaticos definiat Concil. Conſtant. I. C. 6. *qui ſe ſanam quidem fidem confiteri præ ſe ferunt, avulſi autem ſunt & abſciſſi, & adverſus canonicos Epiſcopos congregationem faciunt.* Hinc Pelagius I. in literis ad Epiſcopos Provinciæ Tuſciæ T. 7. annal. Baron. A. C. 556. num. 31. *Diviſionem veſtram à generali Eccleſia, quam tolerabiliter ferre non potero, vehementer ſtupeo. Cùm enim beatiſſimus Auguſtinus, Dominicæ ſententiæ memor, qua fundamentum Eccleſiæ in Apoſtolicis ſedibus collocavit, in ſchiſmate eſſe dicat, quicunque ſe à Præſulis earundem ſedum autoritate vel communione ſuſpenderit, nec aliam manifeſtet Eccleſiam, niſi quæ in Pontificibus Apoſtolicarum ſedium eſt ſolidata radicibus, quomodo vos ab univerſi orbis communione ſeparatos eſſe non creditis, ſi mei inter ſacra myſteria ſecundùm conſuetudinem nominis memoriam reticetis, in quo licet indigno Apoſtolicæ ſedis per ſucceſſionem Epiſcopatûs præſenti tempore videtis conſiſtere firmitatem.* Hæc Pelagius. Aſt ſoli lucem affuſurus eſſet, qui prolixiùs probandum ſibi ſumeret, ſucceſſionem Apoſtolicam & Epiſcopalem in veteri Eccleſiâ tanto exſtitiſſe in pretio, ut ſine eâ ne Eccleſiam quidem eſſe illa, ſuo nimirum & antiquo illo tempore, mutatis enim temporibus, mutatâ rerum facie, aliter pronunciandum utique eſt, exiſtimaverit.

§. VIII.

Ubi verò de ſucceſſionis epiſcopalis valore & præſtantiâ ex veterum mente hîc diſſerimus, eam tùm in electione ad veteres Canones attemperatâ, tùm in ordinatione Canonicâ quærimus. Jam verò, quod electionem attinet, mirari quis poſſit, quî à primâ eligendi ratione in ſeculis ſequioribus tantoperè fuerit deviatum, ut nullibi locorum veteres Canones ampliùs obſerventur. Conſtat quippe, totam olim Eccleſiam, Epiſcopos, clerum & populum ſuas heic habuiſſe partes ſuâque uſos eligendi libertate. Etſi enim Apoſtoli ſoli eorumque συνεργοὶ ſubinde eligerent, etſi & exiſterent, qui ſuos deſignarent ſucceſſores (*), deinceps

 tamen

(*) Vide LUD. THOMASSINUM in vetere & nova Eccleſiæ diſciplinâ, iis in locis, quæ in indice, voce *Epiſcopus* ſub finem, ubi quæritur: *Succeſſorem ſibi an poſſit Epiſcopus deligere?* allegantur. Adde MARC. ANTON. DE DOMINIS de Republ Eccl. L. 3. n. 61. ſqq. f. 417. ſqq.

Digitized by Google

tamen Episcoporum, cleri & plebis juncta erat in electione auctoritas. Sed eam postea ad se traxere Imperatores & Reges, turbis, quæ per dissidia eligentium facile nascebantur, sic ituri obviam, qui tamen mox Episcopum, clerum & populum in partes traxere, mox soli sibi arrogavere eligendi negotium. Quin & Romanus Pontifex hanc facultatem, ubi potuit, usurpavit sibique vendicavit. Tandem ad Capitulares ea devoluta, queis postea à Regibus illa subinde ademta rursus est, Pontifice confirmationem sibi reservante, quæ olim ad Metropolitanos spectavit. Quæ omnia facili negotio diduci possent, si instituti nostri id ferret ratio. Evolvantur Annales Ecclesiastici, evolvantur veterum Conciliorum Canones, sanctiones pragmaticæ, concordata & quæ ejusmodi sunt. (*) Operam ergò luserit, qui existimaverit, dari adhùc in rerum naturâ successionem electionis Canonicæ, per seculorum decursum toties ubique turbatæ. Et sanè interrumpi ea debuit veterumque Canonum rigor sufflaminari, ne turbaretur res publica, cùm ita non ampliùs constituta sint hominum ingenia, ut clerus, ut plebs suâ uti possit libertate, sed eam in arbitrium superioris vel certarum personarum resignare necessum habeat.

§. IX.

De successione Episcopali ratione ordinationis utique prolixissimam jam mentem quoque nostram efferre possemus, si vellemus. Ast sufficiat, pauca hæc annotâsse. Sciendum est ante omnia, quid ad successionem ordinis pertineat. Scilicet 1. Ordinatio non à laico, non à Presbytero sed ab Episcopo & quidem 2. à duobus vel tribus, 3. ipsis validè ordinatis, 4. non hæreticis, non schismaticis, non simoniacis, non intrusis, nec excommunicatis facienda est, nec 5. ordinandi, qui istis criminibus & ipsi laborant, nec neophyti, nec minus ritè electi aut nondum baptizati, aut juniores, aut jam ordinati, nec 6. per saltum, nec 7. sede nullâ vacante & in locum injustè depositorum facienda ordinatio, denique & 8. genuina ordinationis forma adhibenda est, quæ est commissio muneris episcopalis verbis, precibus atque impositione manuum declarata. Cùm autem magna prorsus sit distinctio inter ordinationes *illegitimas* & *irritas* sive *invalidas*, nec, quæ ordinationem reddunt *illegitimam*, eam statim reddant *invalidam*, non existimandum est, successionem episcopalem desiisse statim, ubi aliquid eorum, quæ meminimus, neglectum fuerit. Sci-

(*) Confer eundem THOMASSINUM in libro citato P. 2. L. 2. & JO. HENN. BOEHMERUM in Jure Ecclesiastico Protestantium L. 1. tit. 6.

Digitized by Google

Scilicet, si à laicis, si à presbyteris fiat ordinatio, si ordinentur personæ prorsus inhabiles, uti, qui extra Ecclesiam constituti sunt, sive infideles sive hæretici, uti & pueri & mente capti & similes, invalida juxta veteres Canones est ordinatio. In cæteris vel illegitima est, vel dubius saltem illius valor est, cùm traditio ecclesiastica subinde hîc sibi satis haud constet (*).

§. X.

Hæc cùm ita sint, cùm & sic facilè edoceri possit, successionem Episcopalem in toto mundo desiisse, facilè quidem responderi poterit Romanensibus & in specie Cardinali BELLARMINO, caustanti, nullam apud nos Ecclesiam esse, quia nulli apud nos sint Episcopi, de controversiis Christianæ fidei adversus hujus temporis hæreticos T. 2. L. 4. de notis Ecclesiæ C. 8. ubi ita ille: *Ecclesia non potest esse sine Episcopis. Apud Lutheranos non sunt Episcopi. Nam non habent ordinationem nec successionem ab Apostolis. Igitur apud eos non est Ecclesia.* Scilicet retorqueri hoc telum contra ipsam Ecclesiam Romanam potest, quæ & ipsa nullam Episcoporum successionem canonicam habet, uti in dissertatione *de successione Episcopali*, libro singulari *de originibus Juris Ecclesiastici* suffixâ ostendimus. (**) Ast; posito, non concesso, Ecclesiæ Romanæ successionem Episcopalem eamque Canonicam competere, illa sanè nec Ecclesiis Protestantibus, ubi Episcopi sunt, maximè Anglicanæ, at verò & Ecclesiæ Suecica, Danica & fratrum Bohemorum Episcopos suos habent, denegari poterit, atque adeò, si ita visum esset, facilè in universas Ecclesias Protestantes derivari reducique posset. Dignum est argumentum, quod eventilemus latiusque diducamus. Ab Anglicanâ verò Ecclesia ut exordium rerum fiat, res ipsa poscit.

CAPUT II.

De successione Episcopali in Ecclesiâ Anglicanâ, Suecicâ, Danicâ & unitate fratrum Bohemorum conservatâ.

§. I.

Ecclesiam Anglicanam successionem Episcopalem (***) semper tùm ante tùm post reformata sacra servâsse ex ipsius annalibus patet. Primum

(*) Vide dissert. de successione episcopali art. 7.
(**) Art. 6. 7.
(***) Supposito nempe hoc, quod Ecclesia Pontificia usque ad reformationis tempora successione Episcopali verâ & canonicâ visa fuerit. Vide diss. de succes. Episc. art. 8.

Digitized by Google

& ipsi fatentur Romanenses. Etsi enim, quæ de conversione Britannorum per Petrum vel Paulum vel Simonem Zeloten vel Aristobulum vel Josephum Arimathæum factâ, vel de novâ conversione sub Eleutherio, Episcopo Romano & Lucio Rege quæ contigerit, (*) à sequioribus scriptoribus narrantur, vel dubia sint, vel apertas fabulas sapiant, constat tamen, Evangelii lucem in primis statim temporibus Britanniæ illatam fuisse, ita quidem, ut ante fundatam Ecclesiam Romanam id accidisse ex ipsorum quoque Romanensium confessione probari possit. Ex quo & id consequitur, ex Oriente primùm, non Româ, venisse, qui primæ Ecclesiæ fundamenta in Angliâ jecerint. Hinc cùm Augustinus Monachus à Gregorio M. in Angliam mitteretur, ut Anglos ad fidem Christianam converteret, id quod seculo sexto ad finem vergente contigit, Britannos, qui dudùm Christiani erant, invenit & in tempore celebrandi Paschatis & in administratione baptismi à Romanâ Ecclesiâ abeuntes, Pontificique Romano haud subditos. Hæc cùm reformare vellet Augustinus, & Britannos sedi Romanæ subjicere, hi, qui Archiepiscopo Menevensi subjecti erant, Dinotho, Abbate Bangorienſi interprete, protestati sunt, unde magna in istos strages facta est. Ipse verò Augustinus à Virgilio, Arelatensi Archiepiscopo (**) ordinatus fuit. (***) Ex quo & ipso constat, ordinationes Anglicanas à Gallicanis repetendas esse, quæ Orienti, non

(*) Vide hic FRID. SPANHEM. Opp. T. 2. f. 389. sqq. maximè vero JAC. USSERIUM de Britannicarum Ecclesiarum antiquitatibus C. 1. 2. & FRANC. MASONUM in vindiciis Eccl. Angl. L. II. C. 2. 3.

(**) Ætherium ponit Beda. Sed talis inter Archiepiscopos Arelatenses non datur, ut videre est ex DIONYSII SAMMARTHANI Galliâ Christiana T. 1. f. 540. 541. Ætherius Lugdunensis fuit, non Arelatensis Archiepiscopus, ut rectè BARONIUS.

(***) Instar omnium heic consuli potest FRANC. MASONUS in vindiciis Ecclesiæ Anglicanæ L. 2. C. 1. usque ad 6. Cæterum ex hisce omnibus egregiè colligit GEORGIUS BULLUS, Episcopus olim Menevensis, Ecclesiam Romanam matrem Anglicanæ haud esse, sed jam olim inde à primâ conversione suâ, quæ conversionem urbis Romanæ antecesserit, Britanniam proprium suum Primatem habuisse eodemque eum Cypro privilegio gavisam, quæ itidem nulli Patriarchæ fuit subjecta. Vide the corruptions of the Church of Rome in answer to the Bishop of Meaux's queries p. 72. sqq. Qui latius omnia deducta legere voluerit, adeat JAC. USSERII Britannicarum Ecclesiarum antiquitates & EDUARDI STILLINGFLEETI Origines Britannicas, eaque, quæ in dissertatione de auctoritate Patriarchali & Metropolitica regessit EMANUEL A SCHELSTRATE, refutata à JOSEPHO BINGHAMO in orig. & antiqu. Eccles. L. IX. C. 1. §. 12. Itaque ergo, ubi Ecclesia Anglicana Pontificis Romani jurisdictioni tempore reformationis sese subduxit, ad pristinum & antiquissimum, statum, ad pristina jura, ad primævum florem suum rediit.

Digitized by Google

non Romæ originem debent. (*) Aſt non eſt, quòd ſucceſſionem Epiſcopalem Anglicanam ante tempora reformationis jam demonſtremus, utpote quæ in controverſiam nulla venit ſed ipſorum Romanenſium calculo, uti jam diximus, firmatur.

§. II.

Quamvis autem de ſucceſſionis Epiſcopalis Anglicanæ veritate ante reformata ſacra haud dubitent Romanenſes, cauſſantur tamen, eam, ſacris ſub Henrico VIII. Eduardo VI. & Eliſabethâ Reginâ mutatis, interruptam & abolitam fuiſſe. Conſtat, quid BELLARMINUS, SANDERUS, BRISTOUS, HARDINGUS, ALANUS, STAPLETONUS, PARSONUS, KELLISONUS, EUDÆMON, BECANUS, FITZ-HERBERTUS, FITZ-SIMON, CHAMPNÆUS, FLUDDUS aliique, maximè anonymi heic Anglis oppoſuerint, quorum calumnias ante omnes alios egregiè & plenè retudit excellentiſſimus Scriptor Anglus, FRANCISCUS MASONUS, (**) qui &, quæcunque recentiores atque inter eos maximè BOSSUETUS & MASSUETUS ex antiquioribus repetiere, (***) jam occupavit. Tàm præſtantia autem, tàm ſolida ſunt, quæcunque à MASONO dicta fuere, ut nobis nil reſtet, quàm ut brevi quodam compendio lectori Germano, cujus oculos vix liber ille ſubit, ſiſtamus. Objectionum, quæ à Romanenſibus formantur, ſumma eſt, Epiſcopos Anglicanos poſt reformata ſacra nec à legitimis Epiſcopis, nec à tribus, ut fieri par fuiſſet, nec ab orthodoxis, ſed ab hæreticis, à ſchiſmaticis, ab excommunicatis, à laicis ordinatos eſſe, eſſe & Epiſcopos Anglos uxoratos, non adhiberi ordinationem apud ipſos genuinam, utpote quæ & in materiâ & in formâ peccet, adhibitas quoque hîc eſſe ordinationes ludicras, falſa ordinationum regiſtra produci, injuſtè depoſitis ſucceſſiſſe illegitimos & hæreticos, Anglos itidem nec

(*) A Pothino enim & Irenæo derivandæ illæ ſunt, atque à Dionyſio Pariſienſi, ut antiquiores, Trophimum, Creſcentem, Paulum aliosque, quos Paulus Apoſtolus ordinâſſe dicitur, taceamus. Sed obſcura tamen primarum ordinationum Gallicanarum origo eſt, ipſis hiſtoricis Gallis haud diffitentibus.

(**) Titulum fert hunc liber, quem ſcripſit, prorſus egregius & præſtantiſſimus: *Vindiciæ Eccleſiæ Anglicanæ ſive de legitimo ejusdem Miniſterio, id eſt, de Epiſcoporum ſucceſſione, conſecratione, electione & confirmatione, item de Presbyterorum & Diaconorum ordinatione libri quinque.* Editionem tertiam poſſidemus Londini A. 1646. in folio editam. Eſt vero hic Autor inſtar omnium, qui conſuli hic poſſent. Nullus lucalentior, nullus accuratior.

(***) Vide, quæ in diſſertatione de ſucceſſione Epiſcopali articulo VIII. dicta fuere.

Digitized by Google

Diaconatum nec minores habere ordines, nec à Pontifice Romano eligi vel confirmari ſed à Regibus laicis, nec poteſtatem abſolvendi aut corpus dominicum conficiendi & offerendi accipere, cùm ſacramentum pœnitentiæ & ſacrificium Miſſæ abrogaverint. Accedunt recentiorum, maximè Jacobitarum, quos vocant, calumniæ, qui cauſantur, poſt injuſtè depoſitos à GUILIELMO III. Epiſcopos alios ſucceſſiſſe, qui utpote illegitimi, ſucceſſionis Epiſcopalis ordinem turbaverint, quod vel maximè de Jo. TILLOTSONIO, Archiepiſcopo Cantuarienſi affirmandum ſit, qui ſedem hanc ingreſſus fuerit haud baptizatus, ordinemque Epiſcopalem adeò nec accipere nec dare potuerit. (*) Hæc objectionum Romanenſium ſumma eſt, quæ contra CRANMERUM, PARKERUM & TILLOTSONIUM maximè vibratur.

§. III.

Et quidem, quod THOMAM CRANMERUM attinet, à quo ordinationes Anglicanæ omnes originem ſumunt, eum ritè fuiſſe ordinatum & conſecratum Epiſcopum à Joanne Lincolnienſi, Joanne Exonienſi & Henrico Aſaphenſi, talemque agnitum ab ipſo Pontifice Romano, contra BECANUM, FITZ-SIMONEM aliosque luculentiſſimè MASONUS probat. (**) Contigit hæc conſecratio A. MDXXXIII. die XXX. Martii. Idem MASONUS porrò impedimenta canonica, quæ CHAMPNÆUS CRANMERO objicit, bigamiam nempe ſucceſſivam, actuale conjugium, ſchiſma & hæreſin mox diluit. (***) Quærit & hâc occaſione, (****) utrum Papæ abrenunciare ſit ſchiſma aut hæreſis? & porrò, utrum ſchiſma vel hæreſis conſecrationem irritam reddat? (**) ubi conſtat utique, traditionem & præjudicia veterum heic ſibi non conſtare, id quod alibi ex MORINO jam notatum fuit. (**) Pergit deinde MASONUS, & de Epiſcopis tempore Henrici VIII. poſt exterminatum Pontificem conſecratis agit. (***) Et verò præſupponit hîc

(*) Heic vero eandem diſſertationem eodem loco confer, ubi, quæ de TILLOTSONIO relata fuere, nondum diluta ſunt. Sed ex ſequentibus patebit, inſignem hanc Jacobitarum eſſe calumniam, nullo prorſus fundamento nixam.

(**) L. 2. C. 7.

(***) C. 8.

(****) C. 10.

(**) C. 11.

(**) Vide diſſ. de ſucceſſ. epiſc. art. 7. in notâ.

(***) C. 12.

Digitized by Google

hîc MASONUS, Romanenſes vi Conciliorum Florentini atque Tridentini perſuaſiſſimos eſſe, quòd per ordinationem character indelebilis ab Epiſcopis imprimatur, qui non ſchiſmate, non hæreſi, non cenſuris Eccleſiaſticis, non interdicto, non degradatione, ne anathemate quidem eradi poſſit aut expungi, Deusque hîc ex pacto concurrat ad effectus ſupernaturales producendos, imò & ad alium characterem, etiam epiſcopalem, conferendum. Quibus præmiſſis oſtendit idem, ſub Henrico VIII. & ſacrandos & ſacrantes & ſacrandi formam & ſacrationis effectum rectè ſe habuiſſe, maximè cùm ordinatio per tres Epiſcopos juxta canones fuerit facta, id quod per inductionem exemplorum demonſtrat, nominatis & Epiſcopis & eorundem conſecratoribus. Cùm verò hîc opponat CHAMPNÆUS, fuiſſe tamen hæreticum & ſchiſmaticum CRANMERUM, adeoque, licet charactere Epiſcopali gaviſus fuerit tamen legitimè ordinare alios haud potuiſſe, reſpondet MASONUS, (*) remanere hoc tamen, quod validè alios ordinaverit, etſi non legitimè, licet & legitimè ordinaverit, quia adeò hæreticus non fuerit, ut potius ab errore & ſuperſtitione Eccleſiam repurgaverit. Quæ omnia tantâ cum eruditione, tanto cum judicio demonſtrat, ut non poſſit non lector tàm ſolidis ratiociniis planè in aſſenſum rapi. En floſculum quendam, qui in reſponſionibus MASONIANIS planè egregius eſt. CHAMPNÆUS CRANMERUM *religionis & Eccleſiæ Anglicanæ patrem & progenitorem* dixerat. Reſpondet ita MASONUS. *Religionis noſtræ, Philodoxe? Minimè gentium! Sed Deus O. M. Pater, Filius & Spiritus S. Noſtrorum autem ordinum Author eſt ipſe Chriſtus, à quo ordinandi poteſtas tanquàm à fonte limpidiſſimo ſcaturiens primò in Apoſtolos, deinde ab Apoſtolis in Epiſcopos eſt transfuſa, qui primùm aurei, poſt argentei, denique, metallo in deterius vergente & errore gliſcente aliquâ ex parte facti ſunt plumbei. Ordines igitur, qui primitùs pellucidi erant & cryſtallini, poſt aliquot ſecula per canales Pontificios fluxerunt turbidi & tales ad* Cranmerum *devenerunt. Ipſe autem* Cranmerus, *regnante Henrico VIII. ordines Eccleſiæ Romanæ more, id eſt, ſuis corruptelis coinquinatos contulit. Cæterùm ordinandi formula ſub Eduardo VI.* Cranmeri *ac aliorum opera à contractis Pontificiorum ſordibus percolata eſt & defecata. Unde factum, ut* Cranmerus *poſtea ordines traderet puriores & emendatam formulam ad poſteros transmitteret. Quamobrem, ſive ordinantium ſucceſſionem, ſive limatiorem ſpectemus ordinandi formulam, ordinationes noſtras à* Cranmero *fluxiſſe fateor. Nec quicquam eſt, ut nos talis patris ac progenitoris pudeat.* Hæc & egregiè quidem MASONUS, (**) qui

(*) C. 13. (**) l. c. f. 190, 191.

Digitized by Google

qui & ad Cardinalis PERRONII argumentum, quod idem cum illo CHAMPNÆI est, licet alio modo propositum, respondet. (*) Ast de CRANMERO vel maximè quoque in vitâ ipsius Anglicè datâ conferendus est Jo. STRYPE, Vir præstantissimus.

§. IV.

Hactenùs de Episcopis sub Henrico VIII. consecratis MASONUS egerat. Nunc & ad illos, qui sub Eduardo VI. floruere, pergit ostenditque, ritè eos & validè ordinatos esse. (**) Scilicet demonstrat, & Presbyteros eos fuisse ante ordinem Episcopalem ipsis collatum, & à legitimis Episcopis & juxta rituale maximè antiquum ordinatos esse. Quæ omnia hìc nobis repetere haud licet, ne prolixior nostra evadat tractatio. Cùm verò causentur Romanenses, post novum Ordinale ab Eduardo VI. introductum ordinem Episcopalem in Angliâ ritè haud collatum esse sed & materiam & formam ordinis fuisse immutatam, egregiè tùm ex scripturis sacris, tùm ex antiquis, imò & Romanensibus doctoribus ipsis ostendit MASONUS, (***) & materiam, nempe impositionem manuum, & formam, verba nempe: *accipe Spiritum S.* cum precibus sufficere & in Ecclesiâ Anglicanâ servata semper fuisse resectasque saltem superstitiones sequiùs in Ecclesiam invectas, unctiones, traditionem baculi & annuli, & quæ ejusmodi sint. Confert dein Ordinale Anglicanum cum antiquioribus & Ordinalia Romana inter se quoque confert, horumque discrepantiam, illius vero præstantiam egregiè ob oculos sistit, (****) ostenditque, superstitiones recentiùs assutas nondum olim valuisse. Denique & Episcopos, sub Mariâ qui vixere, tùm antiquiores tùm novos exhibet & excutit. (*.*)

§. V.

Ubi ad tempora Reginæ Elisabethæ devolvitur MASONUS, ante omnia egregiè & facile probat, Episcopos Pontificios optimo jure depositos fuisse, id quod & exemplo Abjatharis à Salomone ejecti defendit. (*.*) Postea de primatu Regio & juramento latè agit, id quod tamen ad nostrum institutum vix pertinet. (*.*.*) Transit dein ad argumentum illud Pontificiorum, quo caussantur illi, electionem Episcoporum Anglicanorum esse illegitimam, quòd à Regibus fiat, queis ista haud competat facultas. (*.*.*) Et heic ferè demùm, plurimis anteà interfertis, alio loco,

(*) C. 14. (**) C. 15. (***) C. 16. (****) C. 17. *.* C. 18.
(*.*) L. 3. C. 1, 2, 6. (*.*.*) C. 3. 4. 5. (*.*.*.*) C. 7.

Digitized by Google

co, (*) ſed egregiè reſpondet, facultatem eligendi à populo vel potiùs ab Eccleſiâ in Magiſtratus transfuſam fuiſſe, vel ſibi eam Magiſtratus ipſos ſumſiſſe, cùm vidiſſent, rationem eligendi popularem tot in Eccleſiâ & Republicâ turbas ſæpiùs creâſſe. Jam & id ipſis licuiſſe addit idem, cùm non ſolùm eligendi nulla formula in ſacris literis ſit tradita, ſed & ipſi Pontifices Romani & Epiſcopi Conſtantinopolitani, Hiſpani, Galli, Germani, Angli, uti ex annalibus Eccleſiaſticis pateat, inde ab antiquis jam temporibus ab Imperatoribus & Regibus ſubinde electi fuerint. (**) Parciorem autem ſe in argumenti hujus evolutione dicit MASONUS, (***) quòd idem contra BELLARMINUM Cardinalem egregiè eventilaverit LANCELOTTUS ANDREWS, Epiſcopus Elienſis. (****) Quærit &, utrum ſit Pontificis Romani, omnes totius orbis terrarum Metropolitanos & inter reliquos Metropolitanos Angliæ confirmare? Item an Papa in Angliæ Epiſcopos jurisdictionem habeat, ut Patriarcha Occidentalis? & utrumque negat. (*_*) Etenim, uti jam ſupra diximus, Britannia, antequàm ibi appelleret Auguſtinus, converſa jam fuit & quidem à Viris Apoſtolicis ex Oriente vel Galliâ adventantibus, ſuoque ipſa Primate gaviſa eſt, atque, excuſſo Pontificis Romani, qui à fide aberravit, jugo poſt reformata ſacra ad priſtinum florem ſuum jam rediit. Taceo, juxta veteres Canones Epiſcopum Romanum nonniſi, & quidem ſaltem jure humano, Patriarcham eſſe cæteris æqualem, ſub quo profectò & Anglia haud ſtetit olim, quæ, ubi libere deinceps vel coacta jurisdictioni ipſius ſe

(*) L. 4. C. 4. ſqq. (**) C. 6. ſqq. (***) f. 461.

(****) Scripſerat JACOBUS, Magnæ Britanniæ Rex idiomate Anglicano librum, cui Titulus: *Triplici nodo triplex cuneus, ſive apologia pro juramento fidelitatis adverſus duo brevia Papæ Pauli V. & recentes literas Card.* Bellarmini *ad* Georgium Blackvvellum, *Angliæ Archi-Presbyterum ſcriptas.* Londini 1607. Huic libro poſtea latinè verſo & operibus Regis JACOBI illato repoſuit BELLARMINUS ſub nomine *Matthæi Torti, Theologi Papienſis reſponſionem ad librum inſcriptum:* Triplici nodo triplex cuneus. Coloniæ 1608. 8. BELLARMINUM depexum mox dedit Epiſcopus ille Elienſis, quem nominamus, ad Epiſcopatum Wintonienſem poſtea promotus in *Torturæ torti* Lond. 1609. 4. Elienſem refutare conati ſunt BECANUS & EUDÆMON JOANNES, Latinus ille, hic Græcus, Jeſuitæ. Sed Elienſem ex Anglis defenderunt RICH. THOMSONIUS & ROB. BURHILLUS. Vide VINC. PLACCII Theatrum Anonymorum n. 116 117. & pſeudonymorum n. 2717. JO. WOLFG. JÆGERI Hiſt. Eccleſ. ſeculi XVII. T. 1. f. 126. ſqq. & JO. CHRISTOPH. WOLFII Caſauboniana p. 208. 209.

(*_*) C. 15. 16.

Digitized by Google

ſe ſubjecit eamque tulit, cùm ferre eam amplius haud valeret, eâdem libertate priſtina jura reſumſit.

§. VI.

Jam ad MATTHÆI PARKERI, Archiepiſcopi olim Cantuarienſis ordinationem tempore Eliſabethæ Reginæ factam ordo nos deducit. Refutat hîc primò MASONUS (*) calumniam illam & fabulam, à Pontificiis confictam, PARKERUM recuſantibus Epiſcopis legitimis à Jo. SCORY, Epiſcopo illegitimo, eoque ſolo in popinâ quâdam ad inſigne capitis equini in plateâ *Cheapſide* conſecratum fuiſſe. Oſtendit porrò ex Regiſtris, illum, antea Presbyterum, in capellâ Lambethanâ à GUIL. BARLOW, Epiſcopo Ciceſtrienſi, Jo. SCORY, Epiſcopo nuper Ciceſtrienſi, jam Herefordienſi electo, MILONE COVERDALIO, Exonienſi quondam Epiſcopo & Jo. HODGSKINS, Suffraganeo Bedfordienſi, ab Eliſabetha ad hunc actum ritè vocatis die XVII. Decemb. A. MDLIX. adhibitis genuinâ materiâ & formâ ordinatum & ſacratum fuiſſe. (**) Demonſtrat denique idem, hos PARKERI conſecratores ipſos & ritè conſecratos eſſe, BARLOUM & HODGSKINSUM ſub Henrico VIII. SCORÆUM & COVERDALIUM ſub Eduardo VI. (***) Ut mirum ſit, RENATUM MASSUETUM veterem calumniam, quam & GILB. BURNETUS refutatam dedit, inter recentiores repetere ſuſtinuiſſe (****) & CHAMPNÆI quidem, ſed minùs MASONI, cujus librum non inſpexerat, meminiſſe, vel, quæ à MASONO regeſta fuere, ſaltem diſſimulâſſe. Jam itaque, cùm PARKERI conſecratio, à quâ reliquæ omnes Anglicanæ originem trahunt, ſit canonica, Epiſcopique reliqui omnes, qui ſub Eliſabethâ Reginâ floruere & in depoſitorum locum ſurrogati fuere, ritè ordinati fuerint, (certè indices eorum ex Regiſtris ſollicitè adfert MASONUS,) (*,*) cùm & de Epiſcopis ſub JACOBO Rege conſecratis idem conſtet: (jam enim & horum indicem MASONUS ex Regiſtris dat,) (*,*) res utique confecta eſt. Idem MASONUS vel tandem GEORGII ABBOTI, Archiepiſcopi Cantuarienſis lineam Epiſcopalem ſeu ordinationis ſucceſſivæ catenam auream exhibet &, quomodo ab Epiſcopis ſub Henrico VIII. ſacratis, quos Pontificii ipſi Canonicos fatentur, originem ea ducat, ex Regiſtris ad oculum, tabellâ ordinatâ, oſtendit. (*,*)

§. VII.

(*) L. 3. C. 8 & in appendice f. 677. ſqq.
(**) L. 3. C. 9. 18. Addenda omnino venit PARKERI vita Anglicè à JO. STRYPIO data.
(***) C. 10. (****) Vide diſſ. de ſucceſſ. Epiſcop. art. 8. in notâ.
(*,*) C. 12. 13. 19. (*,*) C. 14. (*,*) C. 15.

Digitized by Google

§. VII.

Nec cauſſari quis poteſt, ab eo inde tempore temeratam ſucceſſionem eſſe. Suo enim continuo curſu fluxit usque ad tempus hoc, quod agimus, Anglorum Epiſcoporum ſucceſſio. Id enim, quod Jacobitæ, quos vocant, objiciunt, quòd interrupta illa fuerit, ubi GUILIELMUS III. Rex Epiſcopis abs ſe depoſitis alios ſurrogavit, cùm hi validè ordinati eſſe & validè ordinare ipſi haud valuerint, ſiculneum & canonibus antiquis quoque adverſum eſſe, Viri præſtantiſſimi demonſtrârunt ſatis. (*) Nec dici quòque ſine calumniâ poteſt, interruptam ſucceſſionem fuiſſe in Jo. TILLOTSONIO, Archiepiſcopo Cantuarienſi, Anabaptiſtæ filio, qui, utpote haud baptizatus unquam, validè ipſe ordinari & ordinare haud potuerit. Ut enim taceamus, ritè ordinâſſe Apoſtolos, de quorum baptiſmo certi nil conſtat, fuiſſeque inter veteres Epiſcopos ritè conſecratos, qui baptizati nondum fuere, (**) eo tempore, ubi baptiſmus usque ad finem vitæ differebatur, certiſſimè conſtat, Jo. TILLOTSONIUM baptiſmo tinctum fuiſſe. Natus ille fuit Sowerbiæ in agro Eboracenſi A. MDCXXX. ſub finem Septembris, patre Roberto Tillotſonio, ſartore Puritano, non Quakero (tùm enim ſecta Quakerorum nondum orta fuerat,) & Mariâ, Jo. Dopſoni filiâ, baptizatus verò in Eccleſiâ parochiali ſuâ Halifaxiæ die III. Oct. ejusdem anni. (***) Et ſanè prorſus haud probabile eſt, eum

 haud

(*) Vide, quæ dicta fuere in diſſ. de ſucceſſ. epiſc. l. c.

(**) e. g. Nectarius, Epiſc. Conſtantinopel. Vide MASONUM L. 1. C. 3. f. 23.

(***) Vide vitam Tillotſonii ſcriptam à F. H. ex ſchedis Joungianis & Londini A. 1717. 8. editam p. 10. 11 ubi hæc verba habentur: *John Tillotſon* vvas the Son of *Robert Tillotſon* in the County of Yorck, a Clothier, by *Mary*, the Daughter of *Thomas Dopſon* of Sovverby, in the Parish of *Halifax*. He vvas there born either the latter end of September, or the beginning of October, in the year one thouſand ſix hundred and thirty. Novv there having been a ſcandalous ſtory raiſed of this great and good Man in King Charles the ſecond's time and ſince revived vvith more virulency upon his laſt preferment, to vvhich he vvas ſo juſtly promoted, *that vve had a Father of our Church, vvho vvas never a Son of it*, ſome of his Friends (it vvas, as I have been informed, the Marquis of Halifax, his conſtant Patron and Friend) to ſtop the mouth of ſlanderers, made application to the Miniſter and Church-vvardens of *Halifax* about ſearching their Regiſter, of vvhich they transmitted the followving certificate, vvhich is not judged improper to be here inſerted.

Theſe are to certify, that JOHN TILLOTSON, *the ſon of* ROBERT TILLOTSON, *of* Sovverby *in the Parish of* Halifax *and County of* Yorck *vvas baptized at* Halifax *afore ſaid the third Day of* October *in the year of our*

haud baptizatum fuiſſe, qui in Academiâ Cantabrigienſi educatus per omnes ordines eundo ad ſummum dignitatis Eccleſiaſticæ in Angliâ faſtigium, omnibus applaudentibus, penetravit. Corrigenda itaque & ſupplenda illa ſunt, quæ alibi minus plenè heic dicta fuere.(*) Cæterum, ſi quis ſucceſſionem epiſcopalem omnium Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Anglorum, qui unquam vixere, uno obtutu conſpicere geſtiat, ex Regiſtris Eccleſiarum & monumentis fide digniſſimis erutam, adire is poterit *Eccleſiæ Anglicanæ faſtos*, (**) quos Londini in formâ majore edidit Jo. Le Neve, ſcriptor diligentiſſimus.

§. VIII.

Aſt nondum ſatis perorata eſt, quam agimus, cauſſa. Certè enim Regiſtrorum illorum ἀυθεντίαν & veritatem ſollicitant Romanenſes. Aſt illibatam eorum fidem tàm ſolidè adſtruit Masonus, (***) ut fides omnis hiſtorica neganda foret, ſi hæc in dubium vocaretur. Nihil præſtantius dici poteſt argumentis illis, quæ protulit Masonus. Adeò publica Regiſtris illis conſtat fides. Sed iſtis quidem heic repetendis immorari non poſſu-

our Lord one thouſand ſix hundred and thirty, as appears by our Parish Regiſter.

Ita teſt. { JOS. WILKINSON, Vicar. de Halifax.
JO. GAUKROGER, Cler. Paroch. de Halifax.

So great veneration they bear to the memory of that good Man, that not content with this Certificate, they, upon his deceaſe, were pleaſed to put up this inſcription in letters of gold in the Church of Halifax.

JOHANNES TILLOTSON, Archiepiſcopus Cantuarienſis, natus Sowerbiæ, renatus Halifaxiæ 3tio Octobris 1630. denatus Lambethæ 22do Novemb. Ao. D. 1694. Ætatis 65.

(*) In diſſ. de ſucceſſ. Epiſc. l. c.

(**) *Or an eſſay towards deducing a regular ſucceſſion of all the principal Dignitaries in each Cathedral, Collegiate Church or Chapel (now in being) in thoſe parts of Great Britain called England and Wales from the firſt erection thereof to this preſent year 1715. containing the names, dates of conſecration, admiſſion, preferment, removal or death of the Archbishops, Bishops, Deans, Præcentors, Treaſurers, Chancellors and Archdeacons in their ſeveral ſtations and degrees.* In the Savoy 1716. fol.

(***) L. 3. C. 17, 18.

Digitized by Google

poſſumus, qui ad MASONUM ipſum lectorem ablegamus. Aſt, uti jam ab initio dicere cœpimus, aliæ adhùc ſunt objectiones, quæ à Pontificiis formantur. Ajunt nempe, hunc in ordinationibus Anglicanis obſervari defectum, quòd ad omnes tres Epiſcopi, quos requirunt Canones veteres, haud fuerint adhibiti. Sed reſpondet MASONUS atque tùm ex ipſâ Eccleſiæ antiquæ & Romanæ praxi, tùm ex Canonibus, tùm ex Doctoribus oſtendit, numerum ternarium non abſolutè eſſe neceſſarium, (*) Epiſcoposque Anglicanos utique à tribus ordinari. (**) Addunt Pontificii, Anglos nullos habere Presbyteros, cùm ſacramentum pœnitentiæ, cùm confeſſio auricularis, cùm ſatisfactionum impoſitio, cùm ſacrificium Miſſæ apud ipſos non vigeant. Sed ſponte ſuâ hæc objectio cadit, ſi demonſtraveris, hæc omnia veteri Eccleſiæ ignota eſſe & ſuperſtitiones has eſſe Scripturis ſacris adverſas & à Proteſtantibus rectè abrogatas & rejectas. (***) Cauſſantur adhùc iidem, Anglos nullos habere Diaconos adeoque haud omnes ordines, unde ſucceſſio nihilominus apud ipſos defecerit, ordinationem enim per ſaltum haud valere. Sed & hoc ipſum longè falſiſſimum eſt, cùm nemo apud ipſos ordinetur Epiſcopus, niſi qui prius fuerit Presbyter & Diaconus. (****) Poſtremum, quod oggerunt Romanenſes, in eo conſiſtit, quòd ajunt, Anglos ipſos dicere ſalvis ſuis principiis haud poſſe, quòd ſucceſſio Epiſcopalis in Eccleſiâ Anglicanâ fuerit ſervata, cùm per Epiſcopos Pontificios adeòque illegitimos & Antichriſti ſatellites in eandem fuerit transfuſa. Aſt & heic datur reſponſio, ſucceſſionem Epiſcopalem, licet pura primùm fluxerit, poſtea tamen ſub Pontificibus Romanis plurimis fœcibus atque ſuperſtitionibus contaminatam fuiſſe, à quibus eadem beneficio reformationis liberata fuerit & nunc idcircò pura fluat, ubi reſectâ, quæ ipſam occupaverat, ſuperſtitione priſtino nitori ſuo ſit reſtituta. (*,*) Hinc &, cùm ſucceſſionis Epiſcopalis veritatem in Pontificiis agnoſcant Angli, Presbyteros ab ipſis ad ſe accedentes haud reordinant, etſi Pontificii Anglorum Sacerdotes pro nullis reputent. (*,*) Cæterùm, ubi Pontificii Epiſcopis Anglicanis objiciunt, eos hæreticos, ſchiſmaticos, excommunicatos, intruſos, adeòque nullos & laicos, eos & uxoratos eſſe nec à Pontifice Romano vel electos vel confirmatos, facilè & idipſum diluitur, cùm dicitur, fal-

(*) Conf. & MORINUM de Sacris Eccleſ. Ord. P. 3. Ex. 4. C. 2. §. 14. f. 47.
(**) L. 1. C. 4. ſqq. (***) Vide & MASONUM L. 5. C. 1. ſqq.
(****) Confer eundem MASONUM L. 5. C. 13 (*,*) Vide MASONUM L. 5. C. 14.
(*,*) Vide iterum MASONUM L. 5. C. 14. n. 11, 12, f. 670, 671.

Digitized by Google

sò hæresin & schisma imputari iisdem, utpote qui ab hæresi Ecclesiam potius liberaverint, Antichristianum porrò esse, conjugio Episcopos interdicere, schismaticos eos non esse, qui ab Ecclesiâ indololatrica & hæreticâ recesserint, nec intrusos, qui à Rege, cui jus circa sacra suum competat, qui & populum repræsentet, nominati, à Clero legitimè eligantur, Pontifici porrò Romano Ecclesiam Anglicanam subjectam olim haud fuisse, (*) neque Antichristo subjectam esse posse, denique juxta scita antiquorum ordinationes ab hæreticis, schismaticis, simoniacis, intrusis factas validas quoque esse, uti Jo. Morinus in Commentario de sacris Ecclesiæ ordinationibus (**) luculenter demonstraverit. Quod restat, egregiè ostendit Masonus, Episcopos Anglos Romanis infinitis modis præstantiores esse, tùm quòd & certam sedem habeant, quam subinde Pontificii, qui in partibus infidelium, ut vocant, Episcopi sunt, non habent, Utopici adeò dicendi, tùm quòd officium Episcopale diligenter obeant Angli, Romanenses non item, inter quos major ferè pars Episcopatum teneat saltem ob honorem, splendorem & prærogativam mundanam, quæ illi adjacet, & ob lucrum, quod inde capitur, tùm quòd Canones antiquos longè religiosius servent quàm Pontificii, ut taceamus, Episcopos Anglos & doctrinam puriorem & cultum puriorem sacrum à superstitionibus & idololatriâ liberatum tenere. Sed addi & heic velimus Marci Antonii de Dominis, Archiepiscopi olim Spalatensis *ostensionem errorum*, quos adversum fidem Catholicam Ecclesiæ Anglicanæ conatus est defendere P. Franciscus Suarez, S. J. in suo libro, quem *defensionem fidei Catholicæ* inscripsit. (***) Taceamus alios Autores, consuli in hoc argumento qui possent. (****)

§. IX.

Evolutâ successionis Episcopalis in Ecclesiâ Anglicanâ veritate, placet jam paucis discutere, num successio Episcopalis in Ecclesiis Septentrionalibus, Suecicâ & Danicâ fuerit conservata. Et verò constat, utrique

(*) Vide supra C. 2. §. 1. cum notâ, item §. 5.

(**) P. 1. C. 2. 3. 4. P. 3. Ex. 1. c. 1. maximè Exerc. 5.

(***) Exstat annexa parti secundæ librorum de Republicâ **Ecclesiastica. Londini 1620. fol.**

(****) Supplendi hic sunt post antiquiores alios, quos Autor noster tacet, ii, qui de successione Anglicanâ magnas hodie lites inter se reciprocant, Romanenses ipsi, RENAUDOTIUS, GOULDIUS, COURAYERIUS, HARDUINUS, LEQUIEN, alii. Historiam controversiæ sub finem dissertationis hujus adnectemus. Ast & antiquiores præter MASONUM hic conferendos BRAMHALLUM, GOODWINUM, alios magno numero iidem hi adpellant. *Editor.*

Digitized by Google

que adhuc Episcopos præesse & Episcopales sedes inde à tempore reformationis usque ad nostrum hoc ævum esse continuatas. (*) Constat &, Episcopos ab Episcopis in Ecclesiis hisce ordinari, etsi Presbyteri ab Episcopis non semper ordinentur, sed & ab iis Præpositis, queis provinciam hanc subinde Episcopi demandant. Constat porrò, Jo. BUGENHAGIUM, Ecclesiæ Danicæ Reformatorem primos Evangelicos Episcopos in Daniâ A. MDXXXIX. ordinâsse, ipse licet Episcopali ordinatione haud fuerit gavisus. (**) Ita & in Suecià toties ordinatio repeti solet, quoties ad novum officium ecclesiasticum transitur. Patet hinc, successionem Episcopalem Canonicam Ecclesiis Septentrionalibus vix tribui posse. Sed nec Prutenicis illa adscribi potest, etsi nomen Episcoporum gesserint & HESHUSIUS & WIGANDUS, aliique, etiam post reformata sacra. (***)

§. X.

Apud fratres Bohemos Episcopalem vigere ordinem noviterque electum

(*) Imo constat & hoc, primos Episcopos Suecos post reformationem Evangelicam ab iis, qui in Ecclesiâ Romanâ Episcopi ordinati fuerant, ordinatos fuisse. In his fuit PETRUS MAGNI, Episcopus Arosiensis, Romæ A. 1524. consecratus. Vide Diarium Vastenense ad hunc annum p. 178. Obiit is anno 1534. Vide ibidem p. 183. Ab hoc PETRO Arosiensi consecrati sunt A. 1528. MAGNUS HARALDI, Scarensis, MAGNUS SOMMER, Strengnensis & MARTINUS SCKYTTE, Aboënsis Episcopi. Vide Jo. Baazii inventarium Ecclesiæ Suecogothorum L. II. C. 14. p. 227. & Jo. Messenii Scondiam illustratam T. V. f. 41. XV. f. 103. A. 1531. JOHANNES Lincopiensis, SUENO Scarensis, JONAS Wexionensis Episcopi, nescio à quo dicuntur ordinati. Vide eundem T. V. f. 52. & 55. Jam mirare, quid porro referat Messenius T. XV. f. 106. ad A. 1531. *M. Laurentius Nericius, Upsaliensis Ludirector Stockholmiæ XXIV. Junii Archiepiscopus regni nominatur, & Septembri exeunte ibidem consecratur. Verùm XII. Aug. Lincopensis, Scarensis & Wexionensis Episcopi Stockholmiæ initiabantur. A quibus velut Evangelicis, quòd Præsul esset fortè inauguratus, hunc & successores legitimè ordinatos non esse, nec alios per consequens veraciter Episcopos & Sacerdotes ordinâsse, Catholici sæpiùs deinceps non sine causa contenderunt.* Hæc Messenius. Optandum foret, ut Theologi Septentrionales de ratione Episcopatûs successionisque Episcopalis in Ecclesiis suis, editis hanc in rem scriptis, penitius nos ex archivis suis informarent. Nodum, quem indicavimus, non solvit HENR. BENZELIUS in diss. de successione Episcop. apud Evang. quæ in synt. diss. exstat.

(**) Vide Conradi Aslaci hist. reformationis Danicæ, atque Seckendorfii hist. Lutheranismi P. 3. f. 242. b. itemque vitam Bugenhagii apud Melch. Adami P. 1. f. 152. Nihil hanc in rem præcipui dedit novissimus Ecclesiæ Danicæ Historicus Episcopus Pontoppidanus.

(***) Scilicet nec horum ordinatio erat Episcopalis & canonica, nec si fuisset, fuisset continuata,

ctum Episcopum ab aliis Episcopis ordinatione Episcopali consecrari confirmarique constat. (*) Catalogum Episcoporum istorum inde ab A. MCCCCLXVII. usque ad A. MDCXLVIII. dedit ANDREAS WENGERSCIUS. (**) Latius verò argumentum hoc diduxit successionemque Episcopalem fratrum Bohemorum usque ad hæc nostra tempora peculiari libello enarravit Scriptor anonymus, qui verò luci sua nondum tradidit. (***)

CAPUT III.

De sententiâ Ecclesiarum Protestantium circa successionem Episcopalem, causisque, cur illa in iisdem intermortua fuerit ac desierit, sed &, de illius in easdem reducendæ vel necessitate vel convenientiâ.

§. I.

PRopositoargumenti, quod ex successionis Episcopalis apud nos defectu contra nos urgent Romanenses, momento & pondere, enarratisque etiam iis, quæ à Romanâ discessere, & in quibus successio Episcopalis eaque canonica adhùc floret vel obtinere creditur, Ecclesiis, restat jam, ut, quid de successione Episcopali illiusque dignitate, necessitate, convenientiâ Ecclesiæ Protestantium sentiant, paucis explicemus. Nec verò Presbyterianorum, vel Independentium, vel Quakerorum Scriptores heic adibimus, apud quos dignitas & successio Episcopalis character anti-Christianismi est. Quàm lepidè verò hi homines delirent, vel ex eo constat, quòd ab ipsis Apostolis constituti fuere Episcopi & in Ecclesiâ primitivâ successio Episcopalis, uti supra vidimus, tanti fuit habita, omnisque tandem societas suum, quo regi gubernarique vult, requirit postulatque ordinem. Scilicet isti homines dum Papatui, dum Antichristianismo nervos succîdere conantur, luxuriam frondium cum radice arboris exscindunt &, dum vitia vitare conantur, in contraria currunt.

§. II.

tinuata, cum ad Superintendentes dein jus ordinandi transierit & Episcopalis dignitas extincta. Vide CHRISTOPH. HARTKNOCHII Preussische Kirchen-Historie p. 503. 508. 517. 518. 528. 537. 643.

(*) Vide rationem disciplinæ ordinique Ecclesiastici in unitate fratrum Bohemorum sub finem C. 2. p. 29. 30. edit. Buddeanæ, maximè vero præfationem p. 3. 4.

(**) In Slavoniâ Reformatâ p. 30. 31. 314. sqq.

(***) Cum libelli hujus MS. apographum in manus nostras inciderit, sub finem dissertationis hujus illum adjiciemus. *Edit.*

Digitized by Google

§. II.

Et abſit ſanè, ut exiſtimemus, Reformatores noſtros Hierarchiæ epiſcopali adeò infenſos fuiſſe. Ut enim haud jam repetamus, in Eccleſiis quoque noſtris tùm in Sueciâ tùm in Daniâ, haberi Epiſcopos, atque in Eccleſiis Germanicis exſtare Superintendentes Eccleſiarum tùm generales tùm ſpeciales, qui & alio nomine Præpoſiti & Inſpectores vocantur, cæteris Presbyteris ſuperiores & facultate ordinandi præ illis conſpicuos, ut & haud memoremus, tàm inſulſos Theologos noſtros haud eſſe, ut antiquæ Eccleſiæ univerſalis conſuetudinem per tot ſecula inde à primis initiis ubique continuatam ejusdemque Epiſcopos rejiciant & nauci habeant, conſtat, quid A. MDXXX. in conventu Auguſtano, ubi confeſſio noſtra Carolo V. Imperatori fuit exhibita, actum fuerit. Cùm enim ibi Pontificii cauſſarentur, ordinem & ſucceſſionem Epiſcopalem à noſtris pedibus conculcari, hi communi ore reſponderunt, ſe hierarchiam epiſcopalem maximi facere, atque Epiſcopis ſtatim ſeſe ſubjecturos, ſi illi permittant ſaltem, ut Evangelium prædicent, ipſique in partes tàm ſancti negotii veniant. Ecce, quid hanc in rem ajat PHIL. MELANCHTHON in apologiâ Auguſtanæ confeſſionis, (*) quæ librorum noſtrorum ſymbolicorum inſignem quandam partem efficit. Ita verò ille ex ore Proteſtantium communi infit: *In hoc conventu ſæpè teſtati ſuimus, nos SUMMA VOLUNTATE cupere conſervare politiam eccleſiaſticam & gradus in Eccleſiâ, factos etiam humanâ auctoritate. Scimus enim, BONO ET UTILI CONSILIO à Patribus Eccleſiaſticam diſciplinam HOC MODO, UT VETERES CANONES DESCRIBUNT, conſtitutam eſſe. SED Epiſcopi Sacerdotes noſtros aut cogunt hoc doctrinæ genus, quod confeſſi ſumus, abjicere & damnare, aut novâ & inaudita crudelitate miſeros & innocentes occidunt. HÆ CAUSÆ impediunt, quò minus agnoſcant hos Epiſcopos noſtri Sacerdotes. Ita ſævitia Epiſcoporum IN CAUSA eſt, quare alicubi diſſolvitur illa canonica politia, QUAM NOS MAGNOPERE CUPIEBAMUS CONSERVARE. Ipſi viderint, quomodo rationem DEO reddituri ſint, QUOD DISSIPANT Eccleſiam.* Et paulò poſt: *Porrò hîc iterum volumus teſtatum, nos LIBENTER conſervaturos eſſe Eccleſiaſticam & canonicam*

* Art. 7. de numero & uſu ſacramentorum p. 204. 205. Adde ipſam Auguſt. Conf. art. 7. abuſ. de poteſtate eccleſiaſticâ ſub finem, ubi: *Non petunt Eccleſiæ, ut Epiſcopi honoris ſui jacturâ ſarciant concordiam*, & iterum: *Nunc non id agitur, ut dominatio eripiatur Epiſcopis, ſed hoc unum petitur, ut patiantur, Evangelium purè doceri.*

Digitized by Google

nicam politiam, SI MODO Episcopi desinant in nostras Ecclesias sævire. Hæc nostra voluntas & coram DEO & apud omnes gentes ad omnem posteritatem excusabit nos, ne nobis imputari possit, quòd Episcoporum autoritas labefactetur, ubi legerint atque audierint homines, nos injustam sævitiam Episcoporum deprecantes nihil æqui impetrare potuisse. Hactenùs PHIL. MELANCHTHON, qui verò in literis ad Lutherum Augustâ die XXX. Augusti A. MDXXX. datis queritur, quòd à multis *ob redditam Episcopis jurisdictionem reprehendatur.* (*) Nihilominùs idem ad JOACH. CAMERARIUM A. MDXL. scribit, *inter omnes Theologos in conventu Smalcaldico A. MDXL. congregatos convenisse, ut Episcopis redderetur sua jurisdictio, si piam doctrinam amplecti & manifesta Ecclesiæ vitia tollere vellent.* (**) Ita & Theologi Dresdenses in consilio de quæstione: *an & quatenus Pontificis & Episcoporum autoritas ferri possit?* ex decreto Smalcaldensis conventûs ad Henricum Ducem Saxoniæ misso profitentur, *se Episcoporum ordinationem & cognitionem libenter admissuros esse, si secundùm normam verbi divini procedant.* (***)

§. III.

Nec sanè ab hâc sententiâ ablusit tùm MART. LUTHERUS, etsi aliàs Episcopos Pontificios ob odium summum, quo adversus Evangelium ferebantur, ob tyrannidem & vitia, quibus laborabant, multo sale perfricaret. Ita enim ille in judicio de iis articulis, in quibus Collegæ cedere & largiri aliquid adversariis possent, tempore conventûs Augustani scripto & Augustam misso, titulo de jurisdictione, inter alia: *Hoc dicimus & affirmamus, quòd, si nostram doctrinam in posterum ferre nec amplius persequi & exterminare studuerint* Episcopi, *eorum quoque jurisdictioni & dignitati, quam vocant, per nos quidem nihil detractum aut derogatum iri.* (****) Idem repeti videas in responsione delectorum à parte Electoris Saxoniæ & conjunctorum Principum ad media concordiæ à Pontificiis proposita, titulo de jurisdictione Episcoporum, ubi: *Quantum in nobis fuit, autoritatem & jurisdictionem Episcoporum hactenùs fulcire & stabilire conati sumus.* Et

(*) Vide GEORG. COELESTINI Histor. Comit. August. A. 1530. celebratorum T. 3. f. 63. a. Conferri & potest epistola ad JOACH. CAMERARIUM itidem A. 1530. data, ubi pro autoritate & jurisdictione Episcoporum prorsus pugnat. Habetur illa apud CHYTRÆUM in hist. Aug. Confess.

(**) Epist. L. 4. ep. 222.

(***) Vide SECKENDORFII Comm. de Luther. L. 3. f. 266. a.

(****) Vide GEORGII COELESTINI l. c. f. 39. b. Hinc & indulgentiarum causam primùm ad Archiepiscopum Moguntinum & Episcopum Brandenburgensem detulit.

Digitized by Google

Et mox: *Opera etiam dabitur, ne Episcoporum autoritati & honori aliquid detrahatur seu derogetur.* Et ampliùs: *Item Episcoporum jurisdictio ad res spirituales spectans nequaquàm oppugnetur.* (*) Nec abludit prorsus LUTHERI libellus Germanicus ad Clerum eo tempore Augustæ congregatum scriptus, qui operum Germanicorum tomo secundo Jenensi insertus est. Et constat profectò, LUTHERUM reformationem primò ab Episcopis, ab ipso Pontifice Romano, ab Alberto, Archiepiscopo Moguntino & ab Hieronymo, Episcopo Brandenburgico expetiisse. Imò in Commentario in Hoseam Prophetam C. II. 2. hæc habet ille: *Si Pontifices & Episcopi desinant Evangelium persequi & blasphemare, curent Ecclesiis veros doctores, impios autem & idololatricos cultus amoveant, & restituant puros & veros cultus, tùm non deerunt illis officia nostra, agnoscemus eos tanquàm parentes nostros & parebimus libenter ipsorum autoritati, QUAM VERBO DIVINO VIDEMUS COMMUNITAM.* (**) Et in Articulis Smalcaldicis, eundem in modum ita idem: *Si Episcopi suo officio rectè fungerentur & curam Ecclesiæ & Evangelii gererent, posset illis nomine charitatis & tranquillitatis, non ex necessitate permitti, ut nos & nostros Concionatores ordinarent & confirmarent, hâc tamen conditione, ut seponerentur omnes larvæ, præstigiæ, deliramenta & spectra pompæque ethnicæ.* (***)

§. IV.

Jam & eousque processit tùm temporis JOACHIMUS II. Elector Brandenburgicus, ut in Ordinatione Ecclesiastica, quam A. MDXXXIX. edidit, Episcopale munus se in provinciis suis servaturum edixerit, & omnes Ecclesiarum Ministros ab Episcopo Brandenburgensi, qui cum doctrinâ Evangelicâ consentiat, (****) & à reliquis ditionum suarum Episcopis, Havelbergensi & Lebusiensi, si reformationem probent & recipiant, ordinari jusserit. (†) Nec aliam quoque mentem tenuit GEORGIUS, Princeps Anhaltinus, cujus hæc verba in præfatione ad conciones sunt: *O quàm libenter illos, si hoc facerent,* (nempe si verbum DEI purè prædicarent,) *pro Episcopis agnosceremus, & omni obsequio coleremus, minimè invidentes illis ordinationem aut jurisdictionem suam, id quod* B. Lutherus *ipse sæpiùs ore & scriptis & speciatim in sermone in cathedrali templo Mersburgensi*

(*) l. c. f. 54. b. 55. a.
(**) Vide SECKENDORFII Comment. de Lutheranismo L. 3. f. 584. b.
(***) P. III. C. 10. p. 324.
(****) Fuit ille MATTHIAS A JAGOW.
(†) Vide SECKENDORF. l. c. f. 240. b.

Digitized by Google

genſi habito teſtatus eſt. Addit idem, ſe Epiſcopum Brandenburgenſem (Reformationis Marchicæ promotorem) rogâſſe quidem, ut ordinationem ſuam in ſe reciperet, ſed illum ipſo illo tempore mortuum eſſe. (*) Nec omittenda hîc eſt illa reformationis formula, quam LUTHERUS & Theologi Wittebergenſes ad mandatum Imperatoris in comitiis Spirenſibus Anno MDXLIV. jubente Electore Saxoniæ anno ſequente compoſuerunt. Ibi enim illi *obedientiam in eo caſu Epiſcopis* iterum iterumque *offerunt*, ſi veram doctrinam doceri & ſacramenta rectè adminiſtrari permittant atque à tyrannide abſtineant. (**) Nullumque dubium eſt, Proteſtantes HERMANNI & GEBHARDI, Archiepiſcoporum Colonienſium, ſi quidem ſervare dignitatem illi ſuam potuiſſent, ordinationem & autoritatem exoſculaturos fuiſſe. Nihil verò clarius illo JAC. HEERBRANDI, Cancellarii Tubingenſis effato: *Saluberrimum eſſet, ſi ſingulæ provinciæ ſuos haberent Epiſcopos & bi Archiepiſcopum.* (***) Sed hæc quidem de noſtris ſufficiant.

§. V.

A Theologis Auguſtanæ Confeſſioni addictis ad Theologos Reformatos ubi pedem proferimus, in ampliſſimum tractationis campum exſpatiari utique poſſemus, niſi otia nobis hîc feciſſet Theologus Belga præſtantiſſimus, FRIDERICUS SPANHEMIUS. Is ab HENRICO COMPTONO, Epiſcopo Londinenſi quæſitus, quid de ſucceſſione Epiſcopali Anglicanâ ſentiret, non ſolùm, quanto in pretio eam haberet, ipſe teſtatum fecit, ſed & magnam Theologorum Reformatorum phalangem in medium adduxit, quorum eadem eſſet ſententia. Et primum quidem in dedicatione ſpeciminis ſtricturarum ad libellum nuperum Epiſcopi Condomenſis, poſt Meldenſis, ad Epiſcopum Londinenſem ita fatur: *Nec obſcuri ſunt in Galliâ ipſâ Reformata illi Theologi, quorum ſi votis fuiſſet locus, nec interceſſiſſent obices removeri neſcii, accepiſſent plerique formam Epiſcopalis diſciplinæ. Quod conſtare ſibi ex probatæ fidei teſtibus ſcripſit pridem Georgius Dovvnamus defenſionis ſuæ Epiſcopalis libro IV. imò ex præſtantiſſimorum in Francia & Belgio quoque Theologorum ore accepiſſe ſeſe profeſſus eſt Auguſtiſſimus Rex veſter in regia declamatione anno ſuæ reſtitutionis, qui fuit hujus ſeculi ſexage-*

(*) Conf. eundem SECKENDORF. l. c. f. 500. a.

(**) Vide eundem SECKENDORF. l. c. f. 531.

(***) In compendio Theologiæ, loco de Eccleſia p. 729. 730.

Digitized by Google

ſexageſimus. Citareque hanc in rem Caſaubonos, Camerones, Diodatos, Bochartos, Langlæos ac vivos etiam teſtes proclive foret. Eſt & utique, quòd veneremur multis nominibus Epiſcopi *eam appellationem, quâ altero jam à Chriſto ſeculo eminuiſſe ſupra Presbyteros in majoribus Eccleſiis Viros verè Apoſtolicos adeò eſt probatum publicis tabulis, ut, qui inficias iverint, variores equidem appareant. Quantum etiam Britannicæ reformationis opus, Thomæ primùm Cranmeri, Cantuarienſis Primatis, dein Matthæi Parkeri, Edmundi Grindalli ſtudiis, quantum pientiſſimorum ſeu in proximâ, quam occupas ſede, ſeu per Diœceſes reliquas, Epiſcoporum autoritate, doctrinâ, ſcriptis, laboribus, quin martyrii conſtantiâ promotum aſſertumque fuerit, Annales veſtri fidem faciunt & itura ad omnem poſteritatem monumenta. Ac, ut palliis etiam & lituis aſſurrexerint, Romana modò ſervitus ac ſuperſtitio ejuraretur, ut infulatos Britanniæ veſtræ Patres ipſumque Epiſcopalem ordinem, ſicuti locorum conditio permitteret, habuerint reverenter primi in Germania, Bohemia, Polonia, Helvetia, Gallia ac Belgio noſtro Reformatores, nec vel Calvinos, vel Bezas vel Genevates excipimus, eſt jam ab aliis veſtræ gentis ſcriptoribus obſervatum. Cumprimis id teſtati frequentius familiaribus in epiſtolis, qualis illa Bezæ ad Grindallum Londinenſem, in Prædeceſſoribus quondam tuis, ſcripta anno ævi ſuperioris LXVI. quales innumeræ aliæ, etiam ἀνέκδοτοι, quas inter duæ penes me MSS. Davidis Parei* & quæ ſequuntur, *in quibus* Epiſcopalem ordinem *tantum abeſt, ut iſte Britannis invideat, ut etiam ſalubriter obſervari ab iis populis ſentiat, prout rectè & utiliter diu ſervavit Chriſti Eccleſia. Ac prudenter, ſi quid judico, ſummus nuper Bochartus &c. in eandemque Molinæos, Salmaſios, Blondellos, Capellos, Meſtrezatios, Amyraldos ſententiam cum Bocharto conſpiráſſe horum ex ſcriptis liquet.* Hactenus SPANHEMIUS, Eccleſiæ reformatæ lumen olim ſplendidiſſimum.(*)

§. VI.

Quæ verò hîc εἰς ἐν συνόψει ſaltem affert SPANHEMIUS, ea alibi, allatis

(*) Vide Opera Spanhemiana T. 3. f. 1017. 1018. Sed ante SPANHEMIUM plurima Reformatorum Theologorum teſtimonia hùc ſpectantia jam congeſſerat FRANC. MASONUS, in libro Anglico de validitate ordinationis Miniſtrorum Reformatarum ultramarinarum, qui Londini A. 1621. prodiit, & Gallicè verſus fuit à CLAUDIO GROTESTE DE LA MOTHE in entretiens ſur la correſpondance fraternelle de l'Egliſe Anglicane avec les autres Egliſes Reformees pag. 411. ſqq. itemque ED. STILLINGFLEETUS in Irenico, a vveapon ſalve for the Churches Wounds P. 2. Ch. 8. §. 4. p. 400. ſqq. Addatur maximè idem LA MOTHE in libro citato, ubi & commercium Epiſtolicum recentiſſimum Epiſcoporum Anglorum Univerſitatisque Oxonienſis & Genevenſis datâ opera recenſet.

Digitized by Google

virorum horum effatis, deducit prolixius. Velim autem omninò, ut conferat hîc lector *Epistolam ad amicum* contra JOH. VAN DER WAEYEN, Theologum Franequeranum (*) hoc de argumento scriptam itemque *animadversiones de Ecclesiarum politiâ variâ & liberâ deque Anglicano Episcopatu*, (**) atque etiam *judicium super dissidio Anglicano & capitibus, quæ ad Unionem seu comprehensionem faciunt.* (***) Tot verò hèic in unum jacta conspiciuntur Theologorum Reformatorum pro dignitate Episcopali testimonia, ut nescias, unde recensendi initium sumendum sit. Placet tamen pedem paulisper sistere in animadvers. XVIII. ubi Jo. CALVINI allegantur hanc in rem loca, (****) qui, etsi aliâs Hierarchiæ Episcopali haud faverit, aliquando tamen in mitiorem egregiamque prorsus sententiam descendit. Id quod & ex iis patet, quæ Jo. STRYPE in vitâ MATTHÆI PARKERI refert, ubi memorat, CALVINUM & ad Eduardum VI. & ad Elisabetham Reginam scripsisse, se cum suis Hierarchiam Episcopalem Anglicanam lubentissimè agniturum eamque & suis in Ecclesiis introducturum, si fieri posset. (*,*) Idem ferè de THEOD. BEZA narrat, verbis ejusdem adductis, STRYPIUS, (*,*,) atque etiam SPANHEMIUS. (*,*,*) DE PETRO MARTYRE & de MARTINO BUCERO, qui ipsimet reformationi Anglicanæ, servato prorsus Episcopatu, manum admoverunt, nemo est facile, qui dubitet. Sed reliquis quidem, qui infiniti sunt, nominandis supersedemus. Adiri potest, uti jam diximus, SPANHEMIUS. Addi potest GERH. Jo. VOSSIUS in epistolâ ad CL. SALMASIUM, qui itidem autoritatis & ordinis Episcopalis reductionem optat, atque plurimos Theologos

ejus-

(*) Controversiæ hujus historiam refert HENR. LUDOLFUS BENTHEMIUS *in dem Holländischen Kirchen und Schulen-Staat* P. 2. C. 2. §. 28. sqq. p. 62. sqq. Ad. de origines juris Ecclesiastici C. 3. art. 3. p. 100. sqq.

(**) Vide Operum T. 2. f. 1034. sqq. 1106. sqq.

(***) L. c. f. 1262. sqq.

(****) L. c. f. 1244 1254. Optârim, hæc ut testimonia legisset P. BÆLIUS, antequàm scripsisset, quæ scripsit in Dict. Hist. & Crit. in BUCERO f. 682. a. itemque in reponse aux questions d'un Provincial T. 5. Ch. 13. ubi probare contra Spanhemium conatur, Reformatos, maximè Gallos Episcoparum damnare.

(*,*) Vide Bibliotheque Angloise T. 1. P. 1. art. 13. p. 402. sqq.

(*,*,) Vide l. c. p. 407. 408.

(*,*,*) Op. T. 2. f. 1060. 1601. in notâ, & f. 1244. 1245. alibique, e. g. f. 1254. 1255.

Digitized by Google

ἐμοψήφους allegat.(*) Nec tacendum & hoc est, quòd, cum Episcopi Anglicani in Synodo Dordracenâ contra propositionem de æqualitate Ministrorum Ecclesiæ secundùm Jus divinum protestarentur & caussarentur, omnes istas in Belgio religionis turbas ex eo oriri, quòd Episcopis destituerentur, Theologi Belgæ respondérint, se & Ecclesiam Anglicanam & ordinem Episcopalem facere maximi eumque cupere in Ecclesiis suis stabilitum, etsi id pro præsenti rerum statu fieri non possit, imò BOGERMANNUM Præsidem expressè reposuisse: *Nobis non licet esse tàm beatis.* (**) Denique neque hoc omittendum est, Reformatos Gallos A. MDLI. Jo. ANTONIUM CARACCIOLUM, Episcopum Trecensem, cùm fidem Romanam abjurâsset, Episcopum agnovisse, licet denuò ordinatum, ordinatione scilicet non χειροτονητῇ sed εἰρηνικῇ, καταλλακτικῇ, εὐλογητικῇ. (***) Sed hæc sufficiant.

§. VII.

Quæ cùm ita sint, non est quòd Presbyterianorum, & Puritanorum cohors nos multum in viâ moretur. Certè maxima Theologorum Reformatorum pars, uti ex locis à SPANHEMIO adductis patet, ipsorum contumaciam atque duritiem damnat. Et referremus sanè hîc verba, nisi brevitati studendum nobis esset. Fatemur, esse & alios, qui in alia abeant, (****) & ex Puritanorum sectâ itidem autorum maximam celebrari copiam, inter quos DAVID CALDERWOODUS eminet, qui sub nomine EDWARDI DIDOCLAVII famosum illud *altare Damascenum* (*,*) scripsit. Sed, ut verum fateamur, attentionem vix meretur jejunum opus.

§. VIII.

Remonstrantes in Apologiâ suâ *episcopaturire* dudùm edixit GISB. VOETIUS,

(*) Vide epistolas Vossianas à Colomesio editas n. 481. f. 469

(**) Vide SIM. EPISCOPIUM in Apol Remonstr. C. 21. p. 226. FR. SPANHEM. Oper. Theol. T. 2. c. 1060. 1061. & BENTHEM. l. c. p. 87. sqq.

(***) Vide BÆLII dict. Hist. & crit in *Caracciol.* t. 760 761. ubi ita ille de Caracciolo hoc: *Il pouvoit y avoir des Prélats, qui eussent rompu avec l'Eglise Romaine, s'ils eussent été assûrés de conserver leur Episcopat en se faisant confirmer par les Reformés.* Certè maximam reformationi lucem hoc daturum fuisse, dubio caret.

(****) Vide e. g. GISB. VOET. Polit. Eccl. P. 2. p. 832. sqq.

(*,*) Nova editio Lugduni Batav. A. 1708. prodiit. Jam hîc C. V. de Episcoporum Anglicanorum dignitate & potestate agitur, ubi videas, DANJ. TILENI paræneſin ad Scotos refutari.

Digitized by Google

VOETIUS, (*) qui & hanc in rem HUG. GROTIUM allegat. (**) Et sanè GROTIUS hierarchiam Episcopalem Anglicanam habuit maximi. Hinc & Remonstrantibus *suasit, ut constituerent inter se quosdam in eminentiore gradu, ut Episcopos, & ut ii χειροθεσίαν sumerent ab Archiepiscopo Hyberno,* (Joannem Bramhallum putat,) *& ita ordinati ordinarent deinde Pastores cæteros,* quæ ipsa in literis ad fratrem sub initium anni, quo mortuus est, scripsit. Memorat & BRAMHALLUS idem, GROTIUM *affectu amicissimum & genuinum filium Ecclesiæ Anglicanæ fuisse ejusque communionem suasisse uxori & amicis.* (***) Extat locus, ubi optat idem, *ut προεδρία episcopalis constituatur ubique.* (****) Nec profectò & Jo. CLERICUS ordini episcopali, maximè Anglicano minùs favet. En verba Viri judicio sissimi: *Je suis persuadé, que la discipline Episcopale sans tyrannie est LA MEILLEURE, comme l'experience le fait voir, lorsqu'on peut l'établir ou qu'on la trouve toute établie.* Addit mox idem: *Je respecte & j'honore l'Eglise Anglicane, comme la plus illustre de toutes les Eglises Protestantes, où l'on voit le plus grand nombre de savans hommes & d'où il est sorti une infinité d'ouvrages pleins de bon sens, de savoir & de piete.* (**) Scribit idem alibi: *J'ai toujours fait profession de croire, que le Gouvernement Episcopal est d'institution Apostolique & par consequent tres bon & tres legitime, qu'on n'a eu aucun droit de le changer en aucun lieu, à moins qu'il ne fut pas possible de reformer autrement les abus qui s'étoient glissés dans le Christianisme comme on sait, qu'il est arrivé en France, dans les Provinces Unies, en Suisse & ailleurs, où l'on fût obligé de changer le gouvernement établi, par ce qu'on n'en pouvoit obtenir aucune reformation, que d'ailleurs on a dû le conserver en Angleterre, où la reformation s'est pû faire sans le changer, qu'ainsi les Protestans, qui se trouvent en Angleterre ou en d'autres lieux, où il y a des Evêques, font tres mal de s'en séparer, que ce seroit encore plus mal fait que d'essayer de le détruire pour établir le Presbyterianisme ou le Fanatisme ou l'anarchie.* (***) Hactenùs celeberrimus CLERICUS, qui & in libello de eligendâ inter Christianos dissentientes sententiâ §. XI. itidem fatetur, *disciplinam Episcopalem, qualis sit in Magnæ Britanniæ parte meridiana, ubique proximo post Apostolos seculo obtinuisse, unde, eam esse institutio-*

(*) Polit. Eccl. P. 2. p. 833. (**) p. 834.

(***) Vide testimonia de H. GROTII adfectu erga Ecclesiam Anglicanam sub finem libri de veritate Religionis Christianæ à JO. CLERICO edita p. 362. 376. Adde & p. 354. 355. in notâ.

(****) In adnot. ad consult. Cassandri art. 14.

(**) Bibl. choif. T. 10. art. 7. p. 307. 308. T. 21. P. 1. p. 3.

(***) Bibl. choif. T. 20. P. 2. p. 398. 399.

Digitized by Google

institutionis Apostolicæ, colligere liceat. Addit, Presbyteranam à Protestantibus reliquis *ideò tantùm introductam esse, quod Episcopi nollent concedere iis, qui doctrinam & mores Christianorum emendatione necessaria indigere contendebant, emendanda ea esse, quæ corrupta conquerebantur. Alioqui, si Episcopi tunc temporis idem facere ubique sponte sua voluissent, quod in Anglia haud multò post factum est, regimen illud etiamnum hodiè apud omnes, qui secesserunt ab Ecclesiâ Romanâ, obtineret, & innumeræ calamitates, quæ, omnibus perturbatis ac convulsis, contigerunt, anteverti potuissent. Nulla enim fuit ratio, si verè rem æstimemus, mutandi regiminis præter hanc, quòd, stante vetere regimine, æqui nihil impetrari posset.* Quæ omnia utique rectissimè dicuntur.

§. IX.

Ast redimus ad Augustanæ Confessionis Theologos, ex quibus saltem antiquiores supra nominavimus. Nunc, quæ recentiorum de Ecclesiâ Anglicanâ, Episcopali illâ, mens sit, paucis enarrandum est. Et primùm quidem in scenam hîc producimus PHIL. JAC. SPENERUM, qui, quo loco Ecclesiam Anglicanam habuerit, variis in locis ostendit. Certè, ubi rationem exponit, quâ unio inter Lutheranos & Reformatos pangi commodissimè possit, ita mentem suam enarrat: *Dum Magnæ Britanniæ Rex vestram adhùc sequeretur professionem* (ita quidem ille ad Theologum Reformatum Gallum die XVII. Jan. A. MDCLXXXIII.) *sæpè rem eam animo volvi, non desperandum esse de negotii difficillimi successu prospero, si DEus corda & nostrorum Arctoorum Regum & ipsius ad hoc consilium sancto impulsu regeret, horumque autoritate Theologi utrinque pietate, eruditione, Zelo pro divinâ gloriâ non carnali sed cælesti & moderatione præstantes in timore Domini congregarentur, de unione tàm sancta acturi. Cogitavi enim, inter Theologos & Ecclesias, quas nunquam adhùc dissidia vel quicquam ejus, quod affectus commovere solet, exacerbârunt, serenioribus animis de re istâ agi, quàm uti tractatur ea ab aliis, qui pectoribus infestis non semel priùs congressi sunt.* Idem post pauca: *Accedit, quòd inter istas Ecclesias, ex quo Anglia absoluto decreto tantùm non publicè nuncium misit, faciliùs convenire possit, offensionis petrâ præcipuâ è medio sublatâ, nec diffiteor audivisse ex amicis, qui non paucis è præcipuo Clero Anglicano locuti erant, quàm in aliis quoque articulis nobis PROPIUS ACCEDANT. Sperabam porrò, Anglicana Ecclesiâ septentrionalibus unitâ Franciam nullâ morâ secuturam, quo facto in Germaniæ finibus & vicinis regionibus, in quibus negotium graviores difficultates, quòd experiatur, mihi certissimum est, unde ab illis initium ducendum non foret, continuari, quod alibi*

Digitized by Google

feliciter cœptum, posset. Ubi verò vivo Rege ultimo Angliæ tale nihil tentatum est, (quò tamen inclinare animos DOMINO κατὰ ἐξουσίαν voluissent, FACILLIMUM futurum erat,) nunc verò sub præsenti Rege (Jacobo II.) *ne sperari quidem potest, ita spes mihi exigua supereſt, successus cœlitùs exspectandos esse hisce consiliis: quamvis simul fatear, hâc sola causa manum omninò retrahi non debere.* (*) Et verò eadem prorsus alibi repetit idem celeberrimus SPENERUS. Recensebimus verba, licet eundem sensum fundentia: *Si Angliæ Rex adhùc Reformatam religionem sequeretur, rem LONGE FACILIOREM credidissem auctorque fuissem, ut Arctoi nostri Reges & Anglus sua autoritate instituissent CONVENTUM THEOLOGORUM doctorum, cordatorum & pacis amantium, additis etiam Consiliariis politicis prudentibus. In eo conventu de toto negotio agi, &, si divina gratia conventum esset, cujus spem mihi fecisset Ecclesiæ Anglicanæ à dogmate Romaræo secessus, quod actum esset, reliquis Ecclesiis communicari potuisset. Anglicam Ecclesiam haud dubito mox secuturos fuisse Gallos & ad minimum in Germania quàm plurimos, qui paulatim cæteros etiam post se trahere potuissent, qui in Helvetia & Batavia magis rigent. Hanc verò commoditatem quòd manibus elabi passa fuerit divina providentia, omen mihi paulò tristius est, qui longè majores difficultates prævideo in Germania, negotio suscepto. Nec tamen nunc etiam omnem spem abjiciam, GNARUS, ALIQUANDO Deum, quæ decrevit, in illum temporis articulum differre, quo spei minus supererat, ut ita ipsius virtuti quàm humanæ providentiæ universa acceptum ferre malimus.* Hactenùs SPENERUS, qui & in sequentibus de ratione, quâ totum negotium in hoc conventu tractandum sit, plura eaque egregia disserit. (**) Quin & alibi idem de Ecclesiâ Anglicanâ sentit egregiè eademque denuò repetit, ut loca inferiùs allegata monstrant. (***) Quid verò & de successione & ordine Episcopali Ecclesiæ Angli-

(*) Consil. Theol. lat. P. 3 p. 474. 475.

(**) Consil. Theol. lat. P. 1. p. 104. 105. Epistola illa posterior data est de 23. Decembr. 1686.

(***) Vid. Theologische Bedencken P. 4. p. 496. 497. & lezte Theologische Bedencken P. 1. p. 203. P. 3. p. 714. 715. Sed dixerit quis, Ecclesiam Anglicanam adeò ad pacem inter Protestantes componendam haud aptam esse, ut potiùs de intestinis dissidiis suis tollendis & Presbyterianis in gremium suum reducendis cogitare debeat, quàm de tollendo Protestantium transmarinorum schismate. Id verò objectum sibi, cum A. MDCLXXXVI. in Germaniâ versaretur, à celeberrimo quodam Theologo ex nostris fuisse memorat GILBERTUS BURNETUS, Episcopus olim Salisburiensis. En verba, quæ ad calcem præfationis in expositionem XXXIX. articulorum Ecclesiæ Anglicanæ ponit §. IX, X. *I shall conclude this preface with a reply, that a very eminent*

Anglicanæ SPENERUS ſenſerit, ex eo ſolo patere abundè poteſt, quòd Jo. ERNESTO GRABIO, ad Pontificios ob defectum ſucceſſionis Epiſcopalis in Eccleſiis Proteſtantibus abiturienti conſilium dedit, ut Anglicanæ Eccleſiæ, quæ

nent Divine among the Lutherans in Germany made to me, vvhen i vvas preſſing this matter of union vvith the Calviniſts upon him vvith all topicks, vvith vvhich i could urge it, as neceſſary upon many accounts, and more particularly vvith relation to the preſent ſtate of affairs. He ſaid, he vvonder'd much to ſee a Divine of the Church of England preſs that ſo much on him, vvhen vve, notvvithſtanding the dangers, vve vvere then in (it vvas in the year 1686.) *could not agree our differences. They differed about important matters concerning the attributes of God and his Providence, concerning the Guilt of Sin, vvhether it vvas to be charged on God or on the Sinner, and vvhether men ought to make good uſe of their faculties or if they ought to truſt entirely to an irreſiſtible Grace? Theſe vvere matters of great moment. But, he ſaid, vve in England differed only about forms of Government and vvorſhip and about things, that vvere of their ovvn nature indifferent, and yet vve had been quarrelling about theſe for above an hundred Years and vve vvere not yet grovvn vviſer by all the miſchief, that this had done us, and by the eminent danger vve vvere then in. He concluded:* Let the Church of England heal her ovvn breaches and then all the reſt of the Reformed Churches vvill vvith great reſpect admit of her mediation to heal theirs. *I vvill not preſume to tell, hovv i anſvvered this. But i pray God to enlighten and direct all men, that they conſider vvell, hovv it ought to be anſvvered.* Hæc BURNETUS. Sed, quid reſponderit egregii, facilè divinamus. Quanta ſcil. ab Eccleſiâ Anglicanâ ad reducendos in gremium ſuum Presbyterianos & Independentes inſumta fuerit opera, maximè & GUILIELMI III. tempore, ex hiſtoriâ Eccleſiæ Anglicanæ patet, ubi quàm maximè ea, quæ hanc in rem ſcripſere SPANHEMIUS, NICHOLS, PEIRCIUS, LARREJUS, conferri quoque velimus. Et quis dubitet, unionem Proteſtantium, ſi unquam contingeret, & Eccleſia quoque Anglicana in conſortium hîc veniret, magnum pondus quoque & momentum ad reducendos diſſentientes in Angliâ afferre poſſe? Quod reſtat, quæ hîc memoramus, haud congruunt cum iis, quæ refert BERNHARDUS FONTENELLIUS dans l'eloge de Mr. Leibniz, quod exſtat dans l'hiſtoire de l'Academie des ſciences 1716. p. 146. *Le ſavant Evêque de Salisbury* M. Burnet *ayant eu ſur la reunion de l'Egliſe Anglicane avec la Lutherienne des vües, qui avoient été fort goûtées par les Theologiens de la Confeſſion d'Augsbourg*, Mr. Leibniz *fit voir, que cet Evêque, tout habile qu'il étoit, n'avoit pas tout à fait bien pris le nœud de cette*

quæ ſucceſſione iſtâ gaudeat, ſeſe adjungat. Id quod conſilium & GRABIUS poſteà ſecutus eſt. (*) SPENERO adjungimus HECTOREM GOTFRIDUM MASIUM, Theologum Danum, qui tùm in Daniâ orthodoxâ, tùm in literis ad BARTH. BOTSACCUM non ſaltem harmoniam Liturgiæ ſed etiam dogmatum, maximè in articulo de abſoluto decreto inter Eccleſiam Anglicanam & noſtras urget ſed & expreſſe ait, pacem eccleſiaſticam mutuam eò faciliùs inter eas conciliari poſſe. (**) Sequatur ponè DANIEL SEVERINUS SCULTETUS, Theologus Hamburgenſis, qui conſenſum Eccleſiæ Anglicanæ cum noſtrâ itidem miris modis evehit eamque *verè Evangelicam* eſſe ait. (***) Quartus accedat ANDREAS ADAMUS HOCHSTETTERUS, Theologus Tubingenſis longè præſtantiſſimus. Hic in oratione de utilitate peregrinationis Anglicanæ ad d. XI. Sextil. MDCXCVII. Tubingæ recitatâ ita infit. (****) *Et quem quæſo, noſtris præcipuè ſacris addictum, antiquiſſimæ Eccleſiæ habitum contemplari coràm haud afficiat? quam & hodie inter Reformatas purgatiſſimam àque noſtris PROPINQUIUS diſtantem TOTO PECTORE lætamur.* Alia addit Vir egregius, quæ & à nobis addi hîc poſſent, ſi ita videretur. Nîl dicam de HENR. LUDOLFO BENTHEMIO, qui Eccleſiæ Anglicanæ ſtatum libro Germanico commendavit & recenſuit. Nîl de anonymis illis, qui doctrinam Eccleſiæ Anglicanæ apud nos enarrârunt. (*,*) Unus inſtar omnium ſit SEVERINUS LINTRUPIUS, Theologus Hafnienſis eruditiſſimus, qui *Angliam Lutheranizantem* dudùm luci dare molitus eſt, cujus

controverſe, & l'on pretend, que l'Evêque en convint. On ſait aſſés, qu'il s'agit la des derniéres fineſſes de l'art & qu'il faut être veritablement Theologien même pour s'y méprendre. Sed ipſum Leibnitium puncta diſſenſûs inter Eccleſiam noſtram & Anglicanam acu haud tetigiſſe, maximè in dogmate de præſentiâ reali corporis Chriſti in Euchariſtia, alibi à nobis demonſtratum eſt. Confer ſyntagma diſſ. Theol. p. 502. 509. & primit. Tubing. P. 2. p. 260.

(*) Vide diſſ. de ſucceſſione epiſcopali art. 2. in notâ.

(**) Vide diſſertationes Academicas Maſianas à SEVERINO LINTRUPIO editas T. 1. p. 997. 1034. 1035.

(***) l. c. p. 670. (****) p. 14.

(*,*) Huc & referendus Autor ille, qui edidit Send Schreiben, was die Lehre der Kirche von Engelland in denen zwiſchen den Lutheranern und Reformirten ſchwebenden Puncten ſeye. 1718. 8. ubi & TH. BRETTIUS, infra notandus refutatur. Sunt, qui BOEHMIUM, ſunt, qui MENZERUM, Paſtores Lutheranos tùm Londinenſes, è quibus poſterior poſteà Concionator aulicus Hannoveranus evaſit libellum enarraſſe ajant.

Digitized by Google

cujus prima ſtamina incendium Bergenſe, qui Bibliotheca ejus periit, abſumſit. (*) Qualis liber iſte futurus erat, oſtendit Vir inſignis in diſſertatione ampliſſimâ de contemtu Concilii Dordraceni in Angliâ ſeu *Eccleſia Anglicana veritatis Evangelicæ teſte*, ubi non ſaltem ipſe concentum Eccleſiæ Anglicanæ cum noſtrâ egregiè oſtendit, ſed & Theologorum noſtrorum copiam allegat, in laudes Anglicanæ Eccleſiæ effuſam, (**) imò & plurima alia affert, quæ digna utique memoratu ſunt atque ad inſtitutum noſtrum haud parum faciunt. Ita enim Sect. I. §. III. oſtendit ille, LUTHERI ſcripta, Auguſtanam Confeſſionem, HERMANNI, Archiep. Colon. Reformationem, aliosque Lutheranorum libros ad communem uſum in linguam Anglicanam fuſos ad reformationem Anglicanam haud parum contribuiſſe, primos Eccleſiæ Anglicanæ Reformatores, maximè verò TH. CRANMERUM LUTHERO faviſſe plurimùm, ita quoque, ut præſentiam corporis Chriſti realem in Euchariſtiâ cum ipſo crediderit, nonnullosque etiam ex iis. LUTHERI converſatione atque informatione Wittebergæ familiariter uſos, Annales porrò Anglicanos tot nobis Martyres Lutheranos in gremio Eccleſiæ Anglicanæ paſſos ſiſtere, ipſam ANNAM BOLENIAM fuiſſe Lutheranam & religionis potius ſuæ quàm criminis, cujus inſimulabatur, invidiâ, ut SAM. PUFENDORFIUS memoret, oppreſſam, ipſum HENRICUM VIII. PHIL. MELANCHTHONE ad ſacra de religione conſilia plus vice ſimplici in Angliam evocato, ſolenni cum Proteſtantibus Germaniæ Principibus A. MDXXXVI. initâ conventione Smalcaldici fœderis patrocinium ſuſcepiſſe ac ſecuturum ſe in religione inſtaurandâ Auguſtanam Confeſſionem promiſiſſe, MART. quoque BUCERUM, LUTHERI conſortem, ad reformationem Anglicanam adhibitum, & quæ ejusmodi ſunt. (***) Idem LINTRUPIUS Eccleſiam Anglicanam §. VII. à Papiſmi, Socinianiſmi, Pelagianiſmi, & §. VIII. & IX. ab Arminianiſmi notâ operosè vendicat. Pergit poſtea & in Sect. II. §. I. Eccleſiam Anglicanam inter Romanam & Reformatam mediam eſſe & propiùs ad noſtram accedere oſtendit, §. II. Theologorum Anglicanorum moderationem cum Theologis Hafnienſibus & ABR. CALOVIO laudat, inter quos ne unus quidem exſtiterit, qui ſcripto publico noſtram convellere religionem ſuſtinuerit, §. III. elogia LUTHERI Anglicana recenſet, §. IV. Liturgiæ An-

 glicanæ

(*) Vide reliquias incendii Bergenſis ab ipſo editas p. 1. ſqq.

(**) Vide diſſertationes Maſianas (jam enim LINTRUPIUS diſſertationem illam ſub præſidio MASII Hafniæ die 6. Febr. A. 1696. defendit) T. 1. diſſ. 19. p. 609. ſqq.

(***) Imò primos Angliæ Reformatores fuiſſe Lutheranos confidenter ſcribit V. E. LOESCHERUS in der ausführl. Hiſtoria motuum, P. 2. L. III. C. 7.

Digitized by Google

glicanæ & noſtræ conformitatem in plurimis monſtrat, §. VI. & ſequentibus Anglos ab abſoluto decreto, gratiâ particulari & irreſiſtibili, itemque prædeterminationis errore receſſiſſe, adductis Theologorum Anglorum luculentiſſimis teſtimoniis, probat, §. X. de omnipræſentiâ Chriſti hominis, ejusdem adoratione, deſcenſu ad inferos aliisque doctrinis noſtris moderata & conſentientia eorundem effata exhibet, §. XI. de confeſſione privatâ & abſolutione ſacerdotali conſenſum Eccleſiæ Angliçanæ cum noſtrâ adſtruit, §. XII. eandem in formâ regiminis Eccleſiaſtici noſtræ proximam eſſe aſſerit, §. XIII. in loco de ſacramentis & baptiſmo conſenſum utriusque Eccleſiæ itidem urget & §. XIV. prolixè Eccleſiæ Anglicanæ de S. Cœnâ & præſentiâ reali mentem enarrat & oſtendit, tùm, quî ritus Anglicani & noſtri plurimum heic conveniant, tùm quî præſentia realis in Eccleſiâ Anglicanâ diu olim credita fuerit, (*) longumque Theo' gorum Anglicanorum veterum agmen hanc in rem producit, etſi haud diffiteatur, modernos eam rotundè negare & conſubſtantiationem nobis objicere, quam tamen hæreſeos & erroris fundamentalis haud inſimulent. Denique §. XV. Eccleſiam Anglicanam ad unionem eccleſiaſticam propiorem cum noſtrâ pangendam piis votis invitat. (**)

§. X.

Nec eſt, quòd ullâ ratione de optimo Eccleſiæ Anglicanæ erga Eccleſias Auguſtanæ Confeſſioni addictas affectu dubitemus, quæ SERENISSIMUM MAGNÆ BRITANNIÆ REGEM GEORGIUM dudùm tripudians in ſinum ſuum recepit, cujus & Primas, Archiepiſcopus Cantuarienſis illuſtriſſimus, GUILIELMUS tanto cum ardore Eccleſiarum Proteſtantium conſociationem dudùm urſit, (***) eâ fere ratione, quâ, ut id fieret, ex noſtris dudum præoptavit Theologus laudatiſſimus, SPENERUS. Et verò, quid de Confeſſione noſtra Auguſtanâ ſentiant Theologi Angli, dudùm ex communi eorundem ore expreſſit GEORGIUS BULLUS,

(*) Id verò & jam probaverat LINTRUPIUS Sect. I. §. 3. p. 642. ſqq.

(**) Hæc invitatio, num ad palatum Theologorum noſtrorum rigidiorum ſit, diſputent alii. Sed ſic ſucceſſio Epiſcopalis facilè utique in Eccleſias quoque Auguſtanæ Confeſſionis omnesque alias Proteſtantes reduci poſſet. Quid de Eccleſiâ Anglicanâ ſentiat Autor noſter, expoſitum vide in præfat. anonymi Germanica ad illuſtriſſimi Archiep. Cantuar. GUIL WAKII Lehr-Säze der Engliſchen Kirche, qui liber Baſileæ 1723. 8. prodiit. p. 6 *Editor.*

(***) Vide JO. ALPHONSI TURRETTINI, Theologi Genevenſis præſtantiſſimi dedicationem Nubi Teſtium præmiſſam & JAC. BASNAGII Hiſtoire de la religion des Egliſes Reformées T. 4. p. 246. 247.

Digitized by Google

LUS, Episcopus haud ita pridem Menevensis, cujus hæc verba sunt: *Confessionem* Augustanam, *utpote omnium Reformatarum nobilissimam atque antiquissimam ita secuti sunt Ecclesiæ nostræ Proceres, ut, qui istam ignorat, articulorum nostrorum mentem ac sententiam vix rectè percepturus sit.* (*) Nil dici præstantius ab Episcopo summo potuisset, qui ex Confessione Augustanâ Anglicanam intelligi & explicari vult. Liceat addere verba PET. HEYLYNI, qui ita de Ecclesiæ Anglicanæ Reformatoribus: *They had a more particular respect to the Lutheran Plat-forms, the English Confession or book of articles being taken many places word for word out of that of Augsburg and a conformity maintained with the Lutheran Churches in rites and ceremonies &c. In reference to the points disputed they adscribed much to the authority of Melanchthon (not undeservedly called the Phœnix of Germany) whose assistance they earnestly desired, whose coming over they expected &c. &c. and therefore, since they could not have his company, they made use of his writings for their direction in such points of doctrine, in which they thought it necessary for the Church to declare her judgment.* Hæc HEYLYNUS. (**) Nec minus quoad hierarchiam Ecclesiasticam consentire Augustanos cum Anglis præcipui ex iisdem Theologi GUIL. LAUDUS, JO. BRAMHALLUS, TH. MORTONUS, JOS. HALLUS, JER. TAYLOR, JO. DURELLUS, PET. HEYLYNUS aliique passim fatentur. En quid ajat GUIL. LAUDUS, Archiepiscopus olim Cantuariensis præstantissimus, de Episcopali dignitate apud Lutheranos servatâ differens: *For in Sweden they retain both the thing and the name, and their Gouvernours of their Churches are and are called Bishops, and among the other Lutherans the thing is retained, though not the name. For instead of Bishops they are called Superintendents and instead of Archbishops General Superintendents. And yet even here too these Names differ more in sound, than in sense. For Bishop is the same in Greek, that Superintendent is in Latin.* Ita & Archiep. BRAMHALLUS: *The Lutherans retained Bishops name in thing in the Kingdoms of Sweden and Denmark and the thing under another name of Superintendents in Saxony.* (***) Sed de successione episcopali

(*) Harmoniæ Apostolicæ diss. poster. C. 18. §. 6. f. 110. in operibus. Idem verò hic BULLUS est, qui & subordinationem personarum divinarum in S. Trinitate & justificationem ex operibus statuit, refutatus eapropter ab ITTIGIO. Notavit id quoque E. S. CYPRIANUS im Unterricht von der Kirchlichen Vereinigung der Protestanten p. 326. sqq. Quanto vero Zelo Arianismum in Ecclesia Episcopali ante aliquot annos glisscentem, rogantibus Episcopis, Rex Angliæ proscripserit, explicavit cel. Autor in introd. in hist. Theol. lit. P. 2. p. 279. sqq. *Editor.*

(**) Vide dissert. Masianas T. 2. p. 680. 81. 88.

(***) Vide l. c.

Digitized by Google

pali Suecia & Danicâ ſupra (*) diximus. Quamvis verò & in ordine noſtro eccleſiaſtico diverſitas dignitatis & officiorum reperiatur nullaque ſit ἀναρχία vel ἰσοτιμία, tamen ſucceſſionem epiſcopalem apud nos haud ſervatam eſſe conſtat.

§. XI.

Diximus ſupra, inter Theologos Anglos exſtitiſſe ne unicum quidem, qui contra Auguſtanos calamum ſtringere ſuſtinuerit. Exſtitit tamen ex recentioribus THOMAS BRETTIUS, adeò ſuis ob hanc rem inviſus, ut non ſit, cur quisquam niſi rerum prorſus ignarus ſuſpicetur, hominem hunc ex Eccleſiæ Anglicanæ mente convitia ſua ſparſiſſe. Publicam certè Anglorum indignationem pœnamque meritam ipſum incurriſſe novimus. (**) Etenim, quod de ubiquitate & præſentiâ ſubſtantiali carnis Chriſti nobis opponi poteſt, facili negotio difflatur, ſi conſideraverint ſaltem diſſentientes, nos haud exiſtimare, quòd humana Chriſti natura miraculoſè, localiter, phyſicè, naturaliter, diffuſivè, expanſivè, definitivè, carnaliter, aut alio quovis craſſo ſed ſaltem cœleſti, divino & ſpirituali modo & actu perſonæ, NON PROPRIO vel NATURÆ ubique locorum vel in ſacramento Euchariſtiæ ſit. Itaque, ſi ſaltem illi probe mentem noſtram heic inſpexerint, cætera quoque facile corruent, quibus diluendis nunc immorari inſtitutum noſtrum haud fert. Scilicet nec *conſubſtantiatio*, quæ eſt duarum ſubſtantiarum in unam mixtio, à noſtris in articulo de S. Cœnâ ſtatuitur. Abſit, abſit per omnem modum, ut abſurdam hanc hypotheſin ſtatuamus, qui corpus & ſanguinem Chriſti in S. Cœnâ ſaltem *ſpiritualiter* ſecundùm noſtram concordiæ formulam (***) accipi credimus. (****) Nec Papiſmi quoque ſuſpicionem Anglorum quisquam in Eccleſias Auguſtanas jecerit, qui Jo. FRICKII, Theologi Ulmenſis doctiſ-

(*) C. 2. §. 9. p. 361. ſqq.

(**) Edidit BRETTIUS *a revievv of the Lutheran Principles, shevving, hovv they differ from the Church of England.* London 1714. 8. Ejusdem furſuris opuſculum Londini eodem anno prodiit ſub titulo: *A letter to the* Author of the hiſtory of the Lutheran Church *from* a Country School Boy. Aſt ab Anglis ipſis hæc fuerunt refutata. Certè immanem fidei Lutheranæ ignorantiam miſeri hic libelli ubivis produnt. Vide & acta erud. Lipſ. A. 1716. p. 25. ſqq. & diſſertationes Maſianas T. 2. p. 635. atque vel maximè G. G. LEIBNITII libellum, cui titulus: *Anti-Jacobite*, A. 1715. Hannoveræ editum p. 48. ſqq. ubi quæ hanc in rem habet, curioſa utique lectu ſunt, alibi à nobis diluta.

(***) p. 756.

(****) Vide diſſert. Maſ. T. 1. p. 680. eeee. ffff.

Digitized by Google

doctissimi diatriben epistolicam de fide Lutheranorum in Romanam minimè pronâ & de orto apud Britannos è libello Helmstadiensi scandalo sub titulo *Britanniæ rectiùs de Lutheranis edoctæ* editam legerit. (*) Quemadmodum autem, quæ THOMAS ille BRETTIUS, Scriptorum miserrimus, apud Anglos effutiit, attentione nostra indignissima sunt, ita &, quæ SEB. EDZARDUS de fundamentali dissensu inter Ecclesiam Evangelico-Lutheranam & Anglicanam (**) calamo acriore scripsit, Anglos haud curaturos esse existimamus.

§. XII.

Licet autem res ita sese habeat, licet de Ecclesiâ Anglicanâ Theologi etiam ex nostris, uti vidimus, egregiè admodùm sentiant, licet etiam iidem dignitati & successioni Episcopali plurimùm faveant, licet denique argumentum Romanensium, quo veritatem ministerii apud nos sacri subruere conantur, introductâ etiam apud nos successione illâ episcopali atque ex Anglicanâ Ecclesiâ in nostram quoque derivatâ prorsus extingui possit, tamen, cùm objectio hæc eapropter vanissima sit, quòd in ipsâ Ecclesiâ Romanâ nulla ampliùs successio episcopalis invenitur, & ubique Ecclesiarum dudùm exstincta est, (***) nec ad constitutionem Ecclesiæ necessaria est, (****) cùm & ipsi Romanenses successionem Episcopalem Anglicanam, quicquid etiam pro illa scripserint hactenùs Theologi Angli, quâcunque etiam in luce illam posuerint, nihilominùs in dubium revocent, imò falsam esse causentur, (†) cùm & de articulis inter nos & Anglos controversis conveniri prius debeat, cùm & periculosa sit omnis in disciplinâ etiam hierarchicâ innovatio, cùm denique, succedente apud nos ordinatione Episcopali, Ministri Ecclesiæ apud nos essent reordinandi, non liquet, quî hoc rerum statu ejusmodi negotium saltem semel simul-

(*) Prodiit Ulmæ 1709. 4.

(**) Prodiit hic libellus Francofurti vel potius Hamburgi 1718. 8.

(***) Per tradita in diss. de successione Episcopali art. 6.

(****) Per tradita de originibus Juris ecclesiastici C. 2. art. 2. nota (m) Adde & l. c. notam (f) ubi negatur, Apostolos à Christo per impositionem manuum fuisse ordinatos, cum saltem anhelitum in ipsos gestu oris immiserit, dicens: Accipite Spiritum S. Ast cum eos ad Evangelium ubique prædicandum deinceps mitteret, ipsis benedixit manus quoque imponendo. Luc. XXIV, 50.

(†) Vide diss. de successione Episcopali art. 8. not. ** Ast confer & infra supplementum I. editoris.

Digitized by Google

simulque succedere possit. Si Ecclesiæ Septentrionales Evangelicæ successione Episcopali canonicâ gauderent, negotium esset compositu facilius, licet ob præjudicia populi & ambitionem Cleri, inde quam metuerent fortean Principes, nihilominùs difficile. Quid inter Ecclesiam Anglicanam & Belgicam tempore GUILIELMI III. hìc actum fuerit, ex operibus FRID. SPANHEMII patet, constatque etiam, quæ hanc in rem SPANHEMIO creata fuerit molestia. (*) Sententiam suam sic dicit Jo. CLERICUS, cujus verba adponimus: *Presbyterana forma plerisque in locis*, ubi sacra reformata fuere, *est instituta, quod ubi semel factum est, omnium, qui reipublicæ civili iis in locis præsunt, ita interfuit, interestque etiam hodiè, nihil mutari, nisi quis mallet propterea periculose turbari omnes ditiones, in quibus obtinet, quod prudentes nunquam concedent, neque est optandum. Forma regiminis constituta olim fuit ad conservationem doctrinæ Christianæ, non ad perturbationem Reipublicæ, quæ sine discrimine ipsius religionis contingere vix potest. Itaque prudentes Viri, quamvis Apostolicam similemque ubique administrandæ Ecclesiæ formam præoptarent, res in eo statu, in quo sunt, relinquendas potiùs putarunt, quàm adeundum, quod novarum rerum molitionem semper comitatur, periculum.* Hæc celeberrimus CLERICUS. (**) Cæterùm id, quod de reordinationibus dici potest, dubium facilè tollitur, si vel illi saltem ab Episcopo ordinarentur, qui nondum ordinati sunt, ut ordinatio episcopalis sensim sensimque sic introduceretur & successu temporis vel tandem apud omnes obtineret, vel inter ordinationem absolutam & ordinationem ἐιρηνικὴν, sive consociationis, εὐχὴλικὴν, εὐλογηλικὴν sive benedictionis & confirmatoriam saltem distinguatur. (***) Ita sanè & in primitivâ Ecclesia ordinationes repetitæ

(*) Confer opera SPANHEMII T. 2. L. 8. 9. ubi & L. 8. quidem f. 1055. sqq. 1105. sqq. ubi continentur scripta apologetica Spanhemiana ad JO. VAN DER WAEYEN. L. 9. vero judicium super dissidio Anglicano & capitibus, quæ ad unionem seu comprehensionem faciunt f. 1261. sqq. Jam vero opus est, ut hic evolvas H. L. BENTHEMII Holländischen Kirch- und Schulen-Staat P. 2. C. 2. §. 28. sqq. 82. sqq. & origines juris Eccles. C. 2. art. 3. nota (n) Adde BÆLII reponse aux questions d'un Provincial T. 5. p. 157.

(**) In libello de eligenda inter dissidentes Christianos sententia §. XI.

(***) Ita sanè SPANHEMIUS, qui concedit, Ecclesias Presbyterianas, quales omnes Reformatæ sunt, hac ratione & sub isto ordinationis sic repetitæ titulo cum Ecclesia Episcopali Anglicana uniri posse ordinationemque sic repeti, ut prior nihilominus salva sit. Verba ejus hæc sunt: *Igitur non una probari posset aggregandorum eorum, qui à Presbyteris saltem ordinati fuere, ad Ecclesiam* Episcopalem *ratio. Primò, si recipiantur quidem solemni cum impositione manuum eâque Episcopali,*

titæ fuere, (*) ita in Eccleſiâ Anglicanâ ordinationes Reformatorum, licet non ſemper, repetuntur, (**) ita & apud nos quoque reordinationes frequentari paſſim videas. (***) Sed hæc quidem de hoc argumento jam ſufficiant.

SUP-

ſcopali, ita tamen, ut non cenſeatur hæc eſſe χειροθεσια ſeu ordinationis, ſed verius declaretur ea ἑνωσις ſive conſociationis *ad unionem Eccleſiæ* Epiſcopalis, *etiam* ἐυχαριστια, ἐυλογια, *id eſt, voti & benedictionis in novo uſu vel exercitio S. Miniſterii, novo titulo, novâ miſſione aut præſentatione ad hanc vel illam paræciam aut Eccleſiam adminiſtrandam. Ita in Paulo & Barnabâ mittendis ad gentes, licet jam ante publico miniſterio functis legimus iteratam de novo fuiſſe impoſitionem Act. XIII, 3. quam ſanè Paulus uti etiam baptiſmum ab Ananiâ jam acceperat, unà cum chariſmatibus Spiritûs S. inde exorſurus miniſterium prædicationis Evangelicæ, collato textu* Act. IX, 15. 17 20. XIII, 3. Vide l. c. f. 1309.

(*) Ita Paulo manus ab Ananiâ fuere impoſitæ Act. IX, 17. rurſusque Act. XIII, 3. cum Antiochiæ is & Barnabas ad miniſterium verbi à Spiritu S. ſepararentur. Id quod & obſervavimus de origin. Juris eccl. C. 2. art. 2. notâ (e). Cæterum heic omnino conferri in hoc de reordinationibus argumento velim JO. MORINUM in commentario de ſacris Eccleſiæ ordinationibus Exerc. V. FRID. SPANHEMIUM in judicio ſuper diſſidio Anglicano & capitibus, quæ ad unionem ſeu comprehenſionem faciunt Sect. 9. 10. Opp. T. 2. f. 1303. ſqq. JOS. BINGHAMUM in antiqu. Eccl. L. IV. C. 7. §. 5. 7. 8. COURAYERIUM in *diſſ. ſur la validité des ordinations des Anglois* P. 2. Ch. 13 14. 15. p. 47. ſqq. & Mem. de Tr. 1724. p. 417. ſqq. 1395. ſqq. 1726. p. 1132. ſqq. maximè vero & MICH. LEQUIEN in libro, cui titulus: *Nullité des Ordinations Anglicanes* T. 2. Ch. 2. 3. p. 306. ſqq. Adde diſſ. de ſucceſſ. epiſc. art. 7.

(**) Confer hic FRID. SPANHEMIUM Operum T. 2. f. 1303. maximè vero C. G. DE LA MOTHE in *entretiens ſur la correſpondance fraternelle de l'Egliſe Anglicane avec les autres Egliſes Reformées*, Entretien 4. 5. 6.

(***) Etenim, quando ab uno Paſtoratu ad alium promovetur, qui jam ad illum ordinatus erat, ad hunc reordinari in pluribus locis ſolet, etſi in aliis aliud obtineat. Secundum veteres autem canones ordinatio repeti neſcit, uti nec baptiſmus. Sed characteris impreſſi ejusque indelebilis ratio, quam adferunt Romanenſes, nulla valet, cum ejusmodi characterem veteres haud agnoverint. Solius itaque diſciplinæ hæc res eſt.

Digitized by Google

SUPPLEMENTUM
I. EDITORIS
DE
SUCCESSIONE EPISCOPALI ANGLICANA.

QUod ſupra promiſimus, nos recentioris controverſiæ, inter Anglos Gallosque de ſucceſſione Epiſcopali Anglicanâ, his ipſis temporibus quæ agitatur, hiſtoriam enarraturos, id nunc bonâ cum lectoris pace hîc exſequimur. Antequam verò rem ipſam adgrediamur, de controverſiæ hujus præludiis pauca quædam monemus. Scilicet & BOSSUETUS & MASSUETUS ordinationes Anglicanas invalidas eſſe denuò pronunciaverant, uti in diſſ. de ſucceſſ. epiſc. art. 8. notâ ſecundâ ſub initium autor monuit. Mirum hinc, produci à COURAYERIO mox laudando epiſtolam Gallicam à BOSSUETO ad MABILLONIUM tunc Romæ agentem A. 1685. 12. Aug. Germiniaci datam, quam in preuves juſtificatives p. 1. 2. dat aitque in præfatione ſibi communicatam eſſe à VINCENTIO THUILLIER, Monacho Benedictino è Congr. S. Mauri, qui les Ouvrages poſthumes de Mabillon Pariſiis A. 1724. 4. edidit, & licet varias ad Mabillonium epiſtolas Mabillonianis interſeruerit T. 1. L. 5. hanc tamen haud exhibet. Ita verò ibi: *Pour l'affaire d'Angleterre, outre la difficulté des premiers Evêques, auteurs du ſchiſme, il y en a encore une grande du tems de Cromvvell, où on prétend, que la ſucceſſion de l'ordination a été interrompûe. Les Anglois ſoutiennent que non, & pour la ſucceſſion dans le commencement du ſchiſme ils ſoutiennent, qu'il n'y a aucune difficulté & il ſemble, qu'ils ayent raiſon en cela. Cela dépend du fait & le ſaint Siége ne manquera pas d'agir en cette affaire avec ſa circonſpection ordinaire.* Quæ ultima verba ſubinnuunt, Jacobum II. Angliæ Regem tùm de dignitate Epiſcoporum Anglorum, validâ an invalidâ, ſedem Romanam interrogâſſe. Quicquid hujus ſit, ſucceſſionem Anglicanam etiam negavere Jeſuitæ Pariſienſes, qui in *Memoires de Trevoux* 1709. Mars art. 34. p. 464. ſqq. itidem calamum, & quidem, qui mos eorum eſt, ſatis rudem adverſus ordinationes Anglicanas ſtrinxerunt. Succeſſit Abbas GOULDIUS in libro, cui titulus: *La veritable croyance de l'Egliſe Catholique*, Pariſiis A. 1710. primùm edito & poſtea A. 1720. ibidem recuſo p. 184. ſqq. ubi habetur diſſ. Gallica EUSEBII RENAUDOTII

Digitized by Google

NAUDOTII, in quâ probare is conatur, ordinationes Anglicanas esse invalidas. Hisce omnibus pollicem pressit Romanensis Anglus, THOM. WARDUS, cujus exstat *the controversy of ordination truly stated, as far as it concerns the Church of England by lavv est ablished* London 1719. 8. Sed GOULDIUM quidem seu potius RENAUDOTIUM refutatum ivit autor quidam anonymus isque Anglus in *epistolâ ad amicum de verâ & non interrupta Episcoporum ad nos usque Anglorum successione*, quæ sine nomine autoris & loci annique impressionis edita fuit A. 1722.4. & recensita habetur in *Memoires de Trevoux* 1722. Mars art. 23. p. 468. sqq. WARDUM verò refellit DANJEL WILLIAMS, Presbyter Anglicanus in libro, qui titulum gerit: *The succession of Protestant Bishops asserted, or the regularity of the ordinations of the Church of England justify'd, vvherein the first Protestant Bishops are clear'd from the aspersions lately cast upon them by Mr. THOMAS WARD, a Romanist, in his book, intituled* the Controversy of ordination truly stated &c. London 1721. 8. Anglum istum autorem anonymum alius anonymus sed Gallus adgressus est eidemque opposuit *difficultés proposées à l'Auteur de la lettre Apologetique pour la succession des Evêques de l'Egliſe Anglicane*. Exstant hæ in *Memoires de Trevoux* 1722. Avril art. 38. p. 708. sqq. Suppetias verò illi sed largas tulit Canonicus quidam & Bibliothecarius S. Genovefæ Parisiensis, FRANCISCUS LE COURAYER, Vir doctissimus. Hic enim edidit librum in duas divisum partes sub titulo: *Dissertation sur la validité des ordinations des Anglois & sur la succession des Evêques de l'Egliſe Anglicane, avec les preuves justificatives des faits avancez dans cet ouvrage* à Bruxelles 1723. 8. Recensuit hunc librum Abbas GOULDIUS, hic enim recensionis autor est, uti ex *Mem. de Tr.* 1724. p. 1393. 1394. patet, in *Journal des Savans* 1724. mensibus Jan. & Febr. p. 31. sqq. 155. sqq. edit. Amstel. Reposuit Courayerius *deux lettres à Mr *** Auteur de l'extrait de la dissertation sur les ordinations des Anglois*, quæ exstant in eodem *Journal des Savans*, mense Majo p. 509. sqq. quarum & literarum recensio & refutatio exstat in *Mem. de Trev.* 1724. mense Augusto, art. 70. p. 1393. sqq. ubi & ipsa Courayerii dissertatio recensetur & refellitur eodem anno, mense Martio art. 18. p. 389. sqq. Jam & mox adgressus eandem est Jo. HARDUINUS, S. J. ediditque dissertatiunculam sub titulo: *Prelude de la refutation du livre entier du R. P.* Le Courayer, *Chanoine Regulier de Sainte Geneviéve, touchant la succession & l'ordination des Evêques Anglicans par le* P. H. J. Exstat in iisdem *Memoires de Trevoux* 1724. Août art. 70. p. 1349. sqq. Exstant & *lettres d'un Theologien à un Ecclesiastique des ses amis sur la dissertation touchant la validité des ordinations des Anglois* à Paris 1725. 8. Vide *Mem.*

Digitized by Google

de Tr. 1725. Fevr. art. 17. p. 319. ſqq. item : *Lettre au* R. P. le Courayer *ſur ſon traité des Ordinations des Anglois par un Religieux Benedictin* in iisdem *Memoires* 1726. Juin p. 1132. ſqq. Præcipui verò Autores, qui COURAYERIUM adorti fuere, ſunt Dominicanus unus, Jeſuita alter. Ille quidem P. MICH. LEQUIEN, Profeſſor Theologiæ apud ſuos in libro, cujus exſtant tomi duo Pariſiis 1725. 8. impreſſi ſub titulo : *Nullité des ordinations Anglicanes ou refutation du livre intitulé* diſſertation ſur la validité des ordinations des Anglois. Hic verò eſt citatus jam Jo. HARDUINUS, cujus exſtat *la diſſertation du* P. le Courayer *ſur la ſucceſſion des Evêques Anglois & ſur la validité de leurs ordinations refutée* T. 1. à Paris 1724. 12. T. 2. 1725. 12. In primo tomo examinatur quæſtio facti, in ſecundo juris, & in hoc etiam contra Lequienium diſputatur, formam ordinationis non conſiſtere in precibus ſed imperativam eſſe. Confer *Mem. de Tr.* 1725. Mars, art. 23. p. 469. ſqq. & 1726. Juin art. 49. p. 990. ſqq. Præcipua objectionum momenta hæc ſunt, inſtrumentum ordinationis Parkerianæ eſſe ſuppoſititium, cùm ex documentis authenticis pateat, Parkerum jam ante 17. Dec. 1559. fuiſſe ordinatum, Barlovium quoque & Scorium, qui Parkerum ordinaverint, ipſos haud fuiſſe ordinatos ante ordinationem Parkeri, ſed à Parkero demùm ordinem accepiſſe, in ordinali Eduardi VI. genuinam ordinationis Epiſcopalis formam non haberi, nullam hîc eſſe inter ordinationem Epiſcopalem & Presbyteralem diſtinctionem, nihil dici de poteſtate ſacrificii peragendi & Miſſæ faciendæ, nullam adhiberi unctionem, nullam & adeſſe in ordinationibus Anglicanis in ordinante intentionem rectè ordinandi &, quæ ejusmodi ſunt. Quò faciliùs autem quæſtio de jure ſolvi poteſt, eò magis opus eſt, ut quæſtiones de facto enodentur. Opus itaque eſt, ut, quæ non ſine ſpecie hîc oppoſuere LE QUIENIUS & HARDUINUS, ſolvat COURAYERIUS, in quo & hoc cùm maximè reprehendunt ipſius adverſarii, quòd in argumento de oblatione Euchariſtiæ Anglos putet orthodoxos, atque etiam hactenùs peccatum fuiſſe apud Pontificios aſſerat, quòd Presbyteri Angli ad communionem Romanam transeuntes fuerint reordinati. Cæterùm, qui argumenta de ordine, de ſacrificio Euchariſtico, de formâ ſacramentorum, num deprecatoria, indicativa vel imperativa eſſe debeat, de reordinandis hæreticis, de Eccleſiarum particularium circa emendationem vel mutationem Liturgiarum jure penitiùs nôſſe voluerit, in hiſce libellis amœbæis amplam proficiendi inveniet occaſionem. Quod reſtat, eſſe ex ipſis Anglis, qui ſucceſſionem Epiſcopalem Anglicanam in dubium vocent, obſervavit LE QUIENIUS in præfatione citati libri p. XXX. ſqq. ubi duos nomi-

Digitized by Google

nominat, Josuam Bassetum, qui, postquàm scripsisset *an essay towvards a propofal for Catholick communion*, ob hanc sententiam suam ministerio sacro abactus fuit & tandem ad religionem Romanam transiit, atque Eduardum Stephani, qui, licet successionem Episcopalem peculiari libro Ecclesiæ Anglicanæ haud competere ostendisset, atque etiam beneficium, quod vocant, Ecclesiasticum eapropter amisisset, in Ecclesiâ tamen Romanâ quoque eam periisse asseruit. Sed conferri hîc potest diss. autoris de successione Episcopali art. 8. notâ (2) Adde jam & introd. in hist. Theol. lit. P. 1. p. 376. sqq. itemque Consilia Dedekenni Vol. I. f. 747. sqq. maximè verò Dorscheum in Exodum p. 7. 8. ubi de successione personali & doctrinali prorsus egregiè agit Theologus longè doctissimus.

ADDITAMENTUM

SPECTANS AD

CONTROVERSIAM COURAYERIANAM

DE VALIDITATE

ORDINATIONUM ANGLICANARUM.

Respondit adversariis suis, maxime Harduino & Lequienio Courayerius reposuitque *défense de la dissertation sur la validité des ordinations des Anglois contre les differentes reponses, qui y ont été faites, avec les preuves justificatives des faits avancés dans cet ouvrage* à Bruxelles 1726. 8. 2. tomes. Prodiit mox *denonciation aux Evêques de France d'un livre intitulé* défense de la dissertation sur la validité des ordinations des Anglois, *dans laquelle on defend le sacrifice de la Messe contre les Anglois & le P. le Courayer* par M. Claude le Pelletier, Docteur en Theologie & Chanoine de Rheims à Paris 1727. 12. Secuta est *Censure des livres du P. le Courayer par les Cardinaux, Archevêques & Evêques assemblés extraordinairement* à Paris 1727. 4. Accessere *Mandement du Cardinal de Noailles contre le P. le Courayer* à Paris 1727. 4. *Instruction Pastorale du Cardinal de Noailles contre le P. le Courayer* à Paris 1727. 4. itemque collectio sequentium documentorum Parisiis 1728. 4. edi-

Digitized by Google

4. edita: *Lettre du R. P. de Riberolles, Abbé de Ste Geneviéve aux Religieux de Ste Geneviéve. Sentence contre le P. le Courayer du 30. Janv. 1728. Deux lettres du P. le Courayer à Monſ. le Cardinal de Noailles du 30. Nov. 1727. & du 3. Dec. 1727. Lettre du P. le Courayer à M. l'Abbé de Ste Geneviéve.* Adde & hiſtoire literaire de l'Europe 1727. Juill art. 5. *Traitté dogmatique de la Meſſe pour ſervir de juſtification à la Cenſure des Evêques contre le P. le Courayer & les Anglois* par M. Cl. le Peiletier, Chanoine de Rheims à Paris 1728. 12. *Deux exemples des falſifications remarqueés par le P. Hardonin dans la défenſe du P. le Courayer.* Mem de Trev. 1727. Mai p. 797. ſqq. *Lettre du P. le Courayer, Bibliothecaire de Ste Geneviéve de Paris à Milord Percival au ſujet de la nouvelle accuſation de faux, qui luy eſt intentée par le P. Hardouin dans le Journal de Trevoux du mois de Mai 1727.* à Londres 1727. 12 Vide Bibliotheque Francoiſe T. 12. P. 2. art. 1. *La défenſe des ordinations Angloiſes refutée* par le P. Hardouin à Paris 1727. 12. 2. Vol. *Deux lettres du P. le Courayer aux Journaliſtes de Trevoux du 22. Fevr. & 15. Mai 1724. & reponſe ſuccincte aux Journaliſtes de Trevoux contenue en une lettre du P. le Courayer à un de ſes amis.* Vid. Bibl. Françoiſe T. 4. P. 1. art. 7. 8. 9. *Memoire ou diſſertation ſur la validité des ordinations des Anglois & ſur la ſucceſſion des Evêques Anglicans* &c. par Mr. Fennel, Doyen de la Laonne en Irlande, à Paris 1726. 8. 2. parties. *Lettre du P. le Courayer à Mr. le Cardinal de Noailles.* Vid hiſtoire literaire de l'Europe 1727. Juillet art. 5. *La vraye maniére de contribuer à la reunion de l'Egliſe Anglicane à l'Egliſe Catholique contre le P. le Courayer* par Mr. François Vivant, Prêtre, Docteur, Chanoine, Chancelier, Vicaire General de Paris à Paris 1728. 4. *La juſtification de l'Egliſe Romaine ſur la reordination des Anglois Epiſcopaux ou reponſe à la diſſertation & à la defenſe de la diſſertation ſur la validité des Ordinations Angloiſes* par le R. P. Theodoric des S. René, Carme. à Paris 1728. 12. 2. Tomes. *Deux lettres anecdotes au P. le Courayer* traduites en Anglois par M. de la Roche. Vid. Mem. de Trev. 1726. p. 190. ſqq. Jam & addendæ heic veniunt *Obſervations importantes ſur le livre, intitulé*: Diſſertation ſur la validité des Ordinations des Anglois &c. 1726. Vide Mem. de Trev. 1726. p. 2136. ſqq. *La nullité des Ordinations Anglicanes démontrée de nouveau tant par le fait que par le droit contre la défenſe du R. P. le Courayer, Docteur d'Oxford & Chanoine de Ste Genéviéve*, par le R. P. Lequien. à Paris 1730. 8. 2. parties. Totam controverſiæ hiſtoriam enarravit ipſe Courayerius in libro, cui titulus: *Relation hiſtorique & apologetique des ſentimens & de la conduite* du P. le Courayer. Amſterdam 1729. 8. 2. Tom. Jam & prima diſſertatio Courayeriana Anglicè prodiit ſub titulo *A defence*

Digitized by Google

fence of the diſſertation on the validity of the Engliſh Ordination &c. written in French by Father Peter Francis le Courayer, *Canon Regular and Librarian of S. Geneviéve at Paris, tranſlated unto Engliſh by* Daniel Williams, *Preſbyter of the Church of England, to which is prefixed a letter from the Author to the Tranſlator* London 1725. 8. Aſt & refutatus fuit Courayerius in Angliâ in *Remarks upon Father le Courayer's* &c. uti videre eſt in Mem. de Trev. 1727. Sept. p. 1738. ſqq. ſed defenſus quoque à Joanne Strype in *Annals of the reformation of the Church of England*, uti refert Capella in Bibl. Angloiſe T. 13. P. 2. art. 1. Defendit & Courayerium Thomas Browne libello: *The ſtory of the ordination of our Firſt Biſhops in Queen Elizabeth's Reign at the Nagg's hand Tavern in Cheap-Side, throughly examined and proved to be a late invented, inconſiſtent, ſelf contradicting and abſurd fable.* 8. London 1730. Sed & ipſe Courayerius dedit *Supplement* aux deux ouvrages faits pour la defenſe de la validité des ordinations Anglicanes pour ſervir de derniére reponſe au P. Lequien par le P. Courayer. Amſt. 1732. 8. Refutavit & Courayerium Antonius Boucat in Theologiâ Patrum Scholaſtico-dogmaticâ T. 19. itemque Honoratus Tournely Doctor Sorbonicus in prælect. Theol. de Sacramento ordinis. Addi & poteſt P. le Brun dans *la défenſe de l'ancien ſentiment ſur la forme de la Conſecration dans l'Euchariſtie ou reponſe à la refutation publiée* par le R. P. Bougeant. Vide neue Zeitungen von gelehrten Sachen 1728. pag. 719. 1730. pag. 594. Quod reſtat auctor libelli ſupra citati ſub titulo: *Lettre d'un Theologien* &c. eſt P. Gervaiſe, Abbas olim Trappenſis. Confer &, ſi placet, Unſch. Nachr. 1730. p. 975. ſqq. Forſan plenius hæc tradidit Theologus Suecus Olaus Kiörning, Vir doctiſſ. in commentatione de conſecrationibus Epiſcoporum Anglorum Helmſtadii A. 1739. 4. editâ.

SUPPLEMENTUM II. EDITORIS,

DE ORDINE ET SUCCESSIONE EPISCOPALI IN UNITATE FRATRUM BOHEMORUM CONSERVATO &c.

1717.

AD REVERENDISSIMUM ET ILLUSTRISSIMUM IN CHRISTO PATREM,

Dn. GUILIELMUM WAKE,

Archiepiscopum Cantuar.

§. I.

Priſcos *Waldenſes* ſuos habuiſſe *Epiſcopos*, apud omnes Hiſtoriæ peritos

Digitized by Google

præjudiciique vacuos dubio carere debet. Origo quippe illarum Ecclesiarum, si doctrinam spectes, ad tempora Apostolorum refertur. Si earundem à Romana divortium respicias, a Claudio Taurinensium Episcopo repetenda est, ante medium Seculi IX. solidè id evincente *Job. Legero* in Histoire des Vaudois Lib. I. C. XX. XXII. XXIII. &c. Illo autem tempore nulla Ecclesia Christiana Episcopis carebat, sed illæ etiam, quæ vel à Romana, vel ab ipsa Catholica discessissent; ordinem tamen Episcopalem servabant, teste historia. Ita profectò res habet. Sed aliud est, nomen Episcoporum, aliud successionem episcopalem eamque Canonicam servare. Pastores Waldensium à Claudio Taurinensi ordinatos esse nullum fert documentum.

§. II.

Ita seculo XIII. *Reinerium*, patria Placentinum, è *Waldensium Episcopo, ad fidem Catholicam conversum* atque *hæreticorum Censorem factum*, commemorat Spondanus contin. ad ann. 1198. n. XXIII. Ipse Reinerius in libro, quem contra Waldenses conscripsit, *Episcoporum* sæpissime meminit. Ait inter alia, ipsos habuisse in Erntzenbach Ecclesiam, itemque Scholas & *Episcopum* C. III. col. 748. (Biblioth. magn. Patr. Lutet. Tom. IV. Part. II.) Cap. VI. refert, se cum *Episcopo* ipsorum *Nazario* colloquium habuisse, qui coram se & aliis edisserierit, quæ ab alio Waldensi Episcopo Bulgariæ ante LX. annos didicisset. col. 763. Alibi dicit, Waldenses Lombardiam intrantes visitare Episcopos suos C. V. col. 753. C. VI. plurima habet de Episcopis, & qua ratione vivus successorem sibi ordinare consueverit, ubi (col. 764.) aperta vestigia *quatuor distinctorum in Clero graduum* inter Fratres Bohemos hodieque conservatorum apparent, *Episcopi*, *Chorepiscopi*, *Presbyteri* & *Diaconi*. Sed quæ eodem C. VI. col. 764. de inauguratione Episcopi, deque honore ipsi exhibendo refert, fabulosa & absurda sunt. Ita verò ille: Episcopus modo eorum sic dedicatur. *Puerum ab utero Matris egressum, antequam gustat lac maternum, accipiunt, nutrientes eum lacte amygdalino & pecudis, & demum esu piscium. Cavetur modo, quod nunquam gustet carnes, neque lacticinia, neque aliquid, quod coitu nascitur. Demum, cum ad annos discretionis pervenit, hoc ipso, vice est Episcopus sectæ. Porro quando ad locum secretum credentes eorum conveniunt, ante præfatum Episcopum procidunt super genua sua, adorantes eum, & dicunt singuli:* Parce nobis Domine. *Et subjungit unusquisque, dicens hæc verba Teutonice:* Nunquam moriar, nisi à vobis impetrem, ut finis meus fiat bonus. *At ille singulis manus imponens, dicit hæc verba ter super*

Digitized by Google

ſuper unum. Fias vir bonus. Hæc Reinerius. Cordatus lector facile animadvertit, adverſarios Waldenſium cum grano ſalis accipiendos eſſe, inque ipſorum & hujus quoque Reinerii ſcriptis falſa mixta veris eſſe plurima.

§. III.

Seculo XV. *Waldenſium è Gallia pulſorum pars in Auſtria cum uno & altero Epiſcopo conſedit, teſte Regenvolſcio*, (ſeu vero nomine *Wengerſcio*) in Hiſtor. Eccleſ. Slav. pag. 30. Hinc circa annum 1467. *ad Fratres* Bohemos in Eccleſiam recens collectos *perlatum fuit, habitare Waldenſes prope Auſtriam, qui etiam doctrinam Chriſti puram conſervarent, Simoniam vitarent, & utrumque gradum; tam Epiſcopalem, quam Sacerdotalem* conferrent, referente *Joh. Laſitio* in Hiſtoria MS. de origine Fratrum Bohemorum Lib. II. §. *Porro rebus omnibus.* Fratres Bohemi re audita, veritatem ejus a Waldenſibus percontati ſunt, *quibus hi affirmabant, legitimos ſe habere Epiſcopos legitimamque & non interruptam ab Apoſtolis usque ſucceſſionem*, teſte iterum *Regenvolſcio Hiſt.* p. 33.

§. IV.

Hos inter Waldenſium exulum Epiſcopos primarius commemoratur quidam Stephanus Martyr Viennæ poſtea flammis exuſtus. Videantur (præter *Joachimum Camerarium* in hiſtorica narratione de Fratribus p. 116.) *Joh. Laſitius*, nobilis Polonus Hiſtoria MS. Lib. II. §. *His diebus VValdenſes & Joh. Lætus* in hiſt. univ. p. 502. itemque *Regenvolſcius* p. 35. Ubi obſervari meretur, omnes hos, *Laſitium* puta, *Lætum* & *Regenvolſcium*, (de Laſitio vide Comm. in præf. L. VIII. Laſitii p. 12. de reliquis res eſt notoria) è Poloniâ minore oriundos, religione quidem *Evangelicos*, ſed confeſſione *Helveticos* fuiſſe, quam ſcilicet Confeſſionem Polonia Minor Reformatores ſuos Tiguro nacta amplexa fuerat. Eorum itaque de Waldenſium Epiſcopis teſtimonium minus ſuſpectum eſſe poterit, cum ipſi non aliam, quam qualis apud Helveticos viget, de Epiſcopatu ſententiam habuerint, prout etiam ſcripta eorum aperte docent.

§. V.

Seculo XVI. Waldenſes in *Confeſſione*, quam an. 1544. Franciſco I. R. G. exhibuerunt, ut *Paſtorum*, ſic *Epiſcoporum* ipſimet meminere *Artic. V. Nos id quidem inter nos ſtatum & ratum habemus*, (*) *Epiſcopos & Paſtores*,

(*) Nous tenons cecy pour reſolu parmi nous &c.

Digitized by Google

ſtores, tam in doctrina, quam in moribus irreprehenſibiles eſſe debere. Quod ſi tales non ſint, debere deponi &c. Apud Leger. Hiſt. L. I. p. 109.

§. VI.

Neque Eccleſiæ illæ ſibi tantum *Epiſcopos* habebant, verum etiam coloniis ſuis, quas Seculo XIII. plantaverant plurimas, Epiſcopos dare conſueverant. Evidens ea de re eſt teſtimonium *Matthæi Pariſienſis.* (*) *circa dies iſtos*, (annum nempe 1223.) *Hæreticos Albigenſes, qui iidem ſunt, qui Waldenſes, conſtituiſſe ſibi Antipapam in finibus Bulgarorum, Croatiæ & Dalmatiæ* nomine *Bartholomæum. In quibus partibus error ille adeo invaluerit, ut & Epiſcopos & alios multos regionum illarum ad ſuam allexerit pravitatem.* De hoc *Bartholomæo Matthæus* ibi exhibet Epiſtolam, *à C. Portuenſi Epiſcopo & in partibus illis Apoſtolicæ ſedis legato ad Rothomagenſem Archiepiſcopum & ejus Suffraganeos ſcriptam*, acerbis querelis refertam: *Ille homo perditus jam habet perfidiæ ſuæ præambulum Hæreſiarcham, quem Hæretici Albigenſes Papam ſuum appellant, habitantem in finibus Bulgarorum. . . Bartholomæus hæreticorum Epiſcopus. . . Ipſe & inter alias enormitates creat Epiſcopos &c.*

§. VII.

Noſtro tempore reliquæ Waldenſium in Vallibus Pedemontii Epiſcopis deſtituuntur, cujus equidem mutationis tempus & cauſas exacte cognoſcere mihi nondum licuit. Quantum vero conjectura aſſequi datur, facere huc potuit, quod Waldenſium Eccleſiæ ab adverſariis in eas ſenſim anguſtias redigerentur, ut ordini Epiſcopali conſervando vix numerum juſtum facerent. Accedebat vero, quod vicinæ ipſis Eccleſiæ Reformatæ, Gallicæ, Helveticæ, Genevenſes, Epiſcopos ignorarent, cum quibus tamen Eccleſiis Waldenſibus ſumma erat neceſſitudo, ut quorum amicitia & auxilio ſæpius indigebant, quo pacto regimen Epiſcopale apud ipſos ſenſim in deſuetudinem abire potuit. Donec, cum anno 1630. graviſſima peſte tres quartæ partes Waldenſium extinctæ eſſent, ex omnibus vero Paſtoribus non niſi duo admodum ſenes eſſent ſuperſtites, in demortuorum locum alii è Gallia vocati ſuccederent, qui ritum omnem patrium ſecum in valles invexere, mutata etiam antiqua adminiſtratione Baptiſmi & S. Cœnæ, ita ut deinceps in Eccleſia Waldenſi cuncta ad exemplar Gallicanæ Eccleſiæ componerentur, prout iſta tradidit *Joh. Leger*, Eccleſiarum illarum uſque ad annum 1662. Antiſtes doctiſſimus ac plane eximius in Hiſt. L. I. p. 206. Hinc etiam ab illo, quod dixi, tempore Antiſtes Walden-

(*) Hiſt. Edit. Londin. 1684. pag. 267.

Digitized by Google

Waldenſium *Moderatoris* nomine (phraſi Gallicana) venire obſervatur, qualis vox in antiquioribus eorum monumentis, niſi me omnia fallunt, inaudita fuit.

§. VIII.

Sed ego ad antiquiores illos, ſeculi XV. Waldenſes redeo, quos & ipſos Epiſcopos habuiſſe & aliis Eccleſiis dediſſe manifeſtum eſt. Ab his illam è cineribus *Huſſi* exſurgentem *Unitatem Fratrum Bohemorum* ordinem Epiſcopalem & ordinationem Paſtoralem Anno 1467. ritè accepiſſe, nubes teſtium fidem facit, quam rem ego verbis J. A. Comenii, viri pii & recti harumque rerum callentiſſimi enarrare malo. Ita vero ille in Hiſtoria Perſec. Bohem. C. XX. §. 2. 3. 4. 5. 6. (*)

§. 2. *Maxime vero illis* (Fratribus) *anxietudo fuit de animarum Paſtoribus, unde hos eſſent habituri, poſtquam, quos habebant, in præſens deceſſuri eſſent. Exſpectare, dum Romanæ ordinationis aliqui veritatis amore ad ſe tranſirent,* (**) *res incertæ erat ſpei. Et meminerant, Rokizanum toties proteſtatum,* à fundamentis redintegranda eſſe omnia. *Denni ergo erigendam eſſe ordinationem poteſtate eâ, quam Chriſtus dediſſet Eccleſiæ, ut, quamdiu ordinatos adhuc inter ſe haberent, illi ipſi ordinent alios, & hi rurſum alios ſibi ſucceſſuros. Inclinabant ſane iſthuc, ut deſideria, ſic & ſententiæ. Sed quaſſabat animos metus,* an ſatis legitima foret ordinatio, ſi Presbyter Presbyterum crearet, non vero Epiſcopus, *& quomodo talem ordinationem, ſi lis moveatur, defenſuri eſſent, ſive apud alios, ſive apud ſuos?*

§. 3. *Tandem poſt annorum aliquot deliberationes anxias conveniunt anno 1467. è tota Bohemia & Moravia primarii quique Viri circiter LXX. (in pago prope Richnoviam* Lhota *dicto) multisque ad DEUM fuſis lacrymis & precibus, ut, num propoſitum placeret, oſtendere dignaretur. Voluntatem DEI ſorte experiri conſtituunt. Eligunt itaque è medio ſui per ſuffragia viros novem, quos miniſterio ſuſcipiendo præ cæteris judicabant idoneos: datisque in manum pueri... ſchedulis occluſis duodecim diſtribui inter IX. illos juſſerunt. Erant autem illarum novem vacuæ. Tribus duntaxat inſcriptum fuit: EST. (Scilicet voluntas*

(*) Eadem vero Comenius ne literâ quidem mutatâ, poſt 22. annos repetiit anno 1660. in Hiſtoriola Eccleſiæ Slavonicæ, quam rationi ordinis & diſciplinæ in unitate Fratrum Bohemorum præmiſit. §. 59. 60. 61.

(**) Falſum itaque eſt, fratres Bohemos ordinationem in Eccleſiâ Romanâ quæſiviſſe, quod aſſerere Boſſuetus in *hiſt. des variations des Egliſes Proteſtantes* T. 2. L. 11. §. 177. p. 230. & Renaudotius apud Gouldium in hujus *croyance de l'Egliſe Romaine* p. 183.

Digitized by Google

DEI, quam sibi revelari petebant.) Fieri ergo potuit, ut omnes nacti fuissent schedulas vacuas, quod indicium negativæ DEI voluntatis futurum erat. Sed factum est, ut scriptæ illæ tres venerint in manus trium inter eos Matthiæ Kuhnwaldii: *Viri pijssimi,* (*) Thomæ Przelaucii, *Viri docti &* Eliæ Krzenovvii, *singulari quadam solertia conspicui.*

§. 4. *Hos illi cum gaudio tanquam divinitus sibi datos amplexati de confirmatione illorum seu ordinatione nova consilia ceperunt. Cumque in confinibus Moraviæ & Austriæ Waldensium quosdam esse scirent, ut omnino scrupulis conscientiæ suæ & alienæ (in præsens & in futurum) consulerent, ad illos* Michaelem Zambergium, *Pastorem suum (olim ab Episcopo Romano ordinatum) cum aliis duobus miserunt, qui, quicquid actum esset, explicarent, judiciumque de eo peterent. Inveniunt illi Episcopum eorum* Stephanum, (**) *qui, accito Episcopo altero & aliquot è Ministris, originem suam* (***) *usque à Constantini temporibus, doctrinæ item suæ articulos, & quid hactenus horrendi per Italiam & Galliam passi essent, explicant, rursumque nostrorum de secessione à Papa & Calixtinis relationem audiunt, approbant, congratulantur, quinimo tribus illis ministris creandi potestate collatâ, manuum impositione eos Episcopos creant & ad suos remittunt.*

§. 6. . . . *Ordinandi potestatem, eoque* externam successionem *à Waldensibus se accepisse* (Fratres Bohemi) *nunquam negârunt.*

§. IX.

Hactenus verba *Comenii*, quibus non solum rem, ut gesta fuerit, sed etiam causas & motiva rei gestæ nervose explicat, fidem lectoris meriturus, ut qui ipse Bohemorum Episcopus fuit, & annales ipsorum, flammis & exitiis ereptos, penes se servabat, teste Waldensium Antistite *Legero* Hist. Lib. II. pag. 332. qui jamjam laudata Comenii verba ipse quoque

(*) Falsum itaque est, uti ex sequentibus patet, id, quod narrat Bossuetus in hist. des variat. des Eglises Protestantes T. 2. L. XI. §. 172. & §. 177. p. 226. 230. hunc Kuhnvvaldium fuisse laicum nec unquàm ordinatum.

(**) Hic Stephanus deinceps Viennæ igne exustus, martyrium subiit. Vid. Wengersc. L. 1. p. 35.

(***) Ast in hoc cardo rei jam vertitur, num Stephanus hic successione Episcopali eâque canonicâ fuerit gavisus. At vero Waldensium successionem episcop. non interruptam ad hæc usque tempora inde à Widone, Archiepiscopo Mediolanensi derivat Petrus Allix in *some remarcks upon the history of the ancient Churches of Piedmont* C. 24. Alii à Claudio Taurinensi deducunt illam. Vide Basnagii histoire de l'Eglise L. 24. C. 10. §. 2. f. 1434.

Digitized by Google

que Hiſtoriæ ſuæ inſeruit, eademque adeo, utpote res Waldenſium perſpectas habens easdemque ex profeſſo tradens, teſtimonio ſuo confirmavit. Hiſt. L. I. p. 167. 168. Sed ordinem Epiſcopalem, à Waldenſibus per Stephanum in Bohemos derivatum fuiſſe, jam ante Comenium *Johannes Blaboslaus* (*) in MS. de origine Fratrum Bohemorum, *Joh. Laſitius* in Hiſtoria Fratrum Bohemorum MS. L. II. §. *Inibi pius ille Michael*, *J. Lætus* in Hiſtoria univerſali p. 500. edit. Lugd. alii, & Comenio σύγχρονοι *Regenvolſcius* tradidere.

§. X.

Porro ex illa rei geſtæ narratione *prudentia* quoque & *moderatio* novellæ illius Eccleſiæ Bohemicæ eluceſcit, quæ nulli quidem alteri *de modo ordinis & Politiæ Eccleſiaſticæ* litem movens ſibi eum præſcripſit, qui primitivis temporibus conformior videretur, nullum alium improbans, antiquiſſimum tamen ceteris præferens. Spectabat nempe illa non ſolùm, quid legitimè, ſed etiam quid tutiſſimè fieri poſſet, idque ſerio cavebat, ne, cum ab Eccleſia *Romana* diſcederet, à *Catholica* diſceſſiſſe videretur. Eodem hodieque eſt animo, &, quamvis rariſſima extiterint exempla, *unitatem Fratrum*, utpote proprio ſeminario, eoque ſatis numeroſo inſtructam, Paſtoribus alienæ ordinationis uſam fuiſſe, fuere tamen aliqua, cùm occaſione perſecutionis exiliive ad ſe delatos alienæ ordinationis Presbyteros ipſa fraterne in gremium reciperet ſuisque Eccleſiis perficeret, quod idem Anglicanæ etiam Eccleſiæ ad annum uſque 1661. uſu veniſſe legitur, antequam *reordinatio exterorum* lege regni parlamentaria ſanciretur.

§. XI.

Epiſcoporum in unitate eadem, quæ in univerſali Eccleſia, functio, *gubernatio Eccleſiæ & ordinatio Miniſtrorum*. Et *gubernatione* quidem ex conſilio Synodorum, quas ipſi convocant, quibus præſident, funguntur. *Ordinatio* autem ita ipſis propria eſt, ut ordinandis quibuscunque præter Epiſcopum manus imponat alius nemo. *Confirmationem* Catechumenorum, quæ in iſtis Eccleſiis ſolenniter & ſingulari cum devotione peragitur, cum Presbyteris communem habent, imitati hac quoque in parte veteres Waldenſes, quos Reinerius *nitratos eſſe* dicit, *quare ſolis Epiſcopis liceat confirmare*. C. V. col. 750.

§. XII.

Auctoritas eorum, qualis Patrum in Familia. Quando Epiſcopus ordina-

(*) Citatus à Wengerſcio pag. 311.

Digitized by Google

ordinatur, quod cum magna solennitate, precibus & jejuniis fieri consuevit, ipse à reliquis *Episcopis* manum *fraternitatis*, à *Chorepiscopis* manum *observantiæ*, à *Presbyteris* manum *obedientiæ* accipit. Quicunque verò ad S. Ministerium ordinantur, pro colophone ejus actûs *Episcopo* porrigunt manum *obedientiæ*, *Chorepiscopo* manum *observantiæ*, *Ministris* manum *fraternitatis*.

§. XIII.

Ecclesia Bohemica inde à sui primordio, Episcopis suis *Chorepiscopos* adjunxerat, auxilii loco, *Conseniores* dictos. De quibus agit *ratio disciplinæ & ordinis &c.* edit. an. 1660. p. 22. & *Joh. Lasitius* in Historiæ Libro VIII. qui est de *moribus & institutis Fratrum*, impressus 1649. pag 18. &c.

XIV.

Sic totus ille ordo Clericalis apud Fratres quinque gradibus constabat hodieque constat, *Acolutborum*, (seu Juvenum, ministerio s. præparandorum) *Diaconorum*, *Ministrorum*, *Chorepiscoporum* & *Episcoporum*, de quibus etiam conferri potest testimonium Frid. Spanh. Opp. Tom. I. col. 1856. Episcopis illis certa aliqua *Sedes* aut fixa Diœcesis non assignabatur, nempe in instabili, vaga multisque vicissitudinibus obnoxia Ecclesia. Prout etiam *Gothorum Episcopi* successive fuerunt *Theophilus*, *Ulphilas*, *Selinas*, *Sigesarius*, sed qui non leguntur, certæ cujusdam urbis sedi præfuisse, observante Ch. Sandio in Nucl. Hist. Ecclesiasticæ pag. 264. Communiter tamen, quamdiures Fratrum utcunque florebant, unus Episcoporum in majori Polonia, alter in Bohemia, duo in Moravia, ubi plures erant illorum Ecclesiæ, residebant. Lasit. Lib. VIII. c. III. §. 20.

§. XV.

Episcoporum tamen *nomine* rarius Bohemi illi utebantur, communiter *Seniores* appellati, prout *Seniores* (πρεσβύτεροι) eruditissimo Hammondo *Episcopi* dicuntur in Paraphr. ad Act. XV. 22. & in annotatis ad ℣. 32. Eaque appellatione illi acquiescebant, tum humilitatis testandæ gratia, tum ob abusum apud adversarios Episcoporum nominis, tum majoris odii ac invidiæ evitandi gratia, pertimescentes Episcopos Romanæ communionis, per quorum Diœceses dispergebantur. Vid. Regenvolscii Histor. p. 33. & Lasit. Lib. 8. c. 3. §. 10. 11. Ita tamen, ut nihilominus & ipsi se nonnunquam *Episcopos* appellarent & ab aliis *Episcopi* appellarentur. Ita in libello Politiæ Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiaſticæ, qui publica Senior. & Miniſtror. in unitate auctoritate an. 1632. prodierat & dein aliquoties recuſus fuit, dicto *ratio diſciplinæ ordinisve in unitate Fratrum Bohem.* apellatio *Epiſcopi* ſæpius occurrit, prout ea nempe Presbytero ſeu Miniſtro V. D. opponitur, edit. Genev. 1661. pag. 13. 18. 30. 35. 39. &c. & p. 14. diſertè dicitur, Presbyteros ſ. Miniſtros ſupra ſe habere Epiſcopos ſuos, infra ſe Diaconos & Acoluthos. Ita *Comenius*, *rationem diſciplinæ ordinisque Eccleſiaſtici* Fratrum Carolo. II. Regi Brit. dedicans 1660. ſubſcribitur *Joh. Amos Comenius*, *Reliquiar. Eccleſiæ Fratrum Bohemorum Epiſcopus*, meaque ætate *Ad. Sam. Hartmannum* ſimili ſubinde ſubſcriptione uſum eſſe memini. Ita *Joh. Laſitius*, in ſua de *origine Fratrum Hiſtoria*, tum Libris VII. MSS. tum VIII. typis impreſſo, centies *Epiſcoporum* appellatione utitur. Vid. pag. 10. 12. 13. 15. 17. 18. 19. &c. Et *Joh. Leger* Comenium allegans, eum ſolum ſuperſtitem eſſe ait omnium *Epiſcoporum Reformatorum Bohemiæ* L. I. p. 167. & L. II. p. 332. eundem *poſtremum Epiſcopum Bohemiæ eſſe* dicit. Et alma univerſitas Oxonienſis cum an. 1680. A. S. Hartmanum, unitatis Seniorem, Doctorem Theologiæ, ſolenni pompa renunciâſſet, in Diplomate Doctorali die 9. Octobr. ejus anni ſcripto inque Archivo unitatis aſſervato *Epiſcopum* ipſum appellavit.

§. XVI.

Notandum vero, axioma Epiſcopale poſt annum 1557. in *duas* velati *lineas* diviſum fuiſſe, *Bohemicam* & *Polonicam*, quarum illa mater, hæc filia fuit, fraterna concordia & communi conſilio Eccleſiam dirigentes. *Bohemica* ab anno 1467. in ipſa Bohemia & Moravia & poſt bellum Bohemicum apud horum exules perduravit, donec in *Comenio* deſineret an. 1670. *Polonica*, quæ in Georgio Iſraële anno 1557. initium accepit, in hodiernum usque diem perdurat. *Georgius* ille *Iſrael*, cum occaſione perſecutionis in Bohem. an. 1548. motæ aliquot centeni ditionibus regiis pulſi, ſedes extra patriam quærere cogerentur: eorumque Pars in majorem Poloniam conceſſiſſet, an. 1553. cœtui Poſnanienſi primus Paſtor Ordinarius, & poſtea 1557. Eccleſiis in maj. Polonia recens plantatis primus Senior ſeu Epiſcopus datus fuerat. Conſecratus in Moravia, in Synodo *Slezanis* habita, in qua omnis cleri numerus major ducentis capitibus erat. Vide Wengerſc. Hiſt. p. 58. 61.

§. XVII.

Horum Epiſcoporum in unitate Fratrum *ſucceſſionem*, qualiter ea

Digitized by Google

non interrupto filo à primo unitatis exordio usque ad an. 1650. processerit, Wengerscius in Historia Eccl. Slavonicæ evidenter deduxit à p. 315. ad 323. & speciatim, quod ad *Lineam Polonicam* à pag. 382. ad 392. Operæ jam pretium fuerit, eandem ad præsens usque tempus pertexere, hoc enim pacto, quomodo Fratres erga Ordinationis Episcopalis successionem affecti, & quàm de ea conservanda solliciti fuerint, clarius elucescet.

§. XVIII.

Anno itaque 1650. (quo Wengerscius scribere desiit,) tres vivebant Seniores, *Lineæ Bohemicæ* unicus, *Joh. Am. Comenius*, *Polonicæ* duo, *Mart. Gertichius* & *Joh. Bythnerus*, ille, qui an. 1645. in celebri Colloquio charitativo Thorunienſi à parte Reformatorum Præses constitutus fuerat. Sed *Gertichio* an. 1657. d. 10. Dec. in Silesia satis functo solus superabat *Bythnerus*, qui an. 1658. die 15. Jan. *Comenio* Amstelodami tunc commoranti obitum Collegæ simulque desiderium DD. Dantiscanorum duos primarios ex unitate Pastores sibi requirentium nuncians inter alia his verbis usus est: *Si Dantiscanorum satisfaciendum esset desiderio, duo e præcipuis nostratibus eò mittendi essent Ministri, tales enim loca ista, quæ occupare deberent, postulant. Quid si nobis quoque eligendus & inaugurandus esset, nunc Episcopus Unitatis in locum defuncti, itemque Consenior, an non hoc quoque Officium aliquem ex præcipuis requirit Ministris? Et ubi tot & tales in tanta inveniemus paucitate? Hæc sunt, quæ me adeo perplexum reddunt, ut nondum sciam, quid &c. Tu interim, rogo, cogites, an non consultum, imo necessarium foret ad conservandum Ordinem nostrum, in locum defuncti tertium ordinare, sive ex Bohemis, sive ex Polonis Seniorem, ne in* nobis duobus, *quod per duo jam secula in unitate nostra non interruptum nec intercalatum mansit, post nostrum decessum totaliter rumpatur & ruat &c.* Ad posterius Comenius die 23. Aug. ejusd. anni post plurima eleganter, sed prolixius, quam ut hîc inserantur, dicta, etiam sequentia reponit: *De quo ego meas aperiam cogitationes tibi, tu tuas mihi, ut communi consensu aliquid agamus, quod prosit. Nempe ne nobiscum mori patiamur, quicquid boni habuit Ecclesia nostra, resuscitari potius optemus & laboremus, virtute illius, qui mortuos resuscitat solus. Vides, Charissime quorsum redacti sumus! Tu tuis, ego meis superstites sumus, cum unico quisque Consenore. In nobisne jamjam decessuris desinet successio?*

§. XIX.

Sed consilia isthæc tumultus belli Sueco Polonici diræque persecutiones,

Digitized by Google

nes, tunc interturbavere, donec 1660. reddita pace *Comenius Bythnero* halcyonia gratulatus ad varia simul respondet, denique addens num VII. *Cogitationes de congregatione aliqua ordinis reparandi causa prosperet DEUS, ut tuto & cum fructu fiat. Quæris ex me tria.* I. An unus ordinare sibi queat Collegam? *Resp. Potest, sed non Canonicè. Canones enim Episcopum à tribus vel Episcopis ad minimum duobus! ordinari volunt, quod nosti Dat. Amst. d. 28. Sept. 1660.*

§. XX.

Ann. 1661. iterum *Comenius Bythnero* respondet die 5. Julii inter alia his verbis: *Venio ad principale (tametsi ultimo positum) rei momentum, consilium vestrum* de ordinando tibi in casum mortis Collega. *Perutile consilium, imo jam (ut scribis) decretum, ad meum usque votum, quod Te pro consensu habiturum dicis. Ecce consentio, ecce probo, ecce DEUM, qui eousque consilia vestra deduxit, laudo. Et quî aliter possum, qui dudum id optavi, ne* soli duo essemus.

§. XXI

Dein post reciprocata consilia, cum Comenius nec ipse in Polonia adesse posset, nec tamen Ordinationem Episcopi ab uno Episcopo fieri vellet, d. 27. Sept. ita Bythnero scribit: *Et quia juxta Canones Episcopus à tribus ordinari debet (ad minimum à duobus) honestati actus hujus consulendo, Ego mei loco aut Senem illum emeritum Wencesl. Titum, aut Conseniorem jam factum Dan. Vetterum. . . Ad quem hoc nomine scribam, illumque (accedente consensu vestro, totius Miuisterii) auctoritate hâc* (ceu suffraganeum meum) *instruam.*

§. XXII.

Quod consilium cùm *Bythnero* minus probaretur, is ita respondet die 4. Nov. 1661. *Cum interrogassem*, quomodo possit Episcopus ab uno ordinari, *cum id sit contra veterem Canonem? Tu mihi respondes, nempe, ut alterius* Episcopi personam *aliquis sustineat. . . . Mihi vero hic modus haud placet. Hoc potius cogitavi, & nunc etiam abs te peto, ut exemplo primitivæ Ecclesiæ per literas ad totum Conventum directas consensum tuum testeris, iisque, qui te absente per vota eligentur, benedictionem cum admonitione officii impertias. Majoris hoc esset ponderis, quam si per substitutos ad talem actum minime proportionatos. . . . negotium hoc tanti momenti exequaris. Equidem si præcise sciri posset, quem vota ex nostratibus tangent, tanto id esset melius, ut*

Digitized by Google

tuo pariter & noſtro benedictionem poſſes impertiri. Sufficiat tamen, dummodo ſcribas, quicunque ex tribus illis Fratribus Polonicis in Seniorem electus fuerit, te eum pro Collega recepturum, jamque Collegæ tuo eam facultatem conferre, ut tuo & ſuo nomine actum hunc ordinationis perficiat. Hæc Epiſtola publicè, in ipſo actu ordinationis legi poſſet, & ſic corpore abſens, ſpiritu præſens eſſes in ſancto hoc negotio. Canonis antiqui quandoquidem mentionem feci, deſcribam verba Clementis Rom. quæ extant. L. VIII. c. 27. Conſtit. Apoſt. prout ea citantur in libro noſtro rituali, Agenda *dicto, pag. 318. 319. Quod ſi neceſſitas poſtulet, ut ſc. Epiſcopus ab uno ordinetur, & quod non poſſint plures accedere, propter perſecutionem vel propter aliam hujusmodi cauſam, afferatur Decretum Commiſſionis plurium Epiſcoporum. Ergo ad imitationem hujus Canonis aliquid tibi eſſe faciendum: Modus enim iſte, quem tu proponis, ſcandalum potius, quam ædificationem pareret. Alia quæ mones, approbo & DEO volente ac juvante, exequar. Vale, & pro nobis laborantibus ora. 4. Nov. 1661.*

§. XXIII.

Cauſas Bythneri, non probari conſilii de ſuffraganeo eligendo, Comenius approbavit, Epiſtolamque hoc nomine ad ſynodum miſit, ad Bythnerum d. 3. April. 1662. ita ſcribens: *Cauſas tuas non probati conſilii mei* de ſuffraganeo eligendo, qui abſentis Epiſcopi vicem peragat, *approbo: quia conſilium tuum (de abſentis Epiſcopi conſenſu, literis teſtato, præſentiæ vim ſupplente) antiquitatis exemplis nititur. Quod non ſolum ex allegato à te Clementis Canone patet: Sed & ex* Anglicano libro, *quæſtionem illam:* An tres Epiſcopi, ad unius ordinationem neceſſario requirantur? *& profeſſo tractante didici, tametſi pro ſuffraganeis etiam ibidem teſtimonia reperio & exempla, ut, quando Adrianum primum Epiſcopum Romanum, à duobus tantum Epiſcopis & tertio illis adjuncto Presbytero Oſtienſi (loco Epiſcopi tunc munus obeunte) ordinatum fuiſſe Hiſtoriæ allegantur &c.* (*) *Fiat tamen, &, quod tutius eſt, ſequamur! Scribo ego ecce, ad Fratres congregatos, conſenſumque meum manu*

* Vide Anaſtaſium Bibliothecarium in vitâ Pelagii p. 59. qui vero Pelagium refert, ab Andreâ Presbytero de Hoſtiâ ordinatum Pontificem. Aſt conferri & hîc debet BLONDELLUS in apologiâ pro ſententiâ Hieronymi de Epiſcopis & Presbyteris maximè p. 165. ſqq. 309. ſqq. HULSEMANNUS de Miniſtro conſecrationis ſacerdotalis paſſim, VARENIUS in diſſ. de Presbyterorum Clericorum dignitate & poteſtate ordinandi & præſidendi GOTH. VOIGTIUS de Presbytero, legitimo ordinationis Miniſtro, ut alios taceamus.

Digitized by Google

manu & mente teſtor, divinam benedictionem abſens, abſens tanquam præſens denuncians illi, quem DEUS & populus elegerit &c.

§. XXIV.

Epiſtola Comenii ad Synodum ſequens fuit: *Spiritus S. adſit vobis gratia! Perdilecti Fratres in Domino: Utinam Dominicæ bonitati placuiſſet, noſtris quoque temporibus Eccleſiæ ſuæ noſtris in terris ſimilia temporibus Patrum noſtrorum concedere halcyonia, ut cuique noſtrum ſuo loco cum ſibi commiſſo grege tranquille agere Deoque ſervire liceret. Sed, quia nunc tempora, non refrigerii, ſed viſitationum adſunt, officii noſtri eſt, fidem & patientiam probare DEO; quantumcunque crucis cuique noſtrorum imponere placet illi. Et mihi quidem, cum fratribus gentis meæ,(*) non invidere convenit, quòd vos* (Polonos) *præ nobis mollius caſtiget Spirituum ille Pater, gratulari potius, quod patriis adeſſe Eccleſiis, illisque præſentes, verbo & exemplo prælucere poteſtis: cum diſperſionis noſtræ nullus appareat finis aut modus. Faciamus tamen, quod poſſumus, mutuis nos ſuſpiriis commendantes DEO exercitiisque pœnitentiæ, tranquillantes juſtam ejus iram. Dilecti Fratres, quam vellem vobis, (ſi congregari dederit Dominus) adeſſe corpore, videreque (ut cum Apoſtolo loquar) ordinem veſtrum & ſoliditatem in Chriſto! in illo præſertim actu, quo & veſtris Eccleſiis ſtantibus adhuc, & diſperſis meis de novis ordinis fulcris proſpici debet, ut ne cum ultimis nobis duobus, quos ſuperſtites habetis, ordinis illa, quam à Patribus accepimus, cuſtodia exſpiret, ſucceſſioque illa, quam tanti fecerunt majores, tantosque pro illa obtinenda & conſervanda impenderunt labores, intercidat. Erat tempus, cum Epiſcopis quatuor, quinque, ſex gubernarentur noſtræ utriusque gentis Eccleſiæ: nunc, ut omnia imminuta ſunt, ita & Antiſtitum Ordo ad binarium redactus: quibus ultimis columnis morte ſubrutis ruent omnia, niſi præcaveatur. Præcavete igitur in nomine Domini, Virosque eligite, quibus curarum pro ſalute publica publicè imponatur onus. Quod quâ ratione fieri poſſit ac debeat, ut cum ædificatione ſit, non ignorare vos*

* Nempe Bohemis.

confido. Utque non ignorare poſſitis, ſanctas Eccleſiæ noſtræ leges atque conſuetudines publicavi nuper, Eccleſiisque notas feci, ut, ſi quid verè divini depoſiti apud nos fuit, nobiscum ne intercidat. Quod quia bene acceptum libellusque iſte (de Bono unionis & Ordinis) *& in Anglicum ſermonem translatus, publicatus eſt, & Latinum Exemplar Genevæ recuſum integrè: certi eſtote, oculos Eccleſiarum in nos reſiduas reliquias converſum iri, (an tales ſimus, quales talium majorum hæredes convenit) nobisque incumbere videre, ut à vero hoc unionis & ordinis tramite ne deviemus... Electus autem à vobis legitimè quomodo* legitime ordinabitur, *ſi antiquorum Eccleſiæ Canonum obſervemus praxin, qui ſcilicet* Epiſcopum, *nonniſi* à tribus (*vel ad minimum* duobus) *ordinari volunt Epiſcopis, vobis autem, nonniſi unus jam, dilectus meus Collega præſens ſit? Reſp* 1. *Canonis illius mens eſt, ne ſacra munia, (præſertim Epiſcopatus) per proſopolepſiam conferantur, quod facile fieri poſſet, ſi res iſta uni committatur, conſcientia vero illius dormitans ſit. Cui vero apud nos, per DEI gratiam remedium eſt, dum* non unus eligit, ſed omnes. *Electum ergo rite ab omnibus quidni confirmare omnium nomine & in omnium conſpectu queat unus? Unus dico ille, in quem id juris jam ante contulit Eccleſia, fideliterque ab illo adminiſtrari præſens teſtis eſſe poteſt.* 2. *Præſertim, ſi alii Epiſcopi propter perſecutionem, aut morbum aliudve impedimentum abſentes* cooperantur, *nempe* Spiritu, conſenſu, benedictione impertita *præſentes. Nec enim hunc in ſenſum veteris Eccleſiæ deſunt ſtatuta & exempla: quæ venerabilis Frater & Collega meus memorare poterit, ſi opus. Quibus ego fretus, quidni Apoſtolica huc accommodans verba ſcribam ad vos, quæ ille ad Corinthios* 1. Cor. 5, 3. *Ego abſens corpore, præſens autem ſpiritu, jam præſens judicavi, ut quemcunque (invocato nomine Chriſti) conſenſus veſter ad Epiſcopalis muneris ſortem elegerit, is ipſe à præſente vobis Antiſtite, Conſorte meo in nomine Domini noſtri J. C. & poteſtate Domini J. C. Apoſtolico ritu manuum impoſitione, invocata ſuper illum benedictione DEI, veſtro in conſpectu confirmetur. Confirmoque jam etiam eundem ipſe ego, poteſtate mihi à Chriſto & Eccleſia data. Super omnia vero,*

Digitized by Google

vero, confirma tu, Episcoporum Episcope, JEsu Christe, adauctis Servo tuo (aut servis tuis) Spiritus tui S. donis, ut eat & fructum multum ferat, & fructus ejus ut maneat, Amen! Amen! Amen! Clausulæ loco epistolam hanc ad vos meam obsignantis, relegite vobis rogo (mox inter legendum hæc) clausulam Apostolicæ ad Hebræos Epistolæ c. 13, 17. etiam vocem de Fratribus Italis vos salutantibus *v. 24. Adsunt enim mihi, dum hæc ad vos scribo, (*) duo illorum antiquorum sanctorum, à quibus majores nostri non tantum fidei & patientiæ exemplar, sed & Apostolicæ successionis autoritatem mutuati ab illorum lumine lumen accenderunt. Quos nunc nobiscum aut etiam præ nobis acrius nova immissa atroci persecutione ac dissipatione exercet Dominus. (De quo ad Antistitem vestrum plura) Orate pro his, ô Fratres, ardenter ad Dominum, ut & illi nos suis includant sanguinis sudoribus ac gemitibus. DEUS verò inflammata undique sanctorum suorum vota & suspiria & clamores ad se exaudiat propitius! Amen, Amen, Amen. Valete & pro me etiam emerito Christi Servo orate! Sicut ego vos quotidianis meis precibus commendo DEO. Scribeb. Amstelod. 2. April. 1662. ætatis meæ 71. manu senili.*

J. A. Comenius.

§. XXV.

Synodo jam imminente, cùm *Nicol. Gertichius*, Pastor tunc aulicus Ducis Lignic. in Silesia, in quem suffragia pleraque collineatura videbantur, munus Senioris detrectaret, ita eum castigavit Comenius: *Primarium est, (in quo rectificandus videris) de vocatione ad majus curarum onus, & metu, quem inde concipis, si forsan te sors tangat. Arripe Psalterium & disce à Viro secundum cor DEI, quomodo cordi DEI conformandum sit cor tuum. Docebit Te id Ps. 37, 3-7. Tunc cum Jona fugias, aut cum Mose excusatiunculas fingas? aut cum Adad & Medad non compareas ad Tabernaculum, ubi Dominus assumto de spiritu Mose distribuit electis? Quid proderit fugitare? Inveniet te Spiritus etiam in tentorio tuo, aut te absorberi faciet à Balæna propriæ*

(*) Unus erat Joh. Legerus, de quo supra §. 7. & 9.

Digitized by Google

priæ conſcientiæ, donec diſcas, non reluctari DEO, redditusque littori eas, quò juberis. Ego ſane nondum ſcio, quem vox populi, (vox DEI) petet. Si alium, adeſto, ut teſtis & Eccleſiæ Pars, cujus nomine (& DEI) vocato illi nunciabitur benedictio. Si te, ut cum Jeſaia dicas, ecce me, adſum! non vero demum quærendus ſis inter impedimenta (1. *Sam.* 10, 22.) *Atque ut minus formides, ſcias, concluſum eſſe, ut, ſi ſuffragia petent aliquem in* Boruſſia *vel* Sileſia *conſtitutum, ille loco ne moveatur: quia hoc ſolum in præcone ſpectatur, ut* mortalitati conſulamus, *ne, ſi quid humanitus in hac diſperſione ultionis duabus columnis accidat, res Eccleſiæ prorſus collapſæ videantur &c. Amſt.* 10. *Octobr.* 1662. Ex Epiſtolarum hactenus allegatarum autographis Fragmenta paulò prolixiora excerpere placuit, ut pateſceret, quanti pii illi Patres ſucceſſionem Epiſcopalem, quam Apoſtolicam vocant, fecerint, & quam ſollicite ei conſervandæ operam dederint.

§. XXVI.

Illo igitur anno 1662. in Synodo *Mielinciuenſi* à *Joh. Bythnero* duo tandem *Seniores* ordinati fuere, alter quidem pro Eccleſiis *Polonicis*, ipſe ille, cujus §. præced. mentio facta fuit, *Nicol. Gertichius*, alter pro *Bohemicis Petrus Jablonskyus* (in exilio *Figulus* dictus) Comenii gener, eidemque ſucceſſor deſtinatus, ſed qui ante ſocerum obiit die 12. Januar. 1670. quo ipſo anno etiam Comenius d. 25. Nov. fato functus eſt. A quo tempore *Bohemicis Eccleſiis* omni reditûs in patriam ſpe excluſis longoque exilio attritis & cum Polonicis Germanicisve Eccleſiis pro ratione locorum paſſim coaleſcentibus nullus amplius Epiſcopus ordinatus fuit.

§. XXVII.

Sed, *Gertichio* pariter rebus humanis propere erepto Lignicii anno 1671. d. 24. Maij *Adam Samuel Hartmannus* an. 1673. die 28. Octob. in Synodo Leſnenſi ab eodem Joh. Bythnero ordinatus fuit, cumque Bythnerus brevi poſt fatis ceſſiſſet, *Hartmannus Jab. Zugebörum* (aliâs *Attinentium* dictum) defuncti Bythneri & viventium Fratrum ſuffragiis electum an. 1676. d. 13. Aug. *Dantiſci* in ſacrario ædis Petro-Paulinæ, præſente S. Miniſterio, illius Eccleſiæ Seniorem ordinavit.

§. XXVIII.

Digitized by Google

§. XXVIII.

Aliquot jam ordinationes seniorales ab unico Episcopo factæ fuerant similisque casus iterum imminebat, si duorum viventium Seniorum alter fato fungeretur, cumque fratres, si quidem fieri posset, id præcaveri optarent, hoc tempore consilia cœperunt agitari de Seniore unitatis in Anglia ordinando. Erat Adamo Samueli Hartmanno frater germanus in Anglia *Paulus Hartmannus* ex Capellano Collegii *Ædis Christi Oxoniæ* Rector Parochiæ *Schellingfordiensis* prope Faringdonium, cujus Filius *Sam. Hartmannus*, nuper adhuc in Urbe Oxoniensi Ministerio S. fungebatur, atque, uti spero, etiamnum fungitur. In hunc Fratres oculos & vota converterant, ipsique spem sui in patriam reditus fecerat aliquam. Itaque cum Reverendissimis & Illustrissimis Patribus, Dn. *Guilielmo SANCROFFT*, *Archiep. Cant.* & Dn. *Henrico*, *Episcopo Londinensi* tunc actum memini de *Paulo Hartmanno* in Episcopum ordinando, Reverendissimosque illos Duum-Viros assurrecturos fuisse, si nempe *Hartmannus* actu Britanniam relicturus inque patriam rediturus fuisset, quæ res tamen propter varia objecta impedimenta effectum non est sortita. Sed mihi hæc scribenti negotii istius tota ratio non satis est perspecta, quòd admodum juvenis tum essem, jamque à longo tempore Archivi unitatis inspiciendi copia mihi haud fuerit, quippe ab initio belli Sueco-Polonici securitatis gratia in ditionem Cæsaream deportati, ibidemque etiamnum asservati. Crediderim tamen, inter chartas Rever. Patris Dn. *Henrici Londin.* p. m. nonnullas hac de re notitias repertum iri.

§. XXIX.

Interim *Hartmanno* 1691. satis functo, *Joh. Zugebör*, qui solus supererat, Collegam sibi ordinavit *Joach. Gulichium* anno 1692. die 26. Jun. in synodo Lesnensi, illoque pariter defuncto Gulichius fratribus autor fuit, ut duos sibi Collegas eligerent, cumque inter hos *D. E. Jablonski*, qui extra patriam in aula Berolinensi stationem S. obtinebat, apertis contra morem suffragiis peteretur, atque, ut in Poloniam pro accipienda ordinatione iter susciperet, invitaretur, is geminum sibi subnatum dubium 1699. d. 2. Jan. Domino D. Joh. Ern. Grabe, amico suo intimo Londinum perscripsit, scrupulos sibi avulsuro. Erant verò illi; an *ordinatio legitime ab uno Episcopo posset fieri?* (tunc enim Jablonskius Epistolas Comenium inter & Bythnerum de hac quæstione reciprocatas nondum viderat) & 2. *an, Episcopatum salva conscientia absens gerere posset?*

Digitized by Google

§. XXX.

Grabius ad utrumque eruditè reſpondit d. 31. Martii 1699. his verbis, è vernacula fideliter translatis.

I. Ratione ordinationis ajo, quanquam non ſolum multa Concilia particularia, ipſumque œcumenicum Nicænum I. tres Epiſcopos ad ordinationem Epiſcopi requirant, ipſique Apoſtoli exemplo ſuo Eccleſiæ Catholicæ hac in re præiverint, quandoquidem Petrus, Jacobus & Johannes S. Jacobum min. Epiſcopum Hieroſ. ordinârunt, teſte Clemente Alex. L. VI. Hypotypoſeon apud Euſeb. Lib. II. Hiſtor. Eccl. C. I. nihilominus tamen, in caſu neceſſitatis, quando tot Epiſcopi in unum locum convenire nequeunt, ordinationem ab uno fieri poſſe. Qua de re Caput 27. Lib. VIII. conſtit. Apoſt. ita ſonat: Ego Simon &c. *Qui VIII. Libri, quamvis S. Clementi falſò adſcribantur, neque ante finem Seculi IV. vel initium V. in eam, quam nunc habent, formam collecti fuerint, ex antiquis tamen monumentis fuerunt collecti quemadmodum ipſa illo modo allegata conſtitutio jam initio Sec. III. ab Hippolyto in Didaſcalia Apoſtolica (MS. in Bibliotheca Bodleiana) laudata fuit, qua de re Tomo I. ſpicilegii in præfatione de ſcriptis Clementis nonnihil dixi, fuſius verò agam Tom. III. in Hippolyto. Præterea duo habemus exempla ejusmodi ab unico Epiſcopo in caſu neceſſitatis peractæ ordinationis, unum in Eccleſia Palœbiſca, vico Pentapoleos, ſub Patriarcha Alexandrino, ubi Philo Cyrenenſis, ſolus, Siderium Epiſcopum ordinavit. De quo equidem Syneſius Epiſt. 67. ad Theophilum Alexandrinum p. 210. ſcribit,* eum, quòd ad regendum & parendum attinet, audaciorem magis, quam legum obſervantiorem fuiſſe, *mox tamen addit:* Sed formidoloſis temporibus ſummum jus prætermitti neceſſe eſt. Ideo magnus ille Athanaſius id tempori dedit. *Etenim caſus iſte eo, quo Athanaſius Patriarcha exiſtebat, tempore contigerat, inque eo ab Athanaſio fuerat diſpenſatum. Alterum exemplum hîc in Anglia reperitur, ubi Auguſtinus Apoſtolus hujus gentis coactus fuerat Mellitum Epiſcopum ſolus ordinare, & quidem approbante ſede Romana, cui tunc præerat Greg. M. qui Auguſtino ad quæſtionem:* Si longinquitas itineris magna interjaceat, ut Epiſcopi non valeant facile convenire, an deberat ſine aliorum Epiſcoporum ſententia ordinari? *ita reſpondit:* In Anglorum Eccleſia, in qua adhuc

adhuc ſolus Tu Epiſcopus inveneris, ordinare Epiſcopum non aliter, niſi ſine Epiſcopis potes, *prout legitur Lib. XII. Epiſt. Greg. M. Epiſt.* 31. *Interrog. IIX. Tom. V. Concil. Labb. col.* 1570 *& in aliis Conciliorum & operum Gregorii editionibus plurimis* (*nam in Pariſienſi, anno* 1586. *pro* non aliter, niſi ſine *Epiſcopis*, *legitur contra*, non aliter, niſi cum Epiſcopis) *nec non apud Bedam L. I. Hiſt. Eccl. Angl. c.* 27. *Ex quibus patet, dubium ratione ordinationis ab uno Epiſcopo non usque adeo gravis momenti eſſe, quanquam tamen melius fortè fieret, ſi è Polonia unus vel duo huc in Angliam mitterentur, ordinationem hîc accepturi, ne caſus neceſſitatis aliquando recurreret.*

II. *Quod verò, quam memoras, reſidentiam attinet, fateor, me pro tenuitate mea, ſimpliciter cenſere, illegitime fieri, ſi Epiſcopus non in loco & Eccleſia, cujus eſt Epiſcopus, reſidet, aut ad minimum tam vicinus eſt, ut animum attendere queat ad Gregem Domini, in quo Spiritus S. eum conſtituit Epiſcopum ad paſcendam Eccleſiam DEI, quam ſuo ille proprio ſanguine acquiſivit, atque ut* unumquemque in illa admonere *poſſit. Ipſe Salvator noſter Paſtorem, in oppoſitione mercenarii atque latronis, ita deſcribit Joh.* 10, 3. 4. 14. quod oves ſuas vocat nominatim, & educit eas, quod agnoſcit oves ſuas, & agnoſcitur ab illis. *Fieri verò nequit, ut talis accurata notitia habeatur, niſi ipſe Paſtor præſens ſit. Quod ad Concilia Patrum, & conſilia ſive ſententias recentiorum hac de re attinet, illa quidem vix liber, nedum Epiſtola caperet. Ipſum Concilium Tridentinum Seſſ. VI. hac de re amplum decretum condidit, quod inter alia ita ſonat*, quia nonnulli &c. *Quale decretum Tridentini contra magnam ſui conventus ſuæque Eccleſiæ partem minime formâſſent, niſi neceſſitatem reſidentiæ vidiſſent. &c. &c.* Hactenus Grabius.

§. XXXI.

Interea ſynodus Leſnenſis urgebat, in qua d. 10. Martii an. 1699. *D. E. Jablonski & Johannes Jacobides* Seniores ordinati fuere. Menſe demum April. die 20. Epiſtola Grabii §. ſuperiore allegata Jablonskio reddita fuit, cum & ipſius ad Grabium litteræ & Grabii ad eas reſponſum, longis itineribus oberrâſſent. *Jablonskius de ordinationis legalitate* à Grabio confirmatus ad ea, quæ de *reſidentiæ neceſſitate* is ſcripſerat, regeſſit. *Illa quidem omnia rectiſſime habere, hîc verò particularem caſum conſiderationem particularem mereri. Nempe Polonicas Eccleſias tres nunc habere Epiſcopos, duos intra patriam ſpecialem Eccleſiarum curam gerentes, tertium extra eandem, qui primariò, certioris ſucceſſionis gratia allectus fuerit, ſed cui etiam generalis Eccleſiarum cura, imprimis verò directio ſeminarii unitatis apud exteros demandata ſit. &c.*

Digitized by Google

Ad quæ Grabius, die 28. Febr. 1700. Londino breviter: *Quod ad non-Reſidentiam, nihil ultra, quòd opponam habeo, quia Tu plura præſtare non teneris, quam Eccleſiæ, quæ Te vocârunt, à Te expoſcunt.*

§. XXXII.

Joh. Jacobide anno 1709. è vivis ſublato cùm triſtiſſima eſſet Poloniæ facies & Evangelicis intuta omnia, in ſynodo extra patriam in finibus Brandenburgicis *Sulechoviæ* celebrata *Dan. Ern. Jablonski* Salom. *Opitzium* anno 1712. die 11. Julii, eodemque anno die 4. Novembr. in ſynodo generali *Thorunienſi* Davidem *Caſſium* Epiſcopos ordinavit, quorum ille anno 1716. fato conceſſit, hic Eccleſiæ in patria militanti cum laude præeſt.

DISSERTATIO DE JURE SACRORUM ABSOLUTO ET COLLEGIALI,

ILLO IN SUPERIORITATE TERRITORIALI, HOC IN ECCLESIA, TANQUAM COLLEGIO, QUÆRENDO.

AUTORE ANONYMO.

§. I.

Autores, qui de *jure Sacrorum* egere, diverſas iniiſſe vias, conſtat. Sunt, qui *Pontifici Romano*, *Epiſcopis & Clero* (*a*), ſunt, qui

(*a*) Ita maximè Scriptores Pontificii. Ita & Theologi illi Anglicani, qui Epiſcopalem dignitatem nimis extollunt atque à Magiſtratu politico independentem Epiſcopis autoritatem in ſacris tribuunt. Ita Theologi Reformati, qui Clero & claſſibus ſuis ſynodisque nimium tribuunt, uti Lubbertus, Voetius, Revius, Triglandius, Apollonius. Emergit hinc ſubinde illud vitii, quod *Papocæſariam* nuncupant.

Digitized by Google

qui *magiſtratui politico* (*b*), ſunt, qui *plebi eccleſiaſticæ* (*c*) illa vindicavere. Medium & heic beati tenent, h. e. Theologi Evangelici orthodoxi, qui *toti Eccleſiæ* (*d*) jus hoc aſſerunt, ita quidem, ut

 ſuas

(*b*) Ita multi ex Reformatis, qui *Thomæ Eraſti* principia ſequuntur. Ita Lud. Molinæus, Lambertus Velthuyſen, Nic. Vedelius, Adrianus Houtuynus, alii. Ita ex Remonſtrantibus Uytenbogaertus, Grotius, Voſſius, alii. Ita ex Independentibus Anglis antiquioribus Colemannus. Ita Hobbeſius, ita Spinoſa, ita Lucius Antiſtius Conſtans, niſi ſub hoc nomine ipſe Spinoſa lateat, de quo vide Thomaſium in hiſtoriâ contentionis inter imperium & Sacerdotium p. 409. 418. 447. Nec minùs huc pertinent Tyndallus, autor libri: *the rights of the Chriſtian Church*, Albertus Riperus, alii. Maximè verò hùc referendi ſunt illi ex JCtis, qui omnia jura ſacrorum ex ſuperioritate territoriali deducunt & Magiſtratui politico tribuunt, queis & nuper acceſſit ccl. D. Baumgarten ex Theologis. Licet enim jus in conſcientias Magiſtratui derogent, tolerantiamque diſſentientium ſectarum ubivis inculcent, nihilominùs pronam ſic viam ad *Cæſaropapiam* ſternunt.

(*c*) Ita maximè Anabaptiſtæ, Sociniani, Independentes moderni, Quakeri, ita noviſſimè Seizius. Jam & Reformati aliâs quoque jura plebis ſacræ evehunt. Eminet hîc David Blondellus tùm in *diſſ. de jure plebis in regimine eccleſiaſtico*, quam Hugoni Grotio *de imperio ſummarum poteſtatum circa ſacra* Francofurti ad Viadrum A. 1690. affixit Becmannus, tùm in *apologiâ pro ſententiâ Hieronymi de Epiſcopis & Presbyteris* Sect. 3. p. 379. ſqq. Emergit hinc vitium *anarchiæ* eccleſiaſticæ.

(*d*) Eſt hæc mens Eccleſiæ noſtræ, uti conſtat ex duobus libellis *de poteſtate & primatu Papæ* & *de poteſtate & jurisdictione Epiſcoporum*, qui *articulis Smalcaldicis* in libris noſtris ſymbolicis affixi ſunt. In illo p. 345. exſtat: *Eccleſia principaliter habet jus vocationis.* In hoc p. 353. habetur: *Neceſſe eſt, Eccleſiam retinere jus vocandi, eligendi & ordinandi miniſtros. Et hoc jus eſt donum propriè datum Eccleſiæ, quod NULLA HUMANA AUTHORITAS Eccleſiæ eripere poteſt.* Id quod etiam in ſequentibus repetitur, ubi & ad primitivam Eccleſiam provocatur. *Nam olim populus eligebat Paſtores & Epiſcopos.* Sententiam hanc communiter ſequuntur Theologi noſtri. Ita Jac. Andreæ in diſp. 29. de

jure

ſuas ſibi partes habeant & *Magiſtratus politicus*, & *Paſtores Eccleſiæ* & *plebs eccleſiaſtica*. Reſtabat ſaltem, ut ex genuinis fontibus deducerentur jura his vel illis competentia, ut & curatiùs diſtingue-rentur illa, & ſuas in claſſes, uti par erat, diſpeſcerentur. Ubi quidem exiſtimamus, haud malè hîc rationes ſuas computâſſe, qui ad indolem & rationem Eccleſiæ hîc reſpexere, & hoc tractationi ſuæ ſubſtravere fundamentum, *Eccleſiam* eſſe *Collegium*, eſſe *Societatem* in civitate erectam, eoque fine *confœderatam* (*e*), ut cultum divinum ad præcepta JESU CHRISTI, qui primus hanc Societatem inſtituit ſuisque juribus ornavit, agat, Societatem ergò divinis privi-

jure vocandi Miniſtros Eccleſiæ th. 51. *Impia & injuſta eſt alieni juris uſurpatio, cùm Magiſtratus politici primum illud eligendi deſignandique perſonas eccleſiaſticas ſuffragium Presbyterio adimunt & Eccleſiam jure ſuo privantes ipſi inſciæ & invitæ Paſtores obtrudunt.* Ita Chemnitius loc. Theol. P. 3. f. 325. *Sicut Pontifex Romanus cum ſuis commiſit ſacrilegium in eo, quòd electionem & vocationem Miniſtrorum eripuit Eccleſiæ & ad ſe ſolum ſuosque tranſtulit, ita ejusdem criminis reus eſt etiam Magiſtratus, quando excluſo Miniſterio & reliquâ Eccleſiâ ſibi ſoli poteſtatem conſtituendi Miniſterii in Eccleſiâ vendicat.* Ita & Gerhardus in loco de miniſterio Eccleſiaſtico §. 86. qui tamen & §. 117. hîc conferendus eſt. Ita maximè Hülſemannus in Breviario Theologico C. 19. th. 5. ita Bajerus in comp. Theol. p. 1059. 1072. 1073. ita Spenerus, uti aliàs, ita maximè in den Theol. Bedencken T. 1. C. 1. Sect. 56. p. 262. ita maximè ex JCtis Carpzovius, Brunnemannus, Schilterus, qui ita in inſtitut. juris canonici L. 1. tit. 3. p. 15. *Neque Principis, neque cleri, neque populi, ſed omnium ſimul, ſive TOTI Eccleſiæ propria eſt poteſtas ſacra.*

(*e*) Ita maximè Sam. Pufendorfius in elegantiſſimo libello *de habitu religionis Chriſtianæ ad vitam civilem* §. 30. 39. ſeq. ita anonymus autor *von der wahren Kirche* p. 249. ſeqq. de quo vide origines juris eccleſiaſtici p. 211. Ita JCti recentiores, Thomaſius, Bœhmerus, cujus & exſtat diſſ. *de confœderatâ Chriſtianorum diſciplina in Jure Eccleſiaſtico antiquo* n. 3. Fleiſcherus, alii paſſim. Ita jam olim Eccleſiæ ideam effinxerat Eduardus Stillingfleetus, Epiſcopus Vigornienſis Anglus in *Irenico*, *a weapon-ſalve for the Churches wounds* P. 1. C. 7.

Digitized by Google

privilegiis auctam, atque sic & omnibus aliis Societatibus, quarum humana voluntas origo est, suo quodam jure anteferendam (*f*). Quemadmodum itaque illud generale omnium Imperantium officium est, ut supremam inspectionem in omnia in civitate erecta collegia & societates gerant, partim, ne quid in iis fiatur, quod saluti civitatis adversum esse possit, partim, ut, quæ pro libertate subditis competente sic eriguntur, Collegia & Societates, ab omnibus injuriis & insultibus defendantur, & juribus suis atque libertatibus, quas jure vel divino vel humano habent, uti & frui sine turbatione possint, ita & hinc emergunt *jura Sacrorum*, jura in Ecclesiam, *absoluta* illa & *generalia*, quæ vocamus, Magistratui politico competentia. Quemadmodum porrò quævis in civitate erecta Societas sua sibi jura servat, suas sibi ipsi leges ordinemque ex pacto, conventione & confœderatione mutuâ scribit & his legibus à summo Imperante vivere permittitur (*g*) ita, quòd Ecclesia hoc jus, hanc facultatem habeat, eò certiùs est, quòd hæc facultas ab ipso CHRISTO, qui Ecclesiam fundavit, ipsi concessa est, divino sic munita sigillo, quod violare sane & summis Imperantibus nefas fuerit. Effluunt hinc *jura sacrorum collegialia* & *specialia* toti Ecclesiæ competentia, & in *tota Ecclesia* radicaliter residentia, ubi rursus suas sibi partes Pastores Ecclesiæ, suas sibi Auditores servant. Hæc jura collegialia, si vel solus Clerus usurpet, vel Magistratus politicus exerceat, non usurpare nec exercere possunt de jure, nisi ex

(*f*) Hoc probè tenendum est, *lector*. Societas ecclesiastica sive Ecclesia divinis juribus & libertatibus fruitur, quas nulla humana autoritas ipsi eripere potest, uti supra ex libris Symbolicis monuimus. Mirum est, aliam cel. PFAFFIO sententiam hîc tribui in der fortgesetzten Sammlung von alten und neuen Theol. Sachen A. 1730. p. 241. ubi hæc ipsi mens impingitur, quòd, quia jura Ecclesiæ Collegialia statuat idem, *omnia jura ecclesiastica* deducat *ab arbitrio hominum*. Malè hoc, quemadmodum & illud, quod dicitur, Hæberlinum, Theologum quondam Tubingensem institutiones Juris ecclesiastici in Theologiâ practicâ tradidisse.

(*g*) Conferri hîc velim JCtos ad tit. *de collegiis & corporibus* in Digestis.

Digitized by Google

ex consensu vel præsumto vel tacito (*b*) Ecclesiæ, quæ propter magnitudinem

(*b*) Non nova sunt hæc principia. Ita Gerhardus in loco de ministerio ecclesiastico §. 106. *In quibusdam Ecclesiis populus abdicato quasi jure suo Magistratui & Ministerio ejusdem confessionis socio has partes CEDIT, & in illius voluntate ac delectu securè acquiescit, in quibusdam jus suum CONFERT in certas personas bonoratiores, quæ POPULI NOMINE omnia peragunt. Neutro modo jus vocandi Ministros ad TOTAM Ecclesiam pertinere desinit, COMMITTITUR enim ALIORUM FIDEI Jus, non amittitur, cùm quis libera voluntate ad tempus JURI SUO RENUNCIAT, nec in præscriptionem vel præjudicium juris id vergere potest.* Eadem videas statui à Niemanno in disp. de vocatione Ministrorum Ecclesiæ §. 37. Damnhauero in hodos. Christ. phæn. 2. p. 133. & Theol. consc. T. I. P. 2. spec. dial. 3. p. 919. Osiandro in disp. de tribus Ecclesiæ milit. hierarchiis sect. post. de minist. Eccl. qu. 2. p. 13. Scherzero in diss. de legitimâ minist. Eccl. constit. C. 3. §. 5. aliis quam plurimis. Ita & Bajerus in comp. Theol. P. 3. C. 14. §. 3. nota (*c*): *Potestas constituendi* Ministros Ecclesiæ *per se & natura sua in tota residet Ecclesia, neque convenit uni alicui parti, NISI COMMUNI OMNIUM CONSENSU IN UNAM ALIQUAM PARTEM TRANSLATA SIT.* Ita Fechtius in lect. Theol. in Syllogen disp. 43. §. 2. p. 493. 494. *Theologi Lutherani magno consensu docent, longè aliam esse hujus juris circa sacra, quàm reliquorum majestatis jurium rationem. Competere quidem illud Principi, sed non soli, verùm residere in Ecclesiâ omnibusque ejus statibus ÆQUALITER. In administratione verò hujus juris potiores esse inprimis quoad religionis exteriora partes Magistratûs politici tanquam præcipui & nobilissimi Ecclesiæ membri, non inficiantur. Ubi verò is hoc jus in una alteraque ejus parte SOLUS non consultis cæteris statibus exerceat, id fieri ajunt EX CÆTERORUM STATUUM CONCESSIONE, non verò totali resignatione. Unde, si Magistratus hoc jure ad ipsarum animarum damnum abutatur, status hoc jus ad se retrahere eoque uti posse. In transactione verò Passavienſi episcopale jus, quod à Pontifice toti Ecclesiæ surreptum fuerit, eidem Ecclesiæ, inprimis præcipuo ejus statui, Magistratui fuisse restitutum, quod nunc possideat, NON EXCLUSIVE SED CUMULATIVE cum cæteris.* Eadem ille ponit in tr. de excommunicatione eccles. p. 24. 25. 355. 356. Ita Cyprianus in diss. de Maximiliano I. Pontificatum maximum affe-

Digitized by Google

gnitudinem cœtûs, in quem evaluit, utpote per totam civitatem diffusa,

affectante C. 2. §. 10. 11. itidem asserit, jura sacrorum in Principem *ab Ecclesia collata esse.* Ita Jo. Abrahamus Kromayerus de potestate ecclesiasticâ p. 118. 119. *Apparet, non sine Ecclesiæ consensu potestatem Ecclesiasticam Principes accepisse. Sicut enim hi, quod historia reformationis ubique testatur, nil sine doctrina & consiliis Doctorum Theologorum in rebus ecclesiasticis agebant, ita laici quoque doctrinâ purâ Theologorum, quam divinâ ope restituerant, acquieverunt & cum his facilè consenserunt, ut Magistratus partes regiminis ecclesiastici exciperet & potestatem ecclesiasticam administraret. Imò non potuerunt non consentire, nisi propriam negligere salutem voluere, cùm jugi papalis pertæsi libertate per Christum partâ frui & uti debuerunt. Unde eò magis CONSENSUS TACITUS, qui non potuit non præsumi, sufficit, si non expressè eum declarârunt.* Idem p. 120. 121. *Potestas ecclesiastica architectonica dici non potest, quando Magistratus sibi delatam ab Ecclesiâ administrat.* & p. 122. 123. *Sentimus & profitemur, potestatem Ecclesiasticam vel potiùs hujus exercitium non solùm non injustè sed & optimè in Magistratum Christianum esse translatum. Primùm namque Principes justo titulo illud occupârunt. Cùm enim Episcopi Romanæ Ecclesiæ partim pessimè officio præessent, adeòque damna maxima inferrent in Ecclesiam, ecquis erat, qui hanc in libertatem assereret? Laici & prudentiâ & potentiâ destituebantur. Clerici pollebant quidem prudentiâ, sed carebant viribus & potentiâ. Res igitur ad Magistratum rediit, qui valebat viribus, ut Episcopis Romanis objicere se & Ecclesiam ab oppressione Pontificum vindicare posset. Deinde Magistratus propter autoritatem officii & summam, quâ pollet, potentiam regimini ecclesiastico omnium maximè est idoneus.* Ita & jura Ecclesiæ per *pactum tacitum in Principes translata esse* demonstrat Canzius in posit. de vocatione Ministrorum Ecclesiæ §. 118. seqq. itemque Zechius in medit. de jure reformandi p. 55. sqq. 138. sqq. Atque eadem sanè sunt principia Pufendorfii *de habitu religionis Christianæ ad vitam civilem* §. 40. sub finem, ubi ait, *si quæ potestas aut quod jus summis Imperantibus circa Ecclesiam & sacra Christiana asserendum sit, id esse deducendum vel ex genuinâ indole summi Imperii Civilis, vel ex indole ipsius religionis Christianæ vel ex ULTRONEA DELATIONE IPSIUS ECCLESIÆ.* & in append. contra Houtuynum p. 292. *Princeps, dum Christianus fit, non fit Dominus Ecclesiæ sed potiùs subjectus fit Capiti Ecclesiæ Christo,*

diffusa, *tota* ad administrationem horum jurium commodè satis concurrere haud potest, (*i*) Clero, qui iisdem tantopere in Papatu

nec eo ipso omnia Ecclesiæ jura in se transfert, sed de illis pro ratâ participat, nisi QUA ULTRO ECCLESIA IN IPSUM QUID CONTULIT, quod quidem rectè in unum conferri potuit, & p. 294. *Ubi electio Ministrorum à Principe fit, dicendum est, id fieri ab ipso, jure Ecclesiæ eidem ab hâcce DELATO. Quod idem dicendum est, si electio fiat ab Episcopo aut Presbytero. Nequaquam autem dicendum, si electio fiat ab universâ Ecclesiâ, eam fieri jure per Principem concessô.* Hæc Pufendorfius ὁ πανυ. Sed est, quod objicitur, Ecclesiam sua jura in Magistratum politicum transferre haud potuisse. Ita ferè sensisse videtur Hülsemannus in Breviario Theol. C. 19. th. 5. ubi scribit, *jure divino* ista jura Ecclesiæ competere, *queis nullus status renunciare possit.* Ita & Scherzerus in Syst. Theol. loco 25. de Ecclesiâ p. 697. damnat imperitos Homiletas, qui ajant, Ecclesiam *jus suum quasi tacito consensu delegâsse Senatui vel Magistratui seculari.* Eandem in sententiam disserunt Gisb. Voetius in politicâ Ecclesiasticâ P. 1. L. 1. tr. 2. Cap. 5. qu. 31. p. 231. 232. & David Blondellus in diss. de jure plebis in regimine Ecclesiastico p. 266. sqq. qui opponit, non doceri posse ex historiâ, factum hoc unquam ab Ecclesiâ esse, nec transferri jura ista in Magistratum politicum posse à populo errante. Sed cum translatio hæc *tacita*, non *expressa* sit, cùm non *possessionis* sed administrationis jurium sit, cùm & *limitata* sit, non *absoluta*, ad nutum Ecclesiæ facienda & *revocabilis*, facile quidem heic objecta quævis dilui posse, patet.

(*i*) Numerus eorum, qui in deliberationem rei veniunt, hoc primò impedit, faciléque secundò turbæ deliberationibus subingruunt, nisi directio adsit superior, autoritatis summæ & civilis. Hinc Schilterus l. c. *Cum potestas Ecclesiæ ab omnibus & singulis commodè & absque confusione administrari simul non possit, igitur placuit, ut potestas hæc per hos exerceatur, quos Deus & Ecclesia ad id deputavit, inter quos primas capit summa Reipublicæ potestas.* Ista ferè & Pufendorfius l. c. §. 45. *Ista omnia cùm ad bonum ordinem in Ecclesiâ faciant, & verò à nemine COMMODIUS procurari queant, quam à summis Imperantibus, manifestum est, Principes, ut primaria membra Ecclesiæ, istarum sibi rerum*

Digitized by Google

tu abusus est; haud amplius *delegandam*, sed magis *delegabilem* Magistratui politico (*k*), id quod maximè à Protestantibus in Germaniâ factum, tùm, quòd sub prima reformationis sacrorum tempora sibi aliâs prospicere satis haud valuere, tùm quòd & analogia Magistratuum Judaicorum Vet. Test. id suadere videbatur (*l*), tùm quòd Magistratus politici autoritate suâ & facultatibus, queis pollent, rem sacram, rem Ecclesiæ, inprimis & pro officio, quo ut Christiani tenentur, quàm maximè ornare, promovere & augere

 possunt,

rum rectè vindicare, id quod latiùs deducit §. 46. ubi rursus ad *commoditatem* provocat.

(*k*) Rationes in præcedentibus duabus notis adductæ fuere ab Autoribus, quos hîc sequimur. Mirum, esse, qui adhuc statuant, consensum istam tacitum, quo Ecclesia jura sacrorum in Magistratum transtulit, figmentum esse. Ita sanè cel. Theol. Halensis Baumgarten in recensione libelli Tritschleriani, ubi & contra receptam & in articulis Smalcaldicis fundatam Theologorum nostrorum sententiam jura sacrorum ex superioritate territoriali derivat, quæ prima via ad Cæsaropapiam est. Nonne enim populus à magistratibus poposcit olim, ut reformarent, ut Pastores orthodoxos constituerent, ut leges darent ecclesiasticas. Consensus hic non saltem tacitus sed & expressus est. Jam &, si collegium, si Ecclesia jura sua administrare ipsa non valet, administratio hæc in eum jure devolvitur, qui administrare illa potest. Est hoc *devolutionis jus*, quod vocant. Potuit itaque & magistratus politicus jura hæc ad se trahere justissimo titulo, ex eo etiam capite, quia per reformationem novum Collegium instituit, in quod, qui illud instituit, jura quoque Collegii sibi reservat & ex hoc jure exercet, uti exemplo Patronorum constat. Hæc omnia pleniùs diduct in jure ecclesiastico Germanico conspici possunt, sed & conferri hîc potest programma nuperum Jenense cel. Jo. Ern. Schröteri, in quo, quæ nuper Juribus Ecclesiæ collegialibus opposita fuere, diluuntur.

(*l*) Etsi Theocratia obtinuerit in V. T. tamen, quid in Ecclesiâ N. T. Magistratibus Christianis competere *possit* juris in sacra, ex illâ analogiâ haud difficulter perspici potest. Nota, *lector*, nos nonnisi *analogiam congruentiæ* hîc statuere, *nullam necessitatem consequentiæ* ex exemplis Magistratuum Vet. Test. deducere.

Digitized by Google

poſſunt, pacificationibus ſacris deinceps idem confirmantibus (*m*), ubi res ſanè ipſa docet, & jura hæc nihilominùs in ipsâ Eccleſiâ, uti ſupra jam diximus, *radicaliter* reſidere, & ſuis quoque circumſcripta limitibus eſſe, ut juxta indolem Eccleſiæ, ſecundùm jus divinum, Eccleſiâ & ipsâ, quantum fieri poteſt, in partes vocatâ, ad ſalutem & ædificationem ejusdem exerceri & adminiſtrari debeant, ne tyrannis Eccleſiaſtica, ne *Cæſaropapia*, peſſima Eccleſiæ peſtis hîc ſubingruat, alias in ſe & ſuâ naturâ *revocabilia*, imò ipſo actu, etiam ſecundum ipſum pacis Weſtphalicæ inſtrumentum (*n*) *revocanda*. Atque ſic quidem communem Theologorum Evangelicorum ſententiam exornandam & enarrandam ſumſit cel. Academiæ Tubingenſis Cancellarius, CHRISTOPHORUS MATTHÆUS PFAFFIUS in libro ſingulari *de originibus juris eccleſiaſtici veraque ejusdem indole*, ubi, licet à recepto παιδιᾶς λέγω tantiſper abierit, & novam pauliſper viam ingreſſus fuerit, ita tamen cogitata ſua inflexit, ut ad eundem ſcopum, in communem ſententiam tandem colli-

(*m*) Hinc ſunt, qui ex pacificationibus religioſis jus ſacrorum, quo Principes & Magiſtratus apud nos gaudent, deducunt. Ita Havemannus de jurisdict. epiſc. tit. 3. ſqq. ita Lynckerus tùm in diſp. de ſuperioritate ſacrâ, tùm in analectis ad Schwederi introd. in Jus publ. Parte Spec. Sect. 2. C. 12. p. 77. 78. ita Bajerus in Comp. Theol. P. 3. C. 14. §. 12. notâ (*e*) C. 15. §. 7 notâ (*i*) Sed vide hîc Kromayerum l. c. pag. 111. ſqq.

(*n*) Certè enim Inſtr. pacis Oſnab. art. 5. n. 16. §. 48. jurisdictionem eccleſiaſticam limitat quàm maxime ad confeſſiones ſubditorum hiſque reſervat libertatem conſcientiæ. Hinc egregie Fechtius loco ſupra citato ait, Eccleſiam *jus ſacrorum ad ſe retrabere poſſe*, ſi malè adminiſtretur. Ita pluribus cl. Zechius l. c. p. 61. ſqq. Ita & cl. Canzius l. c. §. 128. ubi: *Cùm igitur jura Eccleſiæ pacto tacito in Principes translata* ſint, *quod ſemper conditionem annexam habet, ut jura conformiter ſubditorum conſcientiæ exerceantur, ſequitur, ſi lex hæc non obſervetur, i. e. ſi contra ſubditorum conſcientiam quidquam à Principe decernatur, pactum reſcindi & jura poſſe revocari.* Addit in notâ, patere inde, quòd *Pontificiis Epiſcopis juſtè ac rectè jura Eccleſiæ ademta fuerint.* Non contraria

Digitized by Google

collimarent, novamque saltem & majorem lucem receptæ hypothesi adspergerent, tantò magis etiam JCtis adprobanda, quòd ex iisdem fontibus, iisdem principiis eadem derivavit ille, ex quibus & illi sua depromunt. Eadem certè ante ipsum, sed brevissimis saltem, scripserat NIC. HIERONYMUS GUNDLINGIUS (*o*) Nec displicuit hæc sententia Viris doctissimis, ex quibus duos hic anonymos Scriptores saltem laudamus, quorum unus quidem *positiones de vocatione Ministrorum Ecclesiæ demonstrante methodo ex Socialitate Christiana assertas* (*p*), alter verò *meditationes de origine, indole atque historia juris reformandi* (*q*) edidere. Nec tamen & defuere, qui dissensum suum hîc testatum facerent. Non mirum, sententiam hanc displicuisse Scriptori Romanensi pseudonymo, qui mox sub nomine *Timothei Cæsarini Basilii politicam catholicam*, mox sub titulo *Irenæi Hygiophili apologiam* hujus *politicæ* scripsit. (*r*) Ita

traria sunt his, quæ de originibus juris ecclesiastici p. 183. 188. 196. scripsit cel. PFAFFIUS. Etsi enim ajat, *jura hæc ab Ecclesiâ amplius ad se retrahi non posse & esse irrevocabilia*, id tamen non absolutè & sine limitatione dicit, sed saltem in hoc casu, si Princeps vel Magistratus ea, uti par est, administret. Hæc enim ipsius verba sunt p. 188. *Plebem ecclesiasticam jura hæc à Principibus ad se retrahere saltem non posse, QUANDOCUNQUE libuerit.* Alius est casus, ubi rationes adsunt, quæ retractum poscunt.

(*o*) In viâ ad veritatem P. 3. C. 35. §. 76. sqq. p. 348. sqq.

(*p*) §. 69. sqq. maximè §. 107. sqq. 113. sqq. Jam laudavimus Virum egregium. Est is Jac. Gottlieb Canzius, tum Collegii Bebenhusani Præceptor, postea Theol. Prof. Tubing. Sed nescio, cur hanc suam mentem veteresque demonstrationes resorpserit, nisi forsan altior quædam vis & superior demonstratio tanquam ratiò prævalens ad hanc mutationem calamum ipsius inclinaverit. Vide Jurisprudentiam Theologiæ p. 361.

(*q*) p. 56. sqq. Autor hujus libelli est cl. Philippus Eberhardus Zechius, qui olim librum cel. Cancellarii Pfaffii de originibus Juris ecclesiastici Respondens A. 1719. defendit. postea Consil. int. wirt.

(*r*) De hoc pseudonymo vide præfationem *monstri politici detecti*, sive-

des

Digitized by Google

& eandem ſed modeſtiore calamo adgreſſi ſunt ex noſtris *Gottlieb Samuel Treuerus* (*s*) & *Georgius God. Keuffelius* (*t*), maximè verò *Juſtus Henningus Bœhmerus*, JCtus Halenſis celeberrimus (*u*). Si cel. Cancellario Tubingenſi unquam volupe foret, in pugnam literariam deſcendere, nullum exiſteret dubium, quin objecta, adſpersâ præſtantiſſimâ veritatis luce, protinùs dilueret, hypotheſin ſolidiſſimam extra omnem oppoſiti formidinem ſic collocaturus. Cùm verò ab omni contentione *irenicus* ejusdem animus prorſus abhorreat, licebit nobis, aciem iſtam campumque polemicum ingredi & tentare aleam, quæ, quomodo ceciderit, benevoli lectoris judicium eſto.

§. II.

Ordo poſcit, ut, quæ pſeudonymus ille Romanenſis hîc objecit, primo loco difflemus. Fingit hîc primùm, celeb. Cancellarii ſententiam ſententiæ Theologorum atque Proteſtantium communi, quæ jura ſacrorum Magiſtratui politico tribuat, contrariam eſſe. Figmentum, inquam, hoc eſt. Etſi enim hîc pauliſper à communi παιδείας τρόπῳ abeat ille, tamen & jura ſacrorum *abſoluta*, de quibus verò profundum pſeudonymo ſilentium eſt, Magiſtratui politico vindicat, & oſtendit quoque, quî jura *collegialia*, *originariè* ad Societatem eccleſiaſticam ſpectantia, non quidem Principibus, *ut talibus*, neque *ut Chriſtianis* præcisè, neque etiam, *ut præcipuis Eccleſiæ membris*, ſed, quatenùs iisdem iſta vel tacito Eccleſiæ conſenſu

des entlarvten Ungeheuers der Politicæ Catholicæ, qui liber ſine nomine autoris, qui verò dicitur laudatus Canzius, & loci Tubingæ A. 1727. 8. prodiit.

(*s*) in notis ad Pufendorfii L. 2. de officio hominis & civis C. 7. §. 8. p. 489. ſqq.

(*t*) in elementis Jurisprudentiæ eccleſiaſticæ univerſalis L. 1. C. 5. §. 15. ſqq. p. 104. ſqq,

(*u*) in diſſ. 12. de extraordinario primitivæ Eceleſiæ ſtatu §. 30. p. 565. ſqq. Adjecta illa eſt novæ editioni Juris Eccleſiaſtici antiqui, quæ Halæ Magd. A. 1729. 8. prodiit. Eandem in ſententiam jam ſcripſerat in diſſ. de jure Liturgiarum eccleſiaſtico, præmiſſâ Tomo III. Juris eccleſiaſtici Proteſtantium Vir illuſtris.

Digitized by Google

ſenſu tradita ſunt, vel neceſſitas ipſa, ut hæc ſibi jura illi ex conſenſu Eccleſiæ præſumto vindicarent, popoſcit, hodie ad eosdem pertineant. Itaque *diſtinctiùs ſaltem* jura iſta eorumque origines & fundamenta evolvit ille, nec in re ipſâ ſed ſaltem ratione diverſi reſpectûs, quo ad Principes jura iſta ſpectant, à communi tractandi modo tantiſper abludit (*a*). Sed pergit pſeudonymus, aitque, Eccleſiam jura iſta ſacra collegialia nunquam habuiſſe, &, ſi habuiſſet, amiſiſſe deinceps, atque adeò tempore reformationis in Principes illa transfundere haud potuiſſe. Primum ex eo probat, quòd jura illa collegialia nec *per ſe* nec *jure divino* Eccleſiæ competant, non *per ſe*, Eccleſiam enim conſiſtere ex ovibus, non à ſe ſed à Paſtoribus ſuis paſcendis, eſſe familiam à Patrefamilias regendam, eſſe navem à nauclero gubernandam, ſubeſſe uno verbo Paſtoribus, quorum ſit, Eccleſiam regere, quibus iſta jura ſacrorum non poſſint non ſolis adſcribi, id quod & *ex* ipſo *jure divino* pateat. Sed facilè quidem hæc omnia diluuntur. Vitium ante omnia in hoc jacet, quòd exiſtimat pſeudonymus, cel. PFAFFIUM per Eccleſiam, per collegium hoc ſacrum ſolos Auditores intelligere, cùm tamen ad collegium hoc & Doctores & Auditores ſpectent, illique quoad jura hæc collegialia eorumque adminiſtrationem ſuo quoque præcipuo jure in cenſum veniant. Peccat & tùm, cùm ſimilia iſta ad vivum reſecanda eſſe vult, laicos ſic ſanè in puras beſtias & bruta verſurus, omnique jure, omni libertate, quam tamen Chriſtianis Chriſtus peperit, privaturus. Jam & deinceps plurimùm hallucinatur, quando ſupponit, nullibi in ſacris tabulis jura iſta collegialia Eccleſiæ adſcribi, vel ab Eccleſiâ Apoſtolicâ adminiſtrata legi, id quod tamen in originibus Juris Eccleſiaſtici prolixiſſimè & ad ſummam usque convictionem oſtendit cel. PFAFFIUS, qui & ex documentis antiquis monſtrat, Eccleſiam trium primorum ſeculorum eâdem ratione jura iſta collegialia adminiſtrâſſe. Abſit autem, ut, quod pſeudonymus ait, ſtatuat, formam regiminis eccleſiaſtici tùm fuiſſe democraticam, cùm quamcunque imperii, quod Eccleſia nulla gerit, formam hîc exulare jubeat. Quòd verò Eccleſia hodie jura iſta collegialia adminiſtrare haud commodè ampliùs valet, ratio hæc eſt, quòd religio & Eccleſia jam per totam civitatem diffuſa eſt (*b*), ita, ut plebs eccleſiaſtica ad adminiſtrationem

(*a*) Vide §. præcedentem.

(*b*) Eccleſias particulares atque minores heic haud moramur. Ita Eccleſiæ noſtræ Evangelicæ in Belgio jura collegialia exercent. Sed à particularibus hiſce Eccleſiis ad Eccleſias majores, per totam civitatem diffuſas concludere haud licet, cum & iſtud exercitium ſuis

nem hanc non ampliùs concurrere tota poſſit, adeóque, cùm Clerus in Papatu juribus iſtis tantoperè abuſus fuerit, in Principes & Magiſtratus iſta transfundere neceſſum habuerit. Id quod tum factum, cùm ante CC annos divino nutu ſacra apud nos reformarentur, *non tamen ſine conditionibus tacitis*, de juribus iſtis ſecundùm indolem Eccleſiæ bene adminiſtrandis. Non itaque valet objectio, collegialia iſta jura, cùm olim ab Eccleſiis in Clerum licitè transfuſa fuerint, retrahi nunquam potuiſſe (*c*). Transfuſa enim in eundem fuere cum conditione præfatâ, quâ haud ſervatâ aliter utique pro re natâ Eccleſia diſponere potuit, imo debuit. Quod ipſum quî Donatiſmum vel Huſſiſmum ſapiat, nemo cum pſeudonymo perſpiciet. Quæ & contra ſigillum civile translationi illi in pace religioſâ & Weſtphalica impoſitum cauſatur pſeudonymus, ajens, ejusmodi ſigillo quoque munitum eſſe jus Cleri in Papatu, nullius momenti ſunt, cùm ſigillum iſtud conditionem, ſub quâ iſta jura ab Eccleſiâ Magiſtratibus tradita ſunt, ſine ullo dubio incluſam velit, poſcatque, ut juxta ordinem in ſacris literis præſcriptum & indolem atque ad ſalutem Eccleſiæ jura iſta collegialia adminiſtrentur. Quod niſi fiat, Eccleſiæ ſanè jus ſuum integrum manet, etſi translatio iſta tàm diu ſit irrevocabilis, & quidem talis ex pacto ſit, cui ſigillum iſtud civile acceſſit, quàm diu jura iſta à Principibus & Magiſtratibus rectè adminiſtrantur (*d*). Jam pone caſum, Principem, cui jura ſacrorum collegialia ab Eccleſiâ Evangelica tradita ſunt, illis abuti ad falſa dogmata, ad religionem hæreticam in illam inducendam, cultumque alienum ſubditis imponendum, quis dubitet, reviviſcere ita Eccleſiæ jus ad jura iſta collegialia ad ſe retrahenda libertatemque ſuam tuendam, id quod & inſtrumento pacis quàm maximè favente fieret, quod jus reformandi hoc limite circumſcribit (*e*). Horrendum eſt ſcomma, quod adjicit pſeudonymus, ſigillum iſtud pacis Weſtphalicæ nudam tolerantiam religionis Evangelicæ in Germaniâ involvere, illi hactenùs ſimilem, quâ e. g. Pontifex Romanus Romæ lupanaria toleret. Publicam animadverſionem hæc merentur (*f*). Ficulneum & id eſt,

ſuis ſubinde turbis haud careat. Id quod & ad ea reponendum eſt, quæ pſeudonymus p. 99. ſqq. 201. ſqq. monet.

(*c*) Vide, quæ ſupra hanc in rem diximus.

(*d*) Vide ſupra hanc in rem dicta.

(*e*) Vide art. 5. n. 12. §. 30. 31. n. 16. §. 48.

(*f*) Confer hîc die *unwiderlegliche Widerlegung* Philadeji Veronenſis p. 45. 46. Scilicet juxta inſtrum. pacis Oſnabr. art. 5. n. 1. §. 1. *inter utriusque Religionis Principes*

Digitized by Google

eſt, quod urget pſeudonymus, populum de malâ jurium collegialium adminiſtratione nec judicare debuiſſe nec potuiſſe, atque imprudentiſſimè acturum fuiſſe, jura iſta in Principes æquè vel magis illis abuſuros, transferendo. Ut enim taceamus, illum Eccleſiam ſemper cum populo, qui illius pars ſaltem eſt, confundere, judicare utique & *debuit* & *potuit* plebs Eccleſiaſtica de rebus ad conſcientiam, ad libertatem, ad ſalutem ſuam ſpiritualem ſpectantibus, ſcripturarum maximè ſanctiorum luce colluſtrata, &, ubi abuſus tàm clari ſunt & manifeſti, quales exſtiterant ante ſacrorum reformatorum tempus. Nec, licet & Principes juribus hiſce abuti poſſint & ſubinde abutantur, malè Principibus hæc jura tradidit Eccleſia, cùm ad errores in eandem invehendos conſcientiasque illis alligandas nunquam vel tàm facile ſaltem haud provolaturos Principes Eccleſiæ abundè cognitum eſſe potuerit, medela etiam & jus retrahendi iſta jura ſemper ſuperſit, nec omnimodam heic perfectionem res humanæ ferant. Quod poſtremo loco addit pſeudonymus, conſenſum Eccleſiæ tacitum *fingi* ſaltem, non *probari*, cùm invitâ illâ Principes & Magiſtratus jura illa ad ſe traxerint populusque etiam neſciat, quid jura collegialia ſint, atque eadem ipſemet potiùs e. g. in denominatione Paſtorum lubentiùs exerceat, quàm ut exerceri ab aliis ſinat, itidem ſua mole cadit. Primò enim falſam hîc hypotheſin ipſe *fingit*, ac ſi populo invito iſta per Principes contigiſſet reformatio, cùm plurimùm iſte reformationem, Principum auxilio peragendam anhelaverit, atque adeò nullam heic proteſtationem interpoſuerit, ut potiùs, ubi introducta fuit illa, Principibus hîc plurimùm adplauſerit, atque Romanum jugum exultabundus ſic humeris ſuis decuſſerit, in libertatem Evangelicam ſibi debitam ſic aſſertus, deinceps etiam tùm ceſpitat, quando ait, neſcire plebem ſacram, quid jura collegialia ſint. Etſi enim acroamaticas ille ideas de hoc negotio non habeat, terminosque artis hos haud nôrit, ipſam tamen rem ſatis capit, cùm & ad conſtitutionem Paſtorum, pſeudonymo notante, concurrere ſubinde deſideret, qui concurſus juribus collegialibus in Magiſtratum transfuſis ſed non ſine conditionibus & limitationibus hîc & illic transfuſis, ſanè per ſe contrarius haud eſt. Aſt indigna ſunt pſeudonymi ratiocinia, queis ampliùs refutandis immor mur.

§. III.

Reſtat, ut, quæ à viris doctis, queis ſanior religio eſt, & modeſta ſcriben-

cipes & ſtatus æqualitas exacta & mutua eſſe debet, ita, ut, quod uni parti juſtum eſt, alteri quoque ſit juſtum. Itaque æquale religionis exercendæ jus in Imperio Romano habent & Catholici & Proteſtantes.

Digitized by Google

ſcribendi ratio, hcic objecta cel. Cancellario noſtro fuere, diluamus. Initium faciat cl. TREUERUS, qui putat, *jus circa ſacra & religionem ex Principis jure ſupremæ inſpectionis in quasvis ſocietates, quævis Collegia civium, quo præcaveat, ne ullum Reipublicæ præjudicium exinde pronaſcatur, deducendum eſſe, unde non opus ſit, ut fingantur jura collegialia à juribus majeſtaticis diverſa.* Aſt, quod pace viri docti dixerimus, jus illud ſummæ inſpectionis in quævis collegia atque etiam Eccleſiam hoc ſaltem infert, ut, monente eodem, præcaveat Princeps, ne in Eccleſiâ agatur quicquam, quod rei publicæ adverſum ſit, Eccleſiamque ut ille ab injuriis defendat. Ab hoc verò jure cùm diverſa ſint jura ipſorum collegiorum, in quorum adminiſtrationem Princeps inſpectionem gerit, non video, quì dici poſſit, jura collegialia ex iſtâ inſpectione fluere (*a*). Res in aprico eſt. Jus ſummæ inſpectionis differt à juribus illis, in quorum adminiſtrationem inſpectio fit. KEUFFELII dubia hæc ſunt. I. durum eſſe, ſi ſtatuatur, *jura collegialia Eccleſiæ ut Collegio eſſe propria, à Principe poſſideri ut aliena & nulla juris neceſſitate ad ipſum pertinentia.* Aſt, quod ipſa rei indoles docet, durum videri non debebat, cùm ipſemet quoque vir cl. ajat, *eſſe jura ſacrorum, quorum exercitium penes alios quoque quam penes Principem eſſe poſſit, ita, ut ſupremæ quoque illius poteſtati nil hcic derogetur.* Si Eccleſia, quod largitur autor, collegium eſt, jura etiam collegii habet, quæ ſi exerceat Princeps, non exercet ſanè tanquam ex ſuâ propriâ ſupremâ poteſtate fluentia, ſed tanquàm ex collegio ad ipſum derivata. Pergit Vir cl. traditionem horum jurium non *probari* ſed *ſupponi* ſaltem. Sed ſufficienter demonſtrat illam *conſenſus Eccleſiæ tacitus*, quo permiſit illa, hæc jura ut ad ſe traherent Principes, uti ſupra jam monuimus Jam cùm & largiatur ille, Eccleſiam ſub Imperatoribus ethnicis jura collegialia ſuo quodam jure adminiſtrâſſe, ſine ullo dubio in Eccleſiâ radix & origo illorum quærenda eſt. Nec obſtat, quod regerit KEUFFELIUS, conſervationem ſalutis publicæ neceſſitatemque poſtulâſſe, ut Principes illa ſibi vindicarent. Poſito enim etiam hoc, ipſa tamen jura collegialia majeſtatica ſic haud evadunt, nec ex ſuperioritate territoriali fluunt, ſed adhùc collegialia manent ratione originis ſuæ & radicis. Nec quæ in inſtitutionibus Juris eccleſiaſtici L. 5. C. 2. §. 1. p. 241. dicit Rev. Cancellarius, priùs dictis adverſantur, cùm jura collegialia ibi vindicentur Principi utique,

(*a*) Alia porrò adhuc jura quàm majeſtatica competere in ſacris ſummis Imperantibus poſſe, ex ſolo jure Patronatûs patet, quod ſanè majeſtaticum non eſt, cùm & aliis quàm Principibus competere poſſit.

Digitized by Google

que, ſed non ut ex ſuperioritate territoriali, ſed ex Collegio Eccleſiæ in ipſum tranſeuntia. Jam & peccat Vir cl. ubi ait, aliam hanc eſſe diviſionem inter jura ſacrorum *negativa* & *poſitiva*, ac inter jura ſacrorum *abſoluta* & *collegialia*, & dari jura ſacrorum *abſoluta*, quæ etiam *poſitiva* ſint, cùm à potiori fiat denominatio. Quin & tùm ceſpitat, quando putat, Principem jura Eccleſiæ eâdem ratione ad ſe trahere poſſe, quâ ſylvas, flumina, metalla, feras beſtias, lapidicinas, alluviones, ſuccinum &c. ad ſe trahere poſſit, cùm eccleſiaſtica ſocietas ſua ſibi privilegia & quidem jure divino habeat, queis invita privari haud poteſt. Unde nec concipi poteſt, qui ex jure naturæ hoc fluat, quòd jura ſacrorum collegialia Princeps adminiſtret. Nec *inſpectio* in ſocietatem eccleſiaſticam *ſpecialiſſima*, quæ ad officia ſummorum Imperantium ſpectat, poſtulat, ut juribus ſuis Eccleſia invita privetur, poſtulat enim ſaltem ſpecialiſſimam directionem, ne ita adminiſtrentur illa, ut res publica inde damnum accipiat (*b*). Supereſt, ut, quæ ill. BOEHMERUS circa ſententiam PFAFFIANAM monuit, diſcutiamus. Ait ille, jura quidem ſacrorum collegialia ſive conventionalia Eccleſiæ ut Collegio propria fuiſſe primitùs *in ſtatu* ejusdem *extraordinario* in quo ſub Imperatoribus ethnicis gemuerit (*c*), ubi & neceſſitas eadem ab Eccleſiâ extorſerit, in ſtatu pacifico, quieto & ordinario aliâs à ſummo Imperante exercenda. Aſt, cùm Eccleſia ſub Chriſtianis Principibus collegii formam haud exuerit (*d*), cum collegio

(*b*) Nolim & hèic aſſumi illud juris ſacrorum fundamentum, quòd pontt ill. Floerkius in prænotionibus Jurispr. Eccleſ. §. 12. p. 24. *Quicquid jure divino non eſt determinatum, illud pertinet ad ſupremam poteſtatem reipublicæ. Atqui jura ſacrorum collegialia &c.* Ut enim taceam, jura ſacrorum Eccleſiæ jure divino competere, ſumma utique tyrannis hæc foret, ſi libertatem civium, imo & collegiorum naturalem, adeoque & in jure naturæ hâc ratione fundatam ſic coërcere Magiſtratus politicus vellet. Vide, quæ Pufendorfius contra Houtuynum monet, pag. 274. ſqq.

(*c*) Eadem monet KEUFFELIUS, qui putat, jura Eccleſiæ reprobatæ longè eſſe majora, quàm dominantis, nullo tamen aſſertionis documento adducto.

(*d*) Egregiè hâc Pufendorfius: *Adparet, ex eo, quòd ſummus Imperans aut univerſa civitas Chriſti Sacramento accedit, Eccleſiam ideò priorem indolem haud exuere, niſi quòd, quæ hactenùs privati conditionem collegii geſſit, legitimi tamen, & quod Imperio civili prohibere, turbare, perſequi aut deſtruere fas non erat, ad majorem jam ſecuritatem provehatur & infidelium perſecutiones metuere deſinat, ſummorumque imperantium defenſione gaudeat.* De habitu relig. Chriſtianæ ad vitam civilem §. 41.

Digitized by Google

huic jura ista ipsa collegiorum indoles vindicet, cùm & collegium hoc cum istis juribus ipse fundaverit Salvator optimus maximus (*e*), cùm porrò in jura Synagogarum Ecclesia transierit, quæ suis juribus collegialibus non ex necessitatis quodam casu, sed ob eandem collegii rationem gavisæ sunt (*f*), cùm porrò accessione summi Imperantis ad Ecclesiam jura Ecclesiæ haud mutentur, imperansque sic saltem Ecclesiæ *membrum*, non *Dominus* evadat (*g*), cum & is *ordinarius* sit Ecclesiæ *status*, ubi suo jure

(*e*) Jam enim collegium hoc non humani sed divini instituti est. Aurea hæc sunt Pufendorfii verba, quem iterum in partes vocare convenit. *Est sanè*, ita ille, *Ecclesia societas, sed non Corpus civile, autoritate & vi publicâ roboratum, sed quæ subsistentiam suam principio longè altiori debet, & quæ non, uti cætera collegia, dependentiam suam à civitate habet.* Vide animadv. ad Houtuyni politicam p. 275. 277.

(*f*) Merentur hîc adscribi verba Lightfooti ad Matth. 4, 23. *Non vereor ego asserere Ecclesias istius primævi seculi sibi ipsis defuisse, si non eandem regiminis libertatem assumerent sibi, qua per Romanos uti licuit Synagogis Judaicis.* Confer. & cel. Pfaffii Origines juris ecclesiastici C 2 art. 3. itemque instit. Juris ecclesiastici p. 59. ubi ostendit ille, Ecclesiam ad formam Synagogarum suo modo fuisse institutam.

(*g*) Egregia hic iterum sunt, quæ contra Houtuynum monet Pufendorfius pag. 292. 293. *Princeps dum Christianus fit, non fit Dominus Ecclesiæ, sed potiùs subjectus fit Capiti Ecclesiæ Christo, nec eo ipso omnia jura Ecclesiæ in se transfert sed de illis pro ratâ participat, nisi quâ ultrò Ecclesia in ipsum quid contulit, quod quidem rectè in unum conferri potuit. Et quare non possit Ecclesia sub Principibus Christianis esse cum eo effectu, ut personæ vicem sustinere queat & agere aliquid & decernere per majorem partem, quod jus faciat saltem ex consensu? Nam inter civitatem seu statum & multitudinem dissolutam datur tertium, nempe collegium, in quo vis cogendi summaque potestas necessaria non est. Possunt hæc illustrari tali exemplo. Est in civitate societas seu Collegium mercatorum, quod statutis & directoribus consensu membrorum constitutis regitur. In id quoque collegium adscribi vult Princeps collata certa sorte. Sanè hac adscriptione idem non acquirit absolutam dispositionem in collegium ejusque bona, sed potiùs statutis se collegii subjicit, nec aliqua præ reliquis prærogativa gaudet, nisi quam magnitudo sortis collatæ aut præstatio aliqua extraordinaria vel consensus cæterorum ultrò tribuit, nec in eo collegio consideratur ut Princeps, sed ut mercator. Etsi hoc aliquod sit discrimen, quòd, collegium*

Digitized by Google

jure Eccleſia utitur, *extraordinarius* ille potiùs, ubi jura ſua in ſummum Imperantem transfundere atque ſic à primâ ſuâ inſtitutione deviare neceſſum habet, certiſſimum eſt, jura iſta ſacrorum collegialia *originariè* in Eccleſiâ reſidere & ex hoc ipſo fonte, non ex majeſtate vel ſummâ imperii poteſtate aut ſuperioritate territoriali manare (*b*), nec invitâ Eccleſiâ rapi

gium mercatorum ne exiſtat, probibendi jus ſit Principi, Eccleſia ne exſtet, non item. Eadem jam dixerat de habitu religionis Chriſtianæ ad vitam civilem § 41. ubi: *Ubi igitur totus aliquis populus ipſo cum ſummo imperante Chriſtianam religionem profitetur, civitas deinceps Eccleſiam ſinu ſuo complectitur citra ullam colliſionem aut æmulationem aut jurium ſuorum præjudicium & confuſionem, velut collegium omnes cives cum principe complexum, ſic, ut cuilibet civi præter eam, quam antea geſſerat, perſonam civilem nunc ſuperaddatur perſona Chriſtiani, eoque reſpectu etiam Eccleſiæ membrum habeatur. Unde & perſona illa, quam quisque in civitate gerit, eique adhærens dignitas & potentia, ubi idem Eccleſiam ingreſſus fuerit, quieſcit & non attenditur, & Chriſtiani tantùm perſona ſe exſerit. Sic, qui ſupremi ducis munere in civitate fungitur, idem in Eccleſia haud plus juris obtinet, quam gregarius miles. Nemini autem ignotum eſt, unum & eundem hominem citra confuſionem plures perſonas gerere poſſe, prout diverſa munia aut diverſas obligationes ſuſtinet.* Hæc judicioſiſſimè Pufendorfius, juris eccleſiaſtici præſtantiſſimus interpres.

(*b*) Officit huic ſententiæ, quòd civitates & Magiſtratus non ſunt conſtituti niſi ad ſalutem civilem & publicam conſervandam, quòd Jura collegiorum ſunt libera, quòd Chriſtus jura ſacrorum collegialia tradidit non Principibus, ſed Eccleſiæ, quòd adminiſtravit eadem ille, adminiſtravere & Apoſtoli, adminiſtravere & Eccleſiæ antiquæ, nulla tamen ratione ſic in jura territorialia involantes, quòd Imperatores ethnici ne per ſomnium quidem jura ſacrorum Chriſtianorum ſibi unquam vindicârunt, ridiculumque eſt dicere, quòd derelictis illis, per tacitum conſenſum ea reliquerint Eccleſiis. Periculoſiſſima illa theſis eſt, quæ jura ſacrorum ſpecialia è ſuperioritate territoriali derivat. Ita jura ſacrorum pertinebunt & ad Principum incredulum & hæreticum, ita prona via ad *Cæſaropapiam* & tyrannidem ſacram ſternitur. Vide & cel. PFAFFII orig. juris Eccleſ. Audiamus Pufendorfium de habitu rel. Chriſt. ad vitam civilem §. 39. *Eſt autem ea natura collegiorum omnium, quæ libera hominum coitione conſtant, ut aliquid habeant democratiæ ſimile bactenùs, ut quæ eam in univerſum concernunt, negotia, communi omnium conſenſu ſint expedienda, adeóque nemo in illis poteſtatis quid in alios ſibi arrogare queat, niſi id ab univerſis ipſi ſit delatum. Unde conſequitur, ut radicaliter & originariè*

rapi à Principe poſſe (*i*), ſed ad illum ſaltem per conſenſum & delegationem Eccleſiæ tranſire (*k*), quæ ne quidem ſimpliciter, ſed cum magnis reſervationibus illa in Principem tranſtulit (*l*). Accedit & hoc, quod ſalvis prorſus ſummorum imperantium juribus jura hæc collegialia exerceant plurimæ diverſarum quoque religionum Eccleſiæ, quæ in Ger-

facultas conſtituendi doctores aliosque miniſtros Eccleſiæ ſit penes totam Eccleſiam univerſumque cœtum fidelium. & §. 45. *Cùm jus vocandi & conſtituendi Miniſtros Eccleſiæ originarie ſit penes univerſitatem fidelium, Princeps quoque eo ipſo, dum fidelium cœtui annumeratur, non poteſt non in partem ejus juris venire. In partem, dico. Nam ut ſingulis Eccleſiis judicium & approbatio circa doctores ſuos integra relinquatur, ſi nulla peculiaris conſideratio interveniat, utique par eſt. Neque enim eo modo id jus vocandi doctores Eccleſiæ ad Principem ſpectat, quo jus conſtituendi magiſtratus & alios, qui munia civitatis publica obeunt. Hoc quippe in ſolidum ipſi competit velut pars ſummi imperii. Sed doctores Eccleſiæ ut tales non ſunt propriè publici officiales Regis, ſed ſunt ſervi Chriſti ac Miniſtri Eccleſiæ, non civitatis.*

(*i*) Sequimur hîc libros ſymbolicos.

(*k*) Videatur hic iterum Pufendorfius l. c. §. 39. ubi: *Niſi id ab univerſis ipſi ſit delatum.* Adde contra Houtuynum pag. 292. quæ & verba ſupra citavimus, itemque p. 294. ubi: *Igitur, ubi electio Miniſtrorum à Principe fit, dicendum eſt, id fieri ab ipſo jure Eccleſiæ eidem ab hacce delato.*

(*l*) Loquatur denuo Pufendorfius contra Houtuynum p. 274. 275. ubi: *Submiſſio* civium *limitanda eſt è fine inſtitutarum civitatum, qui eſt defenſio ab injuriis, quæ homini ab homine imminere poſſunt, ſic, ut haudquaquam omnia, quæ in naturali libertati privati juris ac diſpoſitionis erant, in imperantes translata ſint, ſed ea duntaxat, quæ ad iſthunc finem faciunt. Ad eum finem cùm religio non pertineat, haud quoque cenſendum, futuros cives religionem ſuam voluntati Principum ſubmiſiſſe. Ac ſanè in aprico eſt, plurimos dari actus, quos cives jure naturalis libertatis exercent, nulla à Principibus dependentia. Unde ſubmiſſio civium circa religionem non alio modo facta intelligi debet, quam ut cives eandem Principum cum ſua ſententiam circa religionem præſuppoſuerint, & non alia externa eorundem arbitrio detulerint, quàm quæ ad internum Numinis cultum indifferentia ſunt.* & p. 285. *Nec probari poteſt, Eccleſiam, quando Principes eidem acceſſere, id jus conſtituendi Miniſtros IN SOLIDUM iisdem contuliſſe.* Vide omnino Kromayeri append. p. 20.

Digitized by Google

Germaniâ (*m*), Belgio & Angliâ, ſolâ Epiſcopali heic exceptâ, vigent, pacatusque harum Eccleſiarum ſtatus haud dici poſſit efficere, ut in jura Magiſtratus hîc involent, & criminis læſæ majeſtatis hîc reæ poſſint agi, quemadmodum nec Chriſtus vel Apoſtoli, qui jura ſacrorum exercuere, dici poſſunt, jus ſuperioritatis territorialis hîc exercuiſſe, quòd ipſis exercendum reliquerit Magiſtratus politicus. Sed addit Vir inſignis, *collegiis non competere judiciorum inſtituendorum poteſtatem.* Non refragor, ſi *judicia* hæc *civilia* ſint, *pœnasque* ſecum *civiles* vehant. Aſt ſi ſint *conventionalia*, ſi & *conventionales pœnæ*, nemo non videt, & collegiis illa competere *poſſe*, imò & *debere*, reque etiam verâ olim ab Eccleſiâ primævâ exercita eſſe & hodie à collegiis exerceri, quod nec ipſe Vir celeberrimus diffitetur (*n*), ut taceamus, jura ſacrorum collegialia judiciis iſtis eccleſiaſticis prorſus haud abſolvi. Nec valet objectio, ceſſâſſe iſta Eccleſiæ jura, cùm per totam civitatem illa ſe diffuderit. Jam enim, cum Eccleſia & ſic collegii retinuerit indolem (*o*), & difficultas ſaltem heic in adminiſtratione jurium collegialium fuerit ſuborta, non patet, quî ipſa jura collegialia ſic ceſſare potuerint. Scilicet difficultas exercitii ipſum jus non tollit, ſed poſcit ſaltem, ut adminiſtrationis fiat delegatio. Nec dici poteſt, Eccleſias exercitio horum jurium ipſo facto ſic renunciaſſe. Non enim ſtatim renunciat exercitio juris, qui illud non exercet ipſe. Delegare quippe illud & alteri poteſt, & mediate ita per alterum idem exercere. Plura non opus eſt addere, cùm argumenta Viri doctiſſimi omnia ſic diluerimus, qui tamen in jure paroch. pag. 156. SPENERI ſententiam approbârat, in den Tholog. Bedenck. P. 1. C. 1. ſect. 56. pag. 263. ſcribentis, Magiſtratum nec jure proprio exercere jus circa ſacra, nec repræſentare Eccleſiam.

§. IV.

Supereſt, ut pauca quædam regeramus Georgio Friderico Zügelio, Superintendenti olim Montisbeligardenſi, qui in theſibus & concluſionibus Theologicis de nexu divino miniſterii Evangelici cum reſurrectione Chriſti A. 1731. 4. editis cauſatus eſt, male repeti originem & poteſtatem miniſterii eccleſiaſtici ex regimine & inſtitutis ſynagogarum, adeoque ex inſti-

(*m*) Notabilis hanc in rem paſſus eſt inſtrum. pacis Oſnab. art. 5. n. 12. §. 31. ubi expreſsè de *ſubditis*, quod, ſi A. 1624. jura ſacrorum exercuerint, exercitium hoc retinere debeant. Quod ſi ita eſt, ſane jura ſacrorum ad ſuperioritatem territorialem non pertinent, à *ſubditis* aliâs nullâ ratione exercenda unquam.

(*n*) Vide ſaltem librum de origin. Juris Eccleſ. C. 4. art. 2.

(*o*) Egregiè hoc oſtendit Pufendorfius de habitu relig. Chriſt. ad vitam civilem §. 41.

Digitized by Google

institutо saltem humano, itemque ex libera Christianorum confœderatione nullatenusque doceri posse, jura collegialia in magistratus politicos translata esse. Posterius jam sufficienter diluimus. Priores etiam objectiones facile cadunt. Jura sacrorum Ecclesiæ contulit Christus, ad formam synagogicam per confœderationem Ecclesiæ mutuam exercenda, quæ rationem administrationis ex jure à Christo concesso, quod utique divinum est, determinat.

§. V.

Antequam verò finem differendi faciamus, placet, quænam distinctionis hujus in jura sacrorum *majestatica* & *collegialia* sit præstantia & quanta lux maximis veritatibus sic accedat, paucis enarrare. Scilicet hâc distinctione positâ jura & libertates Ecclesiæ, quæ divinitùs instituta societas est (*a*), sartæ tectæ manent, via omnis, quæ ad *Cæsaropapiam* & tyrannidem sacram ducit, quam & sternunt sine ullo dubio, qui sacrorum jus ex solo summo imperio deducunt, præcluditur, conscientiis sua libertas, imò & Ecclesiæ decus suum & nativus flos servatur, omnique perversæ & malæ juris Ecclesiastici administrationi eò feliciùs obviam itur. Neque enim sanè jura Principium in Ecclesiam *absoluta* sunt, sed limitibus suis quàm maximè circumscripta, quos Deus, quos Ecclesia ipsa posuit. Et mirum sanè est, JCtos doctissimos, qui aliâs tradunt, Principis quà talis esse, solam salutem civium politicam promovere, nec ad eum curam religionis spectare (*b*), nisi saltem, quatenùs cum salute publicâ connexionem habet, nihilominùs jure sacrorum positiva ex superioritate territoriali, tanquàm ex radice suâ originariâ deducere. Etsi enim instrumentum pacis Westphalicæ illa superioritati territoriali annectat, fundamentum tamen & radicem horum jurium in illâ non quærit (*c*), cum juribus Ecclesiarum egregiè simul prospiciat. Plurimùm ergò hìc peccant illi Magistratus politici, qui juribus istis abutuntur, qui Ecclesiis Pastores imponunt obtruduntque perversos, homines nauci, qui res Ecclesiæ vastant, illisque qualitatibus, queis fulgere debebant, haud sunt instructi, qui

(*a*) Vide hic cel. Weismanni Sched. de Ecclesiâ §. 80. in notâ sub finem. Præstantissimæ veritates in hoc schediasmate habentur, acutè propositæ. Exstat in schediasm. academicis n. 7. ubi vide p. 793.

(*b*) Ita e. g. Thomasius vel potius Brenneysen im *Fürsten-Recht*, ita communiter alii.

(*c*) Aliâs sanè subditis jura sacrorum haud tribueret art. §. n. 12. §. 31 *hoc non obstante*. Confer Lyncker analecta ad Schwederi introduct. in jus publ. Part Spec. Sect. 2. C. 12. p. 77.

Digitized by Google

qui Ecclesiæ cærimonias cultumque & leges obtrudunt, nullam prorsus ædificationem spiritualem secum vehentes sed illi potiùs sufflaminandæ aptas, qui onera Ecclesiis imponunt, qui bonis Ecclesias privant, illaque ad malos usus adhibent, qui eam, quâ par erat, Ecclesiarum & Scholarum curam haud habent & absoluto quodam dominio in res Ecclesiæ involant. Fuere hinc, qui existimarent, illarum Ecclesiarum statum longè feliciorem esse, quæ sua jura collegialia ipsæ adhuc administrant (*d*). Hinc & Theologus judicioſissimus PHIL. JAC. SPENERUS Ecclesias quoque sub alienæ religionis magistratibus, jura sacrorum ad se haud rapientibus, existentes hactenùs beatas prædicat, cùm à Cæsaropapiæ (*e*) jugo nîl heic metuendum habeant suisque libertatibus frui permittantur (*f*), etsi haud diffitendum sit, factiones in hisce Ecclesiis, maximè pressis,

(*d*) Merentur hanc in rem legi Jo. Christiani Seizii libelli: *Kurze und deutliche in natürlich- und göttlichen Rechten gegründete Vorstellung von dem Recht und Macht weltlicher Obrigkeit in Religions und Kirchen Dingen* 1712. & *Christi Reich kein Welt-Reich*, in cujus parte alterâ habetur *eine gründliche Widerlegung eines Tractätgens unter dem Titul:* Moses DEus Aaronis, quem libellum Alb. Riperus edidit, *Cæsaropapiæ* defensor insignis. Peccat vero Seizius, quando inter usum & abusum jurium collegialium, qui a Magistratu politico fit, haud distinguit. Idem tamen, licet summis imperantibus prorsus nulla putet competere jura sacrorum, nihilominùs existimat, in regno chiliastico adhuc exspectando erectum iri *Sacerdotium Melchisedecianum*, ubi Reges simul Sacerdotes futuri sint & juribus sacrorum plenè gavisuri. Vide ipsius *Melchisedechisches Priesterthum*, Amstelodami seu potiùs Helmstadii A. 1728. 8 editum, ubi contra Magistratus jura sacrorum ad se trahentes ita post titulum libri ex Ps. 83. 12. 13. precatur: *Mache, O GOtt, ihre Fürsten als Oreb und Seb, alle ihre Obersten, wie Seba und Salmuna, die da sagen: Laßt uns die Wohnungen GOttes zu unserm Eigenthum machen!*

(*e*) Vide quæso, quid contra Cæsaropapiam in nostris Ecclesiis vigentem scripserit Spenerus in Consil. lat. P. 2. p. 95. P. 4. p. 420. 484. Theol. Bedencken P. 1. p. 696. P. 4. p. 202. 297. sqq. 417. & letzten Theol. Bedencken P. 1. p. 492. P. 3. p. 92.

(*f*) Verba Speneri sunt in den Theol. Bedencken P. 3 p. 118. *Die Cæsaropapia drücket uns aller Orten gewaltig, und, wie wir zwar GOttes heiligen Rath auch hierinn ehren &c. Dahero nicht läugne, daß ich an meisten Orten den Zustand der Kirchen, wo dieselbe unter anderer Religion Obrigkeit, diese aber nicht gar tyrannisch ist, vor glücklicher achte, als derjenigen, die ihres Glaubens Obrigkeit haben, so aber der gemeinen Art nach mit dem abusu juris episcopalis mehr ihre Hoheit bevestiget, als der Kirche Bestes befördert.* & p. 411. 412. *Man sihet gar wenige Obrigkeiten, die sich*

preſſis, funeſtas eſſe ipſis poſſe, occaſionemque hinc ſummos imperantes ſubinde ſumere, illas vaſtandi & deſtruendi, id quod verò in illis Eccleſiis, ubi Magiſtratus iisdem ſacris adhæret, metuendum haud eſt (g).

Ita,

der Sache nur etvvas annehmen, ohne allein, daß ſie ihr jus Epiſcopale als ein Regale behaupten, vielmehr, damit ihrer Herrlichkeit nichts abgehe, als daß es ihnen um den Zweck göttlicher Ehre zu thun vväre, ja damit ſie etvva davon einigen Nuzen ziehen, und vvohl gar der Kirch vvehe thun mögen. vvie gevviſslich ſolcher Miſsbrauch gemeiner, als gut iſt. Da muß ſolches jus Epiſcopale, ſo als ein Beneficium der Kirche zum beſten ſeyn ſollte, dasjenige Inſtrument vverden, damit alles Gute gehindert vvird, ja die Kirche æffters mit ſolchen Leuthen verſehen vverden, nicht ſo vvohl, vvie es derſelben vortræglich, als vvie es den Mæchtigen an Hæfen vvohlgefællig iſt, es muß die Hinderniß alles guten vverden, daß, vvo der vveltliche Arm dieſes nicht vvill, diejenige noch, vvelche in dem geiſtlichen und Hauß-Stand gern etvvas gutes thun mæchten, ſolches nicht thun dærffen. Daß ich æffters einige Kirchen, vvelche unter anderer Religion Herrſchafft ſind, und vvas das æuſſerliche anlangt, etvva zimlich hart tractiret vverden, vil glücklicher geprieſen, als diejenige, vvelche die Obrigkeit von ihrer Seite gehabt, indem jene Gemeinden, da die Beſtellung ihres Predigamts, diſciplin und Kirchen-verfaſſung bloß bey ihnen ſtehet, und mit ſeiner Beſcheidenheit und Eiffer durch die Prediger, Ælteſte und der Gemeinde Verordnete geübet vvird, vvie es die Erbauung mit ſich bringet, ohne Eintrag der Obrigkeit vieles vveiter bringen, als dieſe, die ohne die Obrigkeit nichts thun dærffen, und doch offt ſolche Obrigkeit haben, vvelche dem guten entgegen iſt. Daher achte ich ſolche Cæſaropapiam und vveltliches Antichriſtenthum recht vor diejenige Peſt, die nach dem æuſſerlichen unſerer Kirche den Garaus machen mag. Auch ſehe ich nicht, vvir mægen es bemænteln, vvie vvir vvollen, auf vvas vveiſe vvirs verantvvorten kænnen, daß vvir den dritten Stand von allen denjenigen Officiis und Pflichten, ſo ihnen nach gættlicher Ordnung und Exempel der erſten Kirchen gebæren, ausgeſchloſſen haben, daraus mehr Ungemach entſtehet, als mit vvenigem ſich ausführen læſſet.

Ita ſanè magnâ cum veritatis ἐμφάσει Spenerus. Licet autem & *Papocæſariam* & *Cæſaropapiam* rejectas velimus, tamen & *ἀναρχίαν* illam rejicimus atque independentiſmum ſeu libertiniſmum, quem ſtatuunt & cui favent illi, qui nullos prorſus tolerantiæ limites admittunt atque hoc ipſo jure Deiſmum quoque & Atheiſmum pollere arbitrantur, uti Bælius, Tyndallus, alii.

(g) Scilicet, quemcunque hic τρόπον regiminis eccleſiaſtici finxeris, abuſui & imperfectioni is ſubjacet.

Digitized by Google

Ita, ut ſupra dicere cœpimus, Eccleſiæ Belgicæ reguntur, ubi Magiſtratus non advolat, niſi ad factiones, quæ ſubinde in cœtu oriuntur, diſſipandas, id quod in Eccleſiis Evangelicis, Amſtelodamenſi & Hagienſi ante plures annos factum eſſe conſtat. Jam & ex iſtâ juris eccleſiaſtici diſtinctâ evolutione fundamentum depromi poteſt, ad recentiores iſtas controverſias de introductione exercitii religionum diverſarum *ſimultanei*, & jurisdictione Principum Catholicorum in Eccleſias Proteſtantes ſacrâ diſſipandas. Certè, qui ſimultaneum hoc exercitium in eodem templo introducit, qui & diverſæ religionis ſocios in communionem bonorum eccleſiaſticorum alterius religionis ſociis debitorum immittit, violat jura collegii, quæ ſine atroci injuriâ violari nequeunt (*b*). Jam

(*b*) Itaque ne opus quidem eſt, quærere, num *ſimultaneum* inſtrumento pacis Weſtphalico contrarium ſit, id quod tamen longè certiſſimum eſt, maximè, ſi diverſa ſacra in eodem templo peragantur & in communionem bonorum eccleſiaſticorum diverſa quoque religio veniat. Velim hic conferri Anonymi *Auslegung derjenigen Frage, ob ein Catholiſcher Fürſt in ſeinem Fürſtenthum, darinnen das Exercitium Evangelicæ Religionis reſpectivè A. 1618. oder 1724. bloſs und allein in Ubung geweſen, ſein Religions-Exercitium introduciren kœnne?* Cui Chriſtianus Rittmeyerus oppoſuit *vindicias juris reformandi* Coblenz 1703. quem refutavit Jo. Nic. Hertius JCtus Gieſſenſis in tractatu *de jure reformandi* ſive *examine vindiciarum Rittmejerianarum* 1710. ſimultaneum magnâ cum ἐμφάσει refellens, quod cùm Zimmermannus quoque *in vindiciis Hildeſienſibus* defenderet, objecit Thomaſius *anti-vindicias Hildeſienſes*, cujus & ſub falſo titulo *Hector Gottfrid Erdmanns* exſtat *Geſpræch von Simultaneo, weſs Geiſtes Kind es ſey?* ita & contra Simultaneum ſcripſere Rudolphus Joh. Baro de Wriesberg *den Urſprung des Simultanei* & Wolfgangus Baro de Metternich *den Ungrund des Simultanei*, utrumque refutante Jo. Jac. Moſero in den *zufœlligen Gedancken über das Simultaneum*, queis, illis Simultanei ſpeciebus rejectis, ubi in eodem templo diverſa religio exercetur, ubi in communionem bonorum eccleſiaſticorum diverſa religio venit, ubi in exercitio religionis ſuæ altera pars turbatur, id *Simultaneum* adſtruit, ubi nova ſaltem templa novæ religioni conceduntur, omnisque iſta turbatio exulat, qui libellus prodiit ſine nomine autoris & loci Offenbaci ad Mœnum A. 1727. 8. Eandem ſententiam defendit Bœhmerus in jure eccleſ. Proteſtantium T. 1. L. 1. §. 66. ſqq. p. 64. ſqq. Henniges in Meditat. ad inſtrum. Pacis Specim. 4. mantiſſa 2. Kemmerichius in Introd. ad jus Publ. L. 7. C. 4. §. 40. ſqq. p. 1078. ſqq. alii, ſimultaneum omne rejiciente Schvvedero in diſſ. *de coexercitio religionis* Tubingæ A. 1726. editâ & Zechio in medit. de jure reformandi p. 272. ſqq. Addatur Ant. Fabri Europæiſche Staats-Canzley P. 53. p. 165. ſqq. & Chriſt. Gottfr. Hoffmanni Vorſtellung der Religions-Beſchvverden

Digitized by Google

&, ſi Catholicæ religionis Princeps jura ſacrorum collegialia, jura enim abſoluta illi prorſus competunt ut *Principi*, in Eccleſias Proteſtantes arrogaret ſibi & raperet, raperet heic ſibi Eccleſiâ invitâ, quòd ad ipſum nec divino nec humano jure ſpectat (*i*). Non malè hinc LINCKIUS, JCtus Altorfinus, *bæreſin amiſſionis jurium Epiſcopalium cauſam* eſſe ait (*k*), & PUFENDORFIUS egregiè: *Submiſſio civium circa religionem non alio modo facta intelligi debet, quàm ut cives eandem Principum cum ſuâ ſententiam circa religionem præſupposuerint & non alia externa eorundem arbitrio detulerint, quàm quæ ad internum Numinis cultum indifferentia ſunt* (*l*). Scite & CYPRIANUS: *Quantumcunque tandem jus ſit, quod Eccleſia Principibus contuliſſe creditur, certè, ſi quis Princeps, abjuratâ illius cœtûs religione, cujus regimen ſibi adhùc vindicavit, ad aliam Chriſtianorum ſectam tranſeat, planè amittet, quantum quantum fuit, quod tanquàm prioris Eccleſiæ præcipuum membrum obtinuit, redibitque illud ad Eccleſiam, boni, non interitûs ſui cauſâ Principis regimen ſibi pactam. Nimis enim clarum eſt, cujus corporis membra haud ſumus, in eo neque capitis neque cordis munere nos fungi poſſe. Cùm igitur nemo dubitet, Chriſtianæ Eccleſiæ regimen, quatenùs illud juribus Principum, quàtalium, aliquid ſuperaddit, ipſis ob hanc ſolam cauſam conceſſum eſſe, (ſi modò unquam in ſolidum conceſſum fuit,) quòd illuſtria Eccleſiæ membra eſſent, conſequens eſt, ut derelicto abjuratoque jure membri nihil non amittant, quod eatenus obtinuerunt, neque deinceps Eccleſiam, quà talem, magis regere poſſint, quàm Chriſtina Sueciam poſt abdicationem* (*m*). Nec inſtrumentum quoque pacis Oſnabr. Principibus catholicis jurisdictionem eccleſiaſticam in Eccleſias Proteſtantes tribuit

ſchwerden p. 162. ſqq. ubi quidem hic judicium ſuſpendit, itemque Moſeri Reichs-Fama 1727. Jan. p. 81. ſqq. Febr. p 182. ſqq.

(*i*) Vide hanc in rem ſcripta allegata Anonymi, Rittmejeri, Hertii, Zimmermanni, Thomaſii, itemque varia ſcripta in Fabri l. c. T. 47. p. 359 ſqq. 387. ſqq. T. 48. p. 387. ſeqq. T. 49. pag. 482. ſeqq. T. 53. pag. 122. ſeqq. T. 54. pag. 162 ſeqq. & *Collection einiger Schrifften von der geiſtlichen Gerichtbarkeit der Catholiſchen Landes-Herrn in Teutſchland über die in ihren Landen befindliche Evangeliſche Unterthanen*, Leipzig vel potius Hannover 1728. 4. ubi ſcripta Moſeri & Majeri amœbæa, quæ & A. Faber recenſuit, habentur. Addi debet & Moſeri Reichs-Fama 1727. Jan. p. 95. ſqq. Febr. p. 204. ſqq. ubi plura ejusmodi ſcripta recenſentur, ex quibus tamen duo poſteriora lucem non viderunt, itemque Zechius in medit. de jure reformandi p. 167. ſqq.

(*k*) In tr. de jure Epiſcopali, in indice.

(*l*) Contra Houtuynum p. 275.

(*m*) In diſſ. de Maximiliano I. Pontificatum maximum affectante C. 2. §. 11. p. 37.

Digitized by Google

tribuit nisi quale jam A. 1624. possederant, idque valdè limitatum (*n*), cùm libertati Ecclesiarum Protestantium prospectum velit & Ecclesiæ Catholicæ & Protestantes *æqualia jura* habeant. Cùm itaque Catholicæ jurisdictionem ecclesiasticam Principis Protestantis respuant, Catholici quoque respuunt Protestantes. *Quod enim huic, id & alteri parti justum est* (*o*). Taceo summum periculum Ecclesiis Evangelicis à jurisdictione Magistratuum Catholicorum vel mox vel progressu temporis imminens. Sed ita quidem causam nostram satis peroravimus. Vide tamen, quæ in jure Ecclesiastico publico Protestantium in Germaniâ hanc in rem latiùs scripta sunt, ubi & autores allegavimus, qui nostrum systema de juribus sacrorum absolutis & collegialibus tenent, idque methodo scientificâ exposuere, uti in specie ill. Cramerus, Cameræ Imp. hodie Assessor in diss. de jure circa sacra collegiali & majestatico A. 1736. Marburgi editâ.

(*n*) Art. 5. n. 16. §. 48. *Jus diœcesanum* &c ubi: *Catholicorum Augustanæ Confessioni addicti status provinciales & subditi, qui A. 1624. ecclesiasticam jurisdictionem agnoverunt, in iis casibus modo dictæ jurisdictioni subsint, qui Augustanam Confessionem nullatenùs concernunt, modò ipsis occasione processus nihil injungatur Augustanæ Confessioni vel conscientiæ repugnans.*

(*o*) Vide instrum. pacis Osnab. art. 5 n. 1. §. 1. ubi verba ista formalia habentur.

DISSERTATIO
DE
VERA ECCLESIÆ NOTIONE
VARIISQUE
ILLIUS SPECIEBUS.

§. 1.

Ecclesia est societas hominum, religionem à Christo traditam profitentium (*a*).

2. Hanc instituit ipse Salvator O. M. cùm Apostolos primùm, dein LXX. discipulos aliosque associaret sibi, liberè ipsius nomen

(*a*) Generalissima hæc definitio est, ad quasvis Ecclesias, sive collegii liberi & æqualis sive formam gerant civilem, applicabilis.

Digitized by Google

profeſſos, divinisque inſtruxit juribus (*b*) jura ſocialia politica, quæ eidem tanquàm ſocietati liberæ in civitate erectæ aliâs competunt, (*c*) ſacro quodam ſigillo corroborantibus, & miris modis amplificantibus.

3. *Libera* itaque & *æqualis*, ſi incunabula illius ſpectes, fuit eadem, non eo ſenſu, ac ſi nullo mandato divino, Chriſto ut ſe addicerent

(*b*) Vide origines juris eccl. C. 1. art. 2. Scilicet, cùm ſocietates aliæ politicæ nonniſi *humano* nitantur jure, *divino* hæc fulget, ita, ut non liceat ſummis imperantibus, eandem prohibere, perſequi, proſcribere. Matth. 28, 19. 20. Act. 4, 18. ſqq. 5, 28. 29. Jam verò, cùm mens hæc ſemper noſtra exſtiterit, cùm & jura eccleſiaſtica nunquàm à Synagogis, multo minùs à ſolo conſenſu hominum mutuo vel arbitrio humano deduxerimus, non feriunt nos, quæ in theſibus & concluſionibus Theologicis de nexu divino miniſterii Evangelici cum reſurrectione Chriſti Montbelgardi A. 1731. editis p. 11. 12. ſcripſit Præſes Conventûs, multò minùs, quæ in der fortgeſezten Sammlung von alten und neuen Theologiſchen Sachen A. 1730. p. 241. quis ogganniit, id quod jam diſſ. de jure ſacrorum abſoluto & collegiali obſervatum fuit.

(*c*) Certè enim licet ſubditis, ſocietates in civitate, legibus quoque & pœnis h. e. diſciplinâ conſtitutâ, ſed conventionali, confœderare, ita tamen, ut NB. ſuprema imperantibus in illas competat inſpectio politica, quâ, ne quidquam hîc agatur ſaluti publicæ contrarium, cavendum eſt illis. Peccare heic videas novam Cæmentariorum independentium ſocietatem, Naturaliſtarum incredulam colluviem, quæ inſpectionem hanc ſummi magiſtratus impiâ arcanorum ſuorum reticentiâ eludit, dignam, quæ in Belgio, Galliâ, Romæ fuerit proſcripta. Vide Acta hiſtorico-eccleſiaſtica, erſten Band n. 2. p. 105. ſqq. Scilicet & ſacras ſocietates formare licet, ſi ſaltem juribus imperantium nîl derogetur. Ita l. 1. §. 1. ff. de coll. & corp. *Religionis cauſâ coire non prohibentur, dum tamen per hoc non fiat contra ſenatûs conſultum, quo illicita collegia arcentur.* & l. 4. *ſodalibus poteſtatem facit lex, pactionem, quam velint, ſibi ferre, dum ne quid ex lege publica corrumpant.* Vide Pufendorfium de habitu religionis Chriſtianæ ad vitam civilem §. 17. 39. Bœhmerum in jure publ. univ. Parte ſpec. L. 2. C. 4.

Digitized by Google

cerent, obstricti fuissent Christiani primi, Apostolisque & Doctoribus Christianismi nulla illius directio divinitùs commissa esset, Sed, quòd nullo jussu civili ad eandem coacti fuere primùm homines, quòd & nulli in alterum heic imperii quicquam competit primitùs, nullaque jurisdictio coactiva ad coadunandam servandamque illam fuit exercita (*d*).

4. Perduravit hæc sub Apostolis eorumque successoribus Episcopis, sensim sensimque tamen & in Conciliis & extra illa superioritatem insignem in plebem sacram affectantibus, Ecclesiæ forma, cùm sub Imperatoribus ethnicis eadem premeretur.

5. Constantino verò M. ad Christianismum transeunte, cùm templis cultuque gentilium destructis, Ecclesiæ privilegia accederent politica civitatique prorsus innecteretur illa in unum jam corpus fusa, nec ex disseminatis ampliùs, quarum quælibet sui esset juris, constaret societatibus, cùm & ob multitudinem & corruptionem (*e*) plebis ecclesiasticæ, imò & Episcoporum, fieri nequiret, ut Ecclesia tota communi consilio se ipsam regeret, & ut sine coactione regeretur ampliùs, aliam nacta est regiminis formam, talem sanè, qualis civitatis esse solet.

6. Quî enim, quæso, *æqualis* & *libera* dici potest illa societas, ad

C. 4. Consil. Tubing. in causâ Hellmund. in electis juris publ. T. 6. p. 593. sqq. & Moserum in dem rechtlichen Bedencken von den privat-Versammlungen p. 11. sqq. Adde orig. jur. eccl. p. 186.

(*d*) licet subinde etiam in societatibus æqualibus liberisque fieri soleat, ut, qui certa gerit negotia, illis ut se addicat, teneatur, ut & pœnæ pecuniariæ & corporis afflictivæ, conventionales sanè, in iis irrogentur. Id quod e. g. Synagogæ Judaicæ opificumque testantur societates.

(*e*) Scilicet, cum Ecclesia primitùs in classes *fidelium* & *vocatorum* divisa esset, mixtæ deinceps hæ fuere & in unam conflatæ massam, quod perperam factum. Alia quippe *Ecclesiæ sanctorum*, alia *Ecclesiæ vocatorum* jura ecclesiastica sunt, alia imperantium in hanc, alia in illam jura. Vide infra §. 17. 18.

Digitized by Google

ad quam ineundam à ſummo imperante obſtricti fuere cives, obſtricti & ad diſciplinam à ſuperioribus per leges coactivas, non conventionales, ſine ullo concurſu ſuo conſtitutam obſervandam, ita, ut, qui obedire nollet, pœnis coërceretur civilibus.

7. Scilicet imperium & jurisdictionem ſacram ita diviſerant tunc inter ſe Imperatores & Epiſcopi, ut, haud invitis illis, hi inſignem ejus partem tàm in Conciliis, quàm extra illa exercerent, ſtatusque Miniſterii eccleſiaſtici conſtitueretur hierarchicus, majora indies incrementa ſumturus.

8. Capeſſivere quippe mox dominium ſacrum Patriarchæ & in Oriente & in Occidente nati Primatesque, Epiſcoporum & Clericorum Domini.

9. Qui Occidentalis Eccleſiæ geſſit habenas, Romanus, univerſale in Eccleſiam univerſalem, Orientalem quoque, dominium mox cùm affectaret, ipſosque etiam ſummos Imperantes ſubjicere ſibi conaretur, imò & circa civilia negotia ferret leges, cùm & Epiſcopi ſub hoc Principe ſtantes ſacro jurisdictionem ſacram exercerent atque imperio civili ſe ſubducerent; tyrannis inde ſacra nata eſt, quæ bellum illud ſacrum inter Eccleſiam Orientalem & Occidentalem, inter Sacerdotium & Imperium, doctrinæque & diſciplinæ eccleſiaſticæ corruptionem ſummam peperit, juribus Eccleſiæ originariis prorſus peſſundatis.

10. Perſpicere hinc reformationis ſacrorum neceſſitatem licet, à ſummis Imperantibus, ſine quibus utique fieri illa, certè in Germaniâ, haud potuiſſet, divino prorſus inſtituto ante duo hæc ſecula factæ.

11. Jam enim ſummorum imperantium, Chriſtianorum maximè, hoc erat *juris* & *officii*, ut, tyrannide illa ſacrâ deſtructâ ad veram Eccleſias revocarent fidem, & vel permitterent, ut eædem ipſæ ſua reformarent ſacra diſciplinamque inter ſe confœderarent ſacram (*f*), vel ipſi ſeculare brachium ſuum reformandis ſacris affunderent (*g*). 12. Ubi

(*f*) Certè enim *jus reformandi* ſocietatibus quoque competit. Quis dubitet

12. Ubi factum prius, Ecclesiæ, resumto jure originario, æqualium societatum rursus induebant formam, reservato tamen summis Imperantibus supremæ inspectionis politicæ, quod ipsis ut talibus competit jure. Communi quippe consilio hæc sub directione antistitum, doctorum & Presbyterorum jam reguntur (*h*).

13. Ubi verò multitudo Ecclesiarum in unum & grande corpus coagmentatarum earundemque indoles & status non permittebat, ut ipsæ socialia jura sua, tùm reviviscentia, exercerent, haud invitis illis, sed applaudentibus, repurgatis sacris, administrare eadem cœperunt imperantes, non tamen, nisi ad salutem Ecclesiæ, quæ suprema omnis ecclesiastici juris lex est, curandam mentemque ipsius (*i*), sine ullâ tyrannide sacrâ, sine ullâ conscientiis injiciendâ vi, juxta primitivam earum indolem, collegialem illam, quantum fieri

bitet, societates æquales communi consilio concurrere posse ad abusus in iisdem natos reformandos? Datur itaque &*jus reformandi* ipsi Ecclesiæ competens.

(*g*) *Jus reformandi*, quod summis competit imperantibus, ex majestate vel superioritate territoriali fluit, cùm abusus in societatibus natos, civitati infestos, tollunt & turbatores societatum coërcent pristinæque illas restituunt disciplinæ, conventionali illi, quam restituere ob dissensiones & turbas vel alios ob defectus ipsæ haud valent subinde. Ex quo & consequitur, *jus reformandi sociale* vel *collegiale* exercere & imperantes, quà tales, posse, cùm Ecclesiæ ipsæ id exercere haud valent.

(*h*) Documento esse possunt Ecclesiæ Belgicæ, eæ præcipuè, quæ religionem à dominante diversam profitentur, exceptis tamen Romano-Catholicis, Hungaricæ item, Transsylvanicæ, Polonicæ, Anglicæ, Presbyterianæ &c. &c.

(*i*) Hinc e. g. formulam fidei typumque doctrinæ condere, quod Ecclesiæ jus est, nequit imperans nisi ad hujus mentem. Confer. Canzium in discipl. mor. omn. §. 2274. pag. 782. §. 2300. seqq. pag. 793. sqq.

Digitized by Google

fieri potest (*k*), exercenda adeòque in casu contraventionis *in ferevocabilia* (*l*).

14. Sic,

(*k*) Scilicet, cùm sine brachio seculari rebus affuso impossibile sit, Ecclesiam, quæ *vocatorum* est, quæ totam civitatem pervadit, vel majorem illius partem occupat, quæ maximam partem ex hominibus disciplinæ sacræ impatientibus & ad turbas pronis, itemque ad regimen ecclesiasticum conventionale gerendum ineptis constat, uti par est, gubernare, jurisdictione heic formali opus esse nemo facilè dubitaverit, ita tamen inflectenda, prout salus & indoles Ecclesiæ fert. Abludimus heic ab eorum sententiâ, qui putant, magistratus summos ab exercitio juris sacrorum penitùs excludendos esse. Ita Wolfg. Baro de Metternich von der wahren Kirche p. 249. 250. ubi: *Die Kirche GOttes ist eine freye Societæt oder Gesellschafft und Verbrüderung, welche, angesehen sie mit dem gemeinen Leben keine Verknüpfung hat, im geringsten zu berühren der weltlichen Obrigkeit nicht zustehet.* Adde pag. 223. 224. Ita Jo. Christianus Seizius in dem Melchizedekischen Priesterthum, ubi tùm Bileamitas, qui Ecclesiam magistratui, tùm Nicolaitas, qui eandem sacerdotio subjiciunt, refellere conatur. Ita Vir præstantiss. Jo. Henricus le Maitre, illustriss. Comiti Lippiaco à sacris, cujus systema Juris ecclesiastici Christocraticum exhibet ill. Bœhmerus T. 5. Juris eccles. Protest. in præf. §. 12. sqq. à systemate collegiali in hoc ferè solo capite devians, licet sub finem addat, *Principes directionem negotiorum ecclesiasticorum quidem habere posse, non tamen aliter, quàm ex voluntate* expressâ *vel* præsumtivâ *populi.* Vide Bibl. Germ. T. 44. p. 146. sqq. Existimârim, confundi hic statum Ecclesiæ originarium & purum, h. e. *Ecclesiam sanctorum* cum statu Ecclesiæ corrupto & *Ecclesiâ vocatorum*, atque ab illâ & illius juribus ad hanc & ejusdem jura haud concedendam necti consequentiam. Alia quippe illius, alia hujus ratio est, quod egregiè monuit ill. Bœhmerus l. c. §. 15. p. 35. licet non existimemus, doctissimum le Maitre idem hîc cum canonico systema Juris ecclesiastici condere, vel Ecclesiam à Magistratu absolutè independentem esse, tradere, aut jurisdictionem coactivam illi affundere voluisse, prouti idem Vir illustr. existimavit.

(*l*) Non tamen *pro arbitrio*, quemadmodum in origin. Jur. eccles. jam

14. Sic, relicto Ecclesiis, quod originariè competebat ipsis, *jure*, hujus *exercitium*, *tacito* earundem *consensu* (*m*) in Imperantes translatum est (*n*), & eò quidem consultiùs (*o*), quòd in tantâ Ecclesia-

jam monuimus, ubi & *irrevocabilia* illa diximus, si scilicet NB. benè administrentur, p. 183. 196.

(*m*) Mirum est, fuisse, qui postulârint, ut consensûs *taciti* ex actis publicis daremus *expressa* documenta. Vide origin. Jur. eccles. & instit. jur eccles. p. 55.

(*n*) Non nova hæc sententia est, à nobis excogitata, à mente antiquorum Theologorum nostrorum abludens, quorum hanc in rem effata produximus in diss. de jure sacrorum absoluto & collegiali pag. 519. sqq. Addimus Dannhavveri hodos. Christ. phæn. 2. p. 133. & Theol. conscient. T. 1. P. 2. spec. dial. 3. p. 919. Osiandri diss. de tribus Ecclesiæ militantis hierarchiis sect. post. de minist. eccl. qu. 2. p. 13. Niemanni disp. de vocat. ministr. Eccl. §. 37. & Scherzeri diss. de legitimâ ministri Ecclesiæ constitutione C. 3. §. 5. Nec valet objectio, Principes ita transformari in *meros* Ecclesiæ *Commissarios* & jus *sacrorum* in jus *precarium* & *delegatum* saltem. Vide ill. Bœhmeri præf. ad T. 5. Juris eccl. Prot. §. 11. p. 19. Jam enim *non indignum est*, monente cel. Canzio nostrate in discipl. mor. omn. §. 2277. b. c. p. 784. *Principibus, societatum in civitate nonnullarum juribus uti delegatis.* Id quod primum est. *Præterea*, ita pergit idem, *non dicimus, omnia, quæ circa Ecclesiæ regimen Princeps gerit, potestate delegatâ eum agere. Habet enim jura majestatis, quæ proprio jure exercet* Id quod secundum est. Accedat tertium, quod in orig. Jur. Eccl. edidimus, ubi: *Num ergò precarium id est jus, quod ex liberrimo arbitrio eorum, qui istud possident, alteri traditur? Ita sanè ipsa tandem majestas esset precaria* &c. Adde instit. juris eccles. nostras p. 241. Quod restat, nolim, ut statuas, translationem hanc sine ullâ reservatione horum vel illorum jurium esse factam, id quod formalem tyrannidem sacram & Cæsaropapiam pareret. Ita quippe sine ullo dubio Ecclesia suis libertatem reservavit conscientiæ & religionis servandæ vel mutandæ, itemque exercitii religionis servandi vel mutandi, in ipso quoque instrumento Pacis Osnabr. stabilitam, ubi & subditis sub imperante diversæ religionis assignatur ex juribus, queis societas

Digitized by Google

cleſiarum plebisque ſacræ multitudine fieri haud poterat, ut ordo, ut diſciplina eccleſiaſtica ſervaretur, ut ſine turbis jura exercerentur ſacra, niſi coactiva accederet jurisdictio, ſolis quæ competit imperantibus.

15. His ita comparatis, neſcio, qui dici poſſit, Eccleſias *imperium* hoc *ſacrum* agnoſcentes ſocietates eſſe *æquales* & *liberas* (*p*).

Eſt Eccleſiaſtica originariè gaudet, collegialibus *inſtitutio Conſiſtoriorum & miniſteriorum tàm ſcholaſticorum quàm eccleſiaſticorum.* Art. 5. §. 30. Ita nullum quoque dubium eſt, conventuum privatorum rectè inflectendorum veniam dandam eſſe iis, qui ædificationis ſacræ cauſa in unum coëunt, in Eccleſiâ *vocatorum* Eccleſiolam *ſanctorum* collecturi, quæ Speneri φρόνις eſt in Conſil. Theol. Lat. P. 1. p. 433. P. 2. p. 138. 517. Theol. Bed. P. I. p. 584. P. III. p. 132. 160. 218. 721. lezten Theol. Bed. P. 3. pag. 704. Adde das Theol. Bedencken über die Privat-Verſammlungen, quod exſtat in der freywilligen Nachleſe der Monats-Schrifften, 7. Samml. n. 1. p. 769. ſqq. à nobis in favorem Reuttlingenſium ſcriptum.

(*o*) Quid, ais, *conſultiùs*? Nonne vitando Charybdin, tyrannidem epiſcopalem, incidimus in Scyllam, Cæſaropapiam nempe? Ita Seizius, ita Meiſterus, locis notâ (*k*) citatis. Ita ferè & Spenerus in Conſil. Theol. Lat. P. 2. p. 95. P. 4. pag. 420. 484. Theol. Bed. P. 1. p. 263. 696. P. 3. p. 118. 411. 412. P. 4. p. 202. 297. ſqq. 417. lezten Theol. Bed. P. 1. p. 492. P. 3. p. 92. Ita cel. anonymus de vocat. Miniſtr. Eccl. §. 469. p. 173. *Quoniam translata* poteſtas eccleſiaſtica *ſæpè in abuſum rapitur, non dubito, conſultius haud ravò futurum eſſe, ſi iſthæc poteſtas nunquàm alienata penes populum manſiſſet.* Aſt egregiè idem hîc §. 470. p. 174. 175. *Cùm abuſus ex æquo vitient* &c. *cùm porrò turbæ metuendæ ſint maximæ, ſi magiſtratibus jus ſacrorum inconſulto impetu eriperetur, evidens eſt, jus retractandi propter Chriſtianam prudentiam, ne majora exoriantur mala, ſuſpendendum* 1. Cor. 6, 12. Scilicet in *minoribus*, in *diſſeminatis*, in *ſanctorum* Eccleſiis præſtat, jura ſocialia haud transferre, aſt in *majoribus*, in *vocatorum* Eccleſiis, in quibus turbæ cottidianæ metuendæ ſunt, præſtat, imperanti jus circa ſacra relinquere ad iſtas evitandas. Sed peſſimè utique fecerit imperans, ſi Eccleſiam hîc afflixerit.

(*p*) Niſi *liberas* eo dicere velis reſpectu, quòd mutare religionem & ab unâ

Eſt enim hîc ordo *imperantium* & *parentium*, eſt civitatis ſacræ forma, eſt, qui leges eccleſiaſticas ferat atque ad ſuperioritatem ſuam territorialem hoc tanquàm jus regale referat & contravenientes civiliter coërceat & puniat, eſt, qui Eccleſiæ *imperet*, reſtricto licet ad indolem religionis Chriſtianæ imperio, conſcientiarum libertati haud infeſto, ſunt, qui ſub formidine pœnæ civilis in caſu contraventionis irrogandæ *pareant*. Id quod notoria comprobat experientia.

16. Solæ Eccleſiæ, queis, ut ſuis viverent juribus collegialibus, permiſſum eſt (*q*), *diſſeminatæ* maximæ illæ & *minores*, ſubinde etiam

unâ ad aliam tranſire Eccleſiam hîc licet, & *æqualis*, quòd unum Eccleſiæ membrum, exceptis imperante & ejusdem officialibus ſacris, alii imperare nequit. Sed & ſic ipſa civitas & *libera* & *æqualis* dici poſſet ſocietas, quod abſonum. Scilicet, quod in ſtatu primitivo olim per *directionem* factum *conventionalem* eſt, id hodie per *jurisdictionem coactivam* ab imperantibus in Eccleſiâ agitur, quæ *libertatem*, quæ *æqualitatem* ſocietatis ſacræ prorſus peſſundat. Exemplo aſſertionem illuſtrabimus. Coit in unum mercatorum quædam ſocietas. Communi conſenſu his vel illis negotiorum adminiſtratio traditur, cæteris numos in commune ærarium conferentibus. Societas hæc hactenùs *æqualis* eſt. Si verò magiſtratus ex capite juris regalis ſibi competentis eousque inſpectionem ſupremam ſuam in hanc ſocietatem extendat, ut leges eidem præſcribat, miniſtros conſtituat, numos in unum collectos pro autoritate, quâ pollet, adminiſtret, & pœnas dictitet civiles ſive pecuniarias ſive corporis afflictivas contravenientibus, quis, quæſo, dixerit, hanc ſocietatem & *liberam* & *æqualem* eſſe amplius? Applicatio eſt in promtu, nec ovum ſimilius ovo. Nec regeras, velim, nos tùm in orig. juris eccl. tùm in inſtit. juris eccleſ. pag. 43. tùm in diſſ. de jure ſacrorum abſoluto & collegiali affirmâſſe, quod Eccleſia collegii naturam non exuat ejusque jura retineat, ſub imperantibus jus circa ſacra exercentibus. Aliud enim eſt *jus*, aliud *exercitium*. Quod cùm ceſſaverit, Eccleſia utique hodierna noſtra collegium *æquale* amplius non eſt, quod tamen viſum ill. Bœhmero in inſtit. juris canon. & eccleſ. L. 1. tit. 1. §. 28. p. 11.

(*q*) Vide ſupra §. 11. 12.

Digitized by Google

etiam *preſſæ* (*r*), in quas imperantes diverſæ religionis jura ſacrorum ad earundem mentem exercere nolunt, ſocietates *liberæ* & *æquales* dici merentur.

17. Si tota Eccleſia ex piis & ſanctis conſtaret, ſponte ad officia ſua adimplenda concurrentibus, nollem, ut jus, quod Eccleſiæ competit, originarium unquam exerceret imperans. Non poſcit, non amat hoc *ſanctorum Eccleſiæ*, quæ coactivis mediis non opus habet regi, quam charitas divinâ armata prudentiâ confœderat, indoles (*s*). Videas hîc homines ad diſciplinam eccleſiaſticam condendam ſervandamque idoneos, aptos & ad διάκρισιν πνευμάτων, quâ opus eſt ad eligendos illos verbi prædicandi miniſtros, qui divinis ad miniſterium tàm ſanctum ritè gerendum χαρίσμασι pollent. Videas antiſtites ſive doctores ſive ſoli Eccleſiarum directioni vacantes, divinâ capacitate ad docendum ritè & dirigendam Eccleſiam pollentes. Videas diſciplinam eccleſiaſticam curſumque Evangelii ex communi antiſtitum plebisque ſacræ zelo florentem.

18. Alia prorſus *Eccleſiæ vocatorum* ratio eſt, maximam partem ex iis conſtantis, qui, licet fidem Chriſtianam profiteantur, ad illius tamen exercitium adhùc convertendi ſunt. Etſi enim & heic quoque diſciplina vigere conventionalis poſſit, *minoribus* maximè & *diſſeminatis* (*t*), ſi recepta ſemel conſuetudo illam firmaverit, ſi oculatior antiſtitum prudentia eidem ſervandæ probè invigilet, facilior tamen turbis hîc patet porta, quæ brachio ſeculari viam

(*r*) Vide Speneri Conſil. Theol. lat. P. 1. p. 430. 433. & Theol. Bedencken P. 3. p. 118. 411. 412. ubi ſtatum Eccleſiarum ſub Domino diverſæ religionis exiſtentium feliciorem ſubinde prædicat ac Eccleſiarum ſub Domino ejusdem religionis Cæſaropapiam exercente gementium.

(*s*) Diximus hoc jam in origin. jur. eccleſ. Sani quippe manu medica non habent opus. *Vocatorum* verò ſocietas *ægrotorum* eſt ſocietas, de quâ longè aliter pronunciandum. Matth. 9, 12. Diſtinctionem inter Eccleſiam vocatorum & ſanctorum nemo dedit clariùs B. Meiſnero in Philoſ. ſobr. P. 2. C. 66.

(*t*) Vide §. 16.

Digitized by Google

viam ſternit, ut rebus Eccleſiæ, ut diſciplinæ ejus conventionali ſe immiſceat, imò pro re natà ad ſervandam ſalutem publicam, imò & ad ipſius Eccleſiæ ſervandam ſalutem, conſiſtentiam & diſciplinam jurium ſacrorum cenventionalium exercitium jurisdictione coactivâ ſibi adminiſtrandum ſumat. Pone, antiſtites Eccleſiæ, queis illius commiſſa eſt directio tyrannidem exercere ſacram & tùm doctrinam tùm diſciplinam ſacram corrumpere. Pone, anarchiam, ſeu potiùs independentismum infeſtum eſſe Eccleſiis, populique clamorem ciere turbas, conſiſtentiam Eccleſiæ affligentes. Pone, non eſſe in Eccleſiis, qui nôrint, dignos idoneosque illis præficere Páſtores, ſacramque ritè conformare diſciplinam. Si brachium ſeculare heic vulneratis rebus, uti par eſt, ferat ſuppetias, ſi habenas ſumſerit Eccleſiæ in ruinam incumbentis, ſi reſtituat lapſa, ſi reformet abuſus, ſi illos conſtituat antiſtites, qui gloriam divinam, qui ſalutem Eccleſiæ unicè intueantur, qui, omni tyrannidè ſacrâ, ſimoniâ, nepotismo, omnibus aliis pravis finibus procul faceſſere juſſis, res ſacras gerant divini impleti ſpiritu, quis dubitet applaudere ſanctæ huic ſacrorum adminiſtrationi licet jurisdictione coactivâ ſubinde armatæ (*u*)? Aliter pronunciandum, ſi & hæc, quod contingere ſæpiùs ſolet, in tyrannidem ſacram degeneret (*x*).

19. Ex iis, quæ diximus, patet, nos jura doctorum Eccleſiæ, queis olim directio Eccleſiarum incubuit, deſtructum non ire. Ea enim, quæ pro ratione muneris ſacri præcipua habent (*y*), ex inſtituto

(*u*) Vide infra notam (*xx*).

(*x*) Scilicet ex omni parte hic occurrunt difficultates in Eccleſiis corruptis, ubi, quicunque ſacrorum jus adminiſtraverit, abuti poteſtate ſuâ poteſt vel capacitate neceſſaria, maximè ſpirituali, ad opus ritè gerendum carere. Opus hîc *patientiæ ſanctorum* eſt, patientiam divinam imitaturæ, ſub quâ præſens Eccleſiæ univerſalis œconomia, tota, quanta quanta eſt, ſtat.

(*y*) Spectant hùc verbi divini prædicatio & ſacramentorum adminiſtratio, reliquaque munia miniſterii eccleſiaſtici.

Digitized by Google

tuto divino manantia, ſarta & tecta ut ſervet ſummus imperans, poſcit Eccleſiæ indoles & divina lex.

20. Sed verò & ex dictis liquet, quid de *juribus ſacrorum*, tùm quæ imperantibus, tùm, quæ Eccleſiis his vel illis competunt, tùm *majeſtaticis* aut ex ſuperioritate fluentibus territoriali, tùm *collegialibus* & *conventionalibus* (*z*) eorumque *exercitio* hic & nunc pronunciandum ſit, &

21. Quantam lucem diſtinctio inter *Eccleſiam ſanctorum* & *vocatorum*, quam dedimus, toti affundat jurisprudentiæ eccleſiaſticæ. Id quod & nuper egregiè ſubinnuit Vir celeberrimus (*aa*).

22. Non verò coincidit illa cum diſtinctione inter Eccleſiam *viſibilem* & *inviſibilem*, de quâ jam agendum.

23. Hæc quippe ex ſanctis in cœlo triumphantibus & in terrâ militantibus ſed ubique terrarum & ſectarum diffuſis & in uno cœtu cerni

(*z*) Hæc accuratè propoſuimus diſtinximusque in orig. Jur. eccleſ. C. 4. art 2. itemque in diſſ. de jure ſacrorum abſoluto & collegiali, ſecundæ editioni inſtitutionum Juris eccleſiaſtici adjectâ, ubi & p. 525. 526. ex noſtris laudamus, qui hoc noſtrum ſyſtema ſecuti ſunt, & p. 526. ſqq. refellimus eos, qui illud fuere adorti. Jam verò & idem ſyſtema certatim ex recentioribus poſthæc adoptârunt Viri longè doctiſſimi, Pertſchius in elem. juris canon. & Proteſtantium eccleſiaſtici, Eſtor in delineatione juris publici eccleſ. Proteſt. Chriſtianus Liber. i. e. Chriſtoph Adolphus Liernur, Superintendens haud ita pridem Bipontinus in der *Unterſuchung der Conventional-oder Collegial-Rechten der Evangeliſchen Kirchen und deren rechtmäſſigen Verwaltung* A. 1733. 4. qui libellus demonſtrativâ ſuperbit methodo & contraria iis, quæ ſtatuimus, in noſtris abs ratione metuit, Henr. Kœhlerus in jure ſociali & gentium ad jus naturale revocato ſpec. 5. de imperio civili §. 1024. ſqq. p. 162. ſqq. maximè verò celeb. Deylingius in inſtit. prudentiæ paſtoralis p. 42. ſqq. ut alios taceamus, quos dedimus in den Academiſchen Reden über das Kirchen-Recht p. 30. ſqq.

(*aa*) In jurisprudentiâ ſociali eccleſiaſticâ §. 2190. ſqq. Adde diſſ. noſtram in verba Chriſti: *die Eccleſiæ* p. 10. 11. 17. 18. & Speneri Rettung der Evangeliſchen Kirchen contra Grabium p. 2. ſqq.

Digitized by Google

cerni neſciis conſtat. Hujus regimen Chriſtocraticum, ſpirituale, internum inviſibile eſt. Hanc vera in Chriſtum, mundi Salvatorem, fides conſtituit, Spiritus S. unit, charitas animat. Hæc verum Chriſti Regis regnum, vera illius civitas, ſed ſpiritualis, verum Chriſti Capitis Corpus, vera ejusdem Sponſa eſt, una eadem & ſancta. Hujus gloriæ participes non ſunt *Eccleſiæ vocatorum* externæ, niſi quatenùs membra illius vera in ſinu ſuo fovent aluntque.

24. Exiſtentiam *Eccleſiæ* hujus *inviſibilis* nemo ſapiens temerè negaverit. Nec tamen ad eandem ſpectat *Eccleſia in purgatorio* patiens (*bb*), cùm purgatorium ſit fabula, adeóque propter nullitatem ſuam *inviſibilis* illa ſit.

25. *Viſibilem* variè ut dividàmus, variæ ejusdem conſiderationes poſcunt.

26. Eſt verò eadem vel *univerſalis* vel *particularis* (*cc*).

27. *Univerſalis* omnes Eccleſias tùm *ſucceſſivas*, tùm *ſimultaneas* complectitur. Hæc, uti *inviſibilis*, deſtrui neſcit Matth. 16, 16.

28. Priori reſpectu Eccleſia eſt vel *primi*, vel *medii* vel *recentioris ævi*, cujus origines, propagationem & fata hiſtoria eccleſiaſtica pandit.

29. Poſteriori eſt vel *Orientalis* vel *Occidentalis*, vel *Africana*, vel *Americana*.

30. Singulæ ratione diverſorum Patriarchatuum & Epiſcopatuum, diverſarum nationum, provinciarum & civitatum rurſus diſtinguuntur. Ita dantur Eccleſia *Romana*, *Conſtantinopolitana*, *Antiochena*, *Alexandrina*, *Hieroſolymitana*, ita porrò *Germanica*, *Gallica*, *Hiſpanica*, *Anglica* &c. &c. *Mediolanenſis*, *Aquilejenſis* & ſic in infinitum.

31. Ra-

(*bb*) Vide Bellarminum T. 2. de controverſiis Chriſtianæ fidei, contr. 3. gen. L. 2. de Eccleſiâ, quæ eſt in purgatorio.

(*cc*) Hinc & Jurisprudentia eccleſiaſtica eſt vel *univerſalis* vel *particularis*. Ad illam pertinent leges eccleſiaſticæ *univerſales*, ad hanc *particulares*.

Digitized by Google

31. Ratione hierarchiæ & jurium alia eſt *Patriarchalis*, alia *Metropolitica*, alia *Epiſcopalis*, alia *Presbyteriana*, alia *independens*,

32. alia item *Cathedralis* (*dd*), alia collegiata (*ee*), alia conventualis (*ff*), parochialis alia (*gg*) vel ſemiparochialis (*hh*), mater alia, alia filia (*ii*), alia aulica, quæ ſubinde vel parochialis vel quaſiparochialis (*kk*), vel nudum ſaltem Oratorium (*ll*) eſt, alia publica (*mm*), alia privata (*nn*), alia domeſtica (*oo*).

33. Ratione exercitii jurium eccleſiaſticorum Eccleſia eſt vel *ſynthetica* vel *repræſentativa*. Illa eſt collectiva totius cœtûs, quam, quia ad curandas res ſuas ſacras vel haud idonea eſt vel propter multitudinem membrorum nimiam amplitudinemque ſuam jura ſua adminiſtra-

(*dd*) Hæc Epiſcopi eſt. Nota, 1. templum hîc connotari, 2. exhiberi heic à nobis ſpecies Eccleſiarum *titularatarum*, ſolis oratoriis privatis contradiſtinctarum. Vide cel. Deylingium l. c. p. 205.

(*ee*) Hæc Canonicorum eſt.

(*ff*) Hæc Monachorum eſt.

(*gg*) In hâc ſacramenta adminiſtrantur populo ad eandem ſpectanti.

(*hh*) In hâc S. Euchariſtia ſaltem adminiſtratur parochianis, adminiſtratione baptiſmi ad Eccleſiam principaliorem affixâ.

(*ii*) In illâ reſidet Paſtor, qui alii adhùc præeſt acceſſoriæ, quæ primariæ ſubordinatur, filiali nempe.

(*kk*) Ita, ut vel utrumque in illâ adminiſtrentur ſacramentum, vel Euchariſtia ſaltem, ad quam tamen admittantur &, qui aulici non ſunt.

(*ll*) Heic ſola fit verbi prædicatio, vel ſaltem non admittitur, niſi familia imperantis, aut privata alia.

(*mm*) Ad quam convolare plebs ſacra pro lubitu poteſt ad audiendum verbum divinum & ſacramenta accipienda. Publicum hæc templum poſtulat, & publicam, quæ ſigno campanæ fit, cœtûs collectionem.

(*nn*) Extra templum publicum hæc colligitur & reſtricta eſt ad conventum privatum, in quo tamen ſacramenta adminiſtrentur.

(*oo*) Hæc reſtricta eſt ad familiam in unâ domo habitantem. Nulla heic verbi prædicatio à Miniſtro fit, nulla ſacrorum adminiſtratio. Vide tamen orig. juris eccleſ.

Digitized by Google

miniſtrare ipſa haud valet, hæc repræſentat vel in *Concilio* vel in *Synodo*, vel in *Conſiſtorio*, vel in *Presbyterio*.

34. Eodem intuitu Eccleſia eſt vel *privilegiata* vel *minùs privilegiata*, vel *dominans* vel *preſſa*. Privilegiata & dominans privilegiis ſacris & civilibus (*pp*) præ alterâ fulget, vel *ſponte* ab imperantibus collatis, vel ex *pactis*, mox *publicis* (*qq*), mox *privatis* (*rr*) oriundis.

35. Ratione dotis & juris vocandi onerisque ſuſtentandi miniſtros Eccleſia eſt vel *patronata* vel *minùs patronata* (*ss*).

36. Ratione bonorum eccleſiaſticorum ſub qualitate feudi Eccleſiæ collatorum vel *vaſalla* illa eſt, vel *minùs talis* (*tt*).

37. Ita dantur & Eccleſiæ *unitæ* unumque formantes corpus, & *ſeparatæ* aut *diſſeminatæ*.

38. Ratione doctrinæ Eccleſia eſt vel *orthodoxa* vel *heterodoxa*, *vera* vel *falſa* (*uu*), *pura* vel *impura* ſive corrupta, reformationis prorſus indiga (*xx*).

39. A

(*pp*) Pertinent hùc immunitates Eccleſiarum earumque prærogativæ politicæ.

(*qq*) Spectant hùc pacificationes religioſæ.

(*rr*) Hùc referas pacta imperantium cum ſubditis circa exercitium religionis.

(*ss*) Patronata eſt, à Patrono quæ fundata eſt, certa in eandem jura ſibi reſervante. Minùs patronata, quæ ſecus.

(*tt*) Illa eſt, quæ bona in feudum ſibi data poſſidet.

(*uu*) *Vera* dicitur ſubinde, quæ, licet *heterodoxa* ſit, tamen adhùc illa dogmata, illa media ſervat, quibus poſitis ſalus æterna obtineri, licet difficulter, poteſt. *Vera* hæc fuerit in ſenſu æquivoco & abuſivo, *per participationem* ſaltem, & quatenùs has vel illas veritates præcipuas adhùc ſervat, aliquando etiam per *participationem minorem*, juxta quam & Eccleſiam Romanenſem æquivocè *veram* eſſe quidam dixerunt. Illa verò in ſenſu juſtiore *vera* eſt, quæ nullos in fide fovet errores pernicioſos & in quâ ſacramenta adminiſtrantur ad mentem Salvatoris. Hæ enim veræ *Eccleſiæ vocatorum* notæ ſunt, queis in

Digitized by Google

39. A potiori heic denominatio ut fiat, par est. Nulla enim falli & labilitatis vel peccabilitatis nescia est, maximè, quæ *vocatorum* est, cùm nec, quæ *sanctorum* est, excipi heic possit (*yy*).

40. Jam verò hoc respectu Ecclesia est vel *Græca*, ad quam & *Russica* spectat, cui & *Ecclesiæ hæreticæ Orientales* jungendæ, vel *Romano-Catholica*, vel *Augustanæ Confessioni addicta*, vel *Anglicana*, vel *Reformata*, vel *Remonstrantium*, vel *Anabaptistarum*, vel *Independentium*, vel *Quakerorum*, vel *Socinianorum* &c. &c.

41. Dudùm diximus (*zz*), Ecclesias spectandas esse tanquàm Respublicas liberas, quarum unaquæque suis regatur legibus, nullasque aliis præscribere possit.

42. Superest distinctio inter Ecclesiam *plantandam* & *plantatam*. Hæc in initiis suis adhùc hæret. Illa suam adepta est formam & consistentiam.

43. Se-

Ecclesiâ sanctorum accedit tertia, sanctitas nempe membrorum Ecclesiam conficientium interna & disciplina ecclesiastica severior & strictior. Perspicere ex his est, quî vera Ecclesia semper exstiterit, in sensu nempe & sequiore, quæ verò per purum verbi præconium & rectam sacramentorum administrationem, ubi *pura* exstitit, sese manifestavit. Vide Aug. Confess. artic. fidei 7.

(*xx*) *Pura* est, quæ in sensu strictiore *vera* est, *impura*, quæ in sensu saltem sequiore & *per participationem minorem veræ* est, adeóque prorsus reformanda. Insanus fuerit, qui necessitatem reformandæ falsæ & impuræ Ecclesiæ negaverit minusque applauserit reformantibus, quicunque demùm illi sint, sive Principes, sive Episcopi, sive Presbyteri, sive laici, modo benè gesserint vel gerant opus. Ecclesiæ enim salus suprema lex est, quam observaverit prorsus, qui illam curaverit benè, & ad quam curandam etiam, qui ordine postremi sunt, in casu necessitatis obstricti sunt. Valet hîc illud: *Si hi tacuerint, lapides clamabunt.* Luc. 19, 40.

(*yy*) Vide primit. Tubing. P. 2. diss 2. de præjud. Theol. §. 5. p. 127. & instit. Theol. p. 589.

(*zz*) In corpore doctrinæ moralis Sorbonico p. 7. de artic. fidei fundament. obs. 10. p. 29. instit. Theol. p. 590. & in instit. Jur. eccl. p. 45.

Digitized by Google

43. Sequiori sensu plantandam & illam dixeris, quæ in errores, vel laxam disciplinam lapsa, reformatione eget. Hoc posteriore respectu omnes *vocatorum Ecclesias plantandas* dixeris.

44. Quàm verò optandum hoc foret, ut ad veteris typum Ecclesiæ ita coadunari posset *sanctorum* & *vocatorum* Ecclesia, ut, quemadmodum olim complexa est *fideles*, *Catechumenos* & *pœnitentes*, suis distinctos classibus, divideretur hodie in *conversos*, *in viâ ad conversionem existentes* & *lapsos*, primisque solis via pateret ad mysteria divina & privilegia tribuerentur fidelium (*aaa*). Sed non permittit tàm nobile, tàm præclarum institutum Ecclesiæ corruptæ & numerosioris, cujus major pars semper prava est & conversionis since-

(*aaa*) Confer diss. de vitiis eorum, qui sacris operantur, sect. 2. §. 4. p. 40. seqq. & origin. Juris eccles. Jam vero id, quod hoc desideramus, in egregiam olim praxin deduxere fratres Bohemi. Ita Lasitius de ecclesiasticâ disciplina fratrum Bohemorum C. 10. cui titulus: *Populus fratrum in quatuor classes divisus*, incipientium, proficientium, ad perfectionem tendentium & pœnitentium,, De pœnitentibus ita idem p. 53. 54. *Quartum hominum genus sunt illi fontes, quos antiqui Theologi lapsos & pœnitentes appellabant, qui ob aliquod enorme facinus à corpore sanctioris Ecclesiæ resecti sunt, quibus illos quoque annumeramus, quorum conscientiæ variis malorum affectuum verberantur procellis. Istis conversio ad DEum, ut rursus Christi participes fiant eoque fruantur, in memoriam reducitur, locus autem in templis posterior humiliorque* uti pœnitentibus in Ecclesiâ antiquâ *assignatur, quò admoniti peccata sua magis expendant, commissa defleant fiantque in posterum cautiores & in vincendo malo fortiores. Produnt quoque ipsi demisso vultu, deprecatione humili omnibusque actibus suis cordis verè contriti indicia animique dolorem & pœnitentiam. Unde fit, ut, quemadmodum mali à bonis hâc in Ecclesiâ removentur, ita lapsi à firmioribus sejungantur ad evidentiorem Ecclesiæ ædificationem, quorum nihil alibi videas, ubi nullo res geruntur ordine & pares sunt omnes inter se, nec ater differt ab albo.* Adde Comenium in rat. discipl. fratrum Bohemorum C. 1. 7. & Buddeum in præf. §. *Sed, ut eò magis.*

Digitized by Google

ſinceræ non ſaltem ſed & diſciplinæ ſanctioris impatiens (*bbb*), indoles.

(*bbb*) Hinc Paulus: οὐ γὰρ πάντων ἡ πίστις 2. Theſſ. 3, 2. Moraliter quippe impoſſibile eſt, ut Eccleſiæ tàm numeroſæ ex meris conſtent fidelibus, licet id per miraculum gratiæ extraordinarium fieri poſſit & factum quoque ſit. Act. 2, 41. 4, 4. 5, 14. 1. Cor. 15, 6. Vide Speneri lezte Theol. Bedencken P. 3. p. 704.

DISSERTATIO

DE EO

QUOD JUSTUM EST CIRCA REFORMATIONEM SACRORUM MAXIME IN GERMANIA. (*)

§. I.

CUm Eccleſia, ſi prima ipſius incunabula ſpectes, ſit ſocietas æqualis & libera in civitate erecta, ſuis quæ legibus regitur, ſummisque imperantibus ſumma in eandem inſpectio politica competat, patet, jus reformandi ſacra & his & illi competere.

§. II.

Eccleſiæ quidem. Quid enim? Nonne liceat ſocietatibus in civitate erectis, quas lubens meritoque permittit ſuis uti & frui juribus, qui imperat, leges condere ſociales, & reformare abuſus, qui ſenſim ſenſimque in illas irrepſere, vel condere ſtatuta alia, quibus gubernentur? Eccleſia ergò ſe quoque reformare ipſam poteſt, novamque ſibi lucem, confuſione omni & abuſibus in exilium actis, affundere, imo & prorſus aliam ſibi induere formam.

§. III.

Suo itaque jure uſæ fuere Eccleſiæ, quæ ſe ipſas ante duo hæc ſecula refor-

(*) Hanc diſſertationem adortus eſt cel. Oederus ſub titulo Eccleſiophili in der Hamburgiſchen vermiſchten Bibliotheck, 3. Band, 6. Stück n. 5. p. 855. ſqq. cui reſponſum fuit ad calcem diſſertationis de pœnis divinis ob aliena peccata inflictis. Mirum, ſtatuere Virum doctiſſimum, Eccleſiam planè nulla jura habere.

Digitized by Google

reformârunt, atque à communione Ecclesiæ Romanæ, ad quam nulla lex divina eas obligabat, quæ & ob inductam tyrannidem sacram illarum libertati, antiquoque & vero doctrinæ & disciplinæ sacræ typo fraudi erat, recessere.

§. IV.

Tàm verum hoc est, ut instrumentum quoque Pacis Osnabrugensis imperantes quidem ad annos regulativos & exercitium religionis, quod in illis exstitit, servandum obstringat, non verò subditos, non Ecclesias ipsas, queis ab iisdem recedendi libertas relicta fuit, quia libertas conscientiæ ipsis reservata fuit.

§. V.

Jam & doctoribus Ecclesiarum primarias quasdam in reformandis sacris partes competere patet. His enim & vero doctrinæ typo & disciplinæ sacræ ita invigilandum est, ut, si quid heic irrepserit pravi, moneant plebem sacram de restituendis in integrum sacris & de tollendis abusibus Ecclesiam infestantibus.

§. VI.

Si communis dein & doctorum & auditorum consensus concurrerint, communi quoque consensu fit sacrorum reformatio atque in integrum restitutio.

§. VII.

Sed & imperantibus jus reformandi sacra competit. Jam enim & his societates liberæ in civitate erectæ reformandæ sunt, si abusus civitati & publicæ rei infesti in easdem irrepserint, si in confusionem labantur illæ, si tyrannis quædam eas dissipet, quæ ruinam statutis primitivis in iisdem receptis minetur, quæ libertatem sodalium labefactet. Heic enim, ut rebus fessis succurrat quoque seculare, quod vocant, brachium, ab omni tamen novâque tyrannide alienum, poscit civitatis, poscit societatum ipsarum salus.

§. VIII.

Perspicere ex his est, cui fundamento innitatur jus reformandi sacra, quod ex superioritate territoriali fluit fluereque docent summi paciscentes in pacis Osnabrugensis instrumento, quo & fuere usi summi imperantes nostri, cùm ante duo hæc secula sacra suis in terris, suis in Ecclesiis, DEO favente, reformarent, atque ita nova quasi collegia ecclesiastica exstruerent, summi Patronatûs in illa jus sic sibi vindicaturi.

§. IX.

Frustra in aurem insusurraverit, qui dixerit, Pontificis Romani, Episco-

Episcoporum Romanorum hoc esse jus, in quod involaverint malè consulti laici, h. e. imperantes,

§. X.

Quid enim? Si quis & tibi in aurem dixerit, nullum jus reformandi in Ecclesiis Germanicis Romano competere Præsuli, cui, suâ ut ie jactet in aula, liberum quidem sit, sed non permissum, transvolare Alpes legesque dare Ecclesiis liberis, suo viventibus jure, & oracula è Vaticano diverberare, quæ Germanica fingant vel refingant sacra.

§. XI.

Scilicet divinæ tabulæ, ad quas, Christiani qui sunt, irretortis respiciunt oculis, altum heic silent. Nec, quicquid hîc finxeris humani juris, quod fingere quiverit consuetudo per tot secula sed pravè means, sed perniciem vel tandem Ecclesiis allatura, adeóque, cùm harum salus suprema heic lex sit, prorsus reformabilis & reformanda quoque, libertati & saluti Ecclesiarum, benè & meliùs sapientium fraudi esse posse sapiens affirmaverit.

§. XII.

Accedit altera, quam formamus, quæstio, illo quid agendum casu sit, si ipsi Episcopi, si ipsi custodes custodiendi & reformandi sint, pravæque doctrinæ sacræ, pravæ disciplinæ, imò tyrannidi ecclesiasticæ inhient, vel manus in sinu complicent, Ecclesiæ mala otiosis oculis intuentes, vel denique reformationem illius, salutem illius omnibus modis impedire conentur? Itane ergò satius fuerit, nemo ut reformet, quàm ut sit, qui reformet, Ecclesiamque ex ruinâ, in quâ misera jacuerit, resuscitet? Si Episcopi tacuerint, opus est, ut clament laici.

§. XIII.

Jam verò, inquis, tu laice, tune audebis alterum Usam agere, & arcam Domini tangere, tune, qui nullo sacerdotis charactere fulges, profano suffitu in templum Domini illato Usiam imitabere, de divinâ, quæ transgressores manet, ultione securus, digitos, quos igni immittis cæcus, certo certius adusturus?

§. XIV.

Non tangit, non ferit objectio, quam præoccupavimus, rerum gnaros. Qui sapueris, nôris, & laicis competere sacerdotii sanctioris jura, imò & exercitium, si sacerdotium ordinarium incubuerit in spongiam.

§. XV.

Exempla Usæ & Usiæ, in jura ordinis Levitici, suarum rerum satagentis, qui involavere olim, nihil probare, sole clarius est.

§. XVI.

Digitized by Google

§. XVI.

Potiori jure reſpexeris potius, Antagoniſta, ad exempla Principum & Regum Vet. Teſt. qui leges ſacras dedere, qui cultum idololatricum abrogavere, qui Eccleſiam reformavere. Num Salomonem jus laici migrâſſe dixeris, templum DEO ſacrum inaugurantem?

§. XVII.

Num Imperatori Conſtantino M. num ſucceſſoribus ipſius, Theodoſiis, num reliquis, dicam ſcribes Concilia convocantibus, Conciliis præſidentibus, Epiſcopos conſtituentibus, leges eccleſiaſticas condentibus?

§. XVIII.

Num Regibus Chriſtianis dicam ſcribes, quòd Epiſcopos nominando hoc ipſo die ſepta laicorum migrent?

§. XIX.

Num accuſabis Principes Chriſtianos, qui ante reformata ſacra jus ſacrorum hìc & nunc exercuere? Num jus Patronatûs laicum proſcribes?

§. XX.

Num adunco ſuſpendes naſo ipſum pacis Oſnabr. inſtrumentum, quod ex ſuperioritate territoriali jus reformandi derivat?

§. XXI.

Juverit ſanè heic, Hiſtoriæ eccleſiaſticæ monumenta, codices Theodoſianum & Juſtinianæum, Capitularia Regum Franciæ & alia hùc ſpectantia monumenta inſpicere.

§. XXII.

Hæc ſi penitiùs evolveris ſi & genuinos juris eccleſiaſtici fontes profundiùs inveſtigaveris, non crediderim, hæſitaturum te, niſi partium ſemel adoptatarum te prorſus occupet oculorumque tuorum aciem obtundat, ſtudium.

§. XXIII.

Nec creaverit dubium opponens alter, qui dixerit, abuti Principem jure reformandi poſſe, quo Epiſcopi abûſi ſunt. Ita enim prorſus habet. Vitia erunt, donec homines erunt. Clamant Philoſophi, iterumque clamant, optimum quoque mundum ſuos pati manes, ſuisque laborare, maximis quoque, imperfectionibus. Itane ergò, quia ſummi Imperantes abuti majeſtate poſſunt ad exercendam in populum tyrannidem, haud conſultum eſt, illâ ut gaudeant?

Digitized by Google

§. XXIV.

Scilicet, in exercitio juris ſacrorum Principes alligati ſunt & divinis & humanis juribus, quæ violare nefas eſto.

§. XXV.

Hinc, cùm promiſcuum reformandi ſtudium in prioribus ſeculis turbaret Germaniam, vel tandem conſtituti fuere huic juri limites, quos anni regulativi in Inſtrumento pacis Osnabrugenſis fixere, haud migrandos unquam.

§. XXVI.

Ita haud licuerit ſalvo hoc inſtrumento & hoc pacto publico, ſapientibus ſanè quibusvis plurimùm exoſculando, obtrudere ſimultaneum diverſæ religionis idque publicum exercitium invitis ſubditis, queis *idem*, quod in annis regulativis obtinebat, aliud verò *ſolitarium*, aliud *ſimultaneum* eſt, ſervandum eſt. Unicus caſus excipitur in terris oppignoratis ad Dominum reverſis. Sed exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. Vide art. 5. §. 14. 15. 23. 25. 26. 27. 29. 31. 32. Et introductio ſimultanei *novatio* eſt, quam non patitur pax Osnabr. art. 5. §. 15. 33. quo ipſo poſteriore §. cautum eſt, introductio novæ religionis ne fiat, quæ A. 1624. non obtinuit. Taceo, nec Reformatis licere Principibus ſuæ religionis exercitium ſimultaneum Evangelicis obtrudere ſubditis. Art. 7. §. 1. Cur ergò Catholicis? Quod uni parti injuſtum eſt, & alteri injuſtum eſt & viciſſim. Art. 5. §. 2.

§. XXVII.

Scilicet juxta citata loca ſubditis ſuæ religionis exercitium ſartum tectumque eſt relinquendum, *quatenus* illo in annis regulativis gaviſi ſunt. Hi enim ſunt regula art. 5. §. 33. & fundamentum §. 25. quod jus reformandi non quidem aufert, ſed limitat.

§. XXVIII.

Non aufert, uti quidem putas. Jam enim & aliarum, quas I. P. haud tolerat, religionum ſocios expellere, vel etiam turbulentis, qui tolerandi aliâs eſſent, emigrationem injungere, & abuſus in Eccleſias contra earundem Confeſſiones & Statuta, pacem item Osnabr. irrepentes vel ex negligentiâ eorum, qui ſacris operantur, aut aliunde natos reformare, & præſtantiores leges eccleſiaſticas condere, & alibi expulſos in ſuas ditiones recipere poteſt, qui in Germaniâ ſuperioritate fulget territoriali. Hæc qui exercet, magnos juris reformandi partes exercet ſanè. Tacemus alia.

§. XXIX.

Nec eſt, quòd ajas, *turbatis* ſaltem vel *deſtitutis* favere pacis inſtrumentum

Digitized by Google

mentum art. 5. §. 32. per ſimultaneum verò nec turbari nec deſtitui quenquam.

§. XXX.

Quaſi verò illud non deſtitueret eos, qui in annis regulativis ſolitario religionis ſuæ exercitio gaviſi ſunt. Quaſi verò non exiſterent exempla introducti ſimultanei, quod ſucceſſu temporis plenè priores ſuo exercitio privâſſet poſſeſſores. Quaſi verò ſimultaneum nullas hactenùs in Imperio noſtro dediſſet turbas, quas milenas acta clamant publica. Quaſi verò proceſſiones publicæ ex ſimultaneo oriundæ non aptæ forent, ad turbandos diverſæ religionis ſocios. Quaſi verò ſimultaneum in eodem templo grave haud fuerit poſſeſſoribus olim ſolitariis. Quaſi verò ſic non præberetur anſa continuis ad amplectenda diverſæ religionis ſacra ſollicitationibus, in pace Osnabr. vetitis. Art. 5. §. 30.

§. XXXI.

Nec dixeris quoque, jus ſubditorum imperantium juri nil derogare poſſe. Manifeſta hæc contradictio eſt, quam adjectum parit. Jus enim ſubditorum imperantes tollere non valent.

§. XXXII.

Sed nec hoc jus ſaltem fuerit ſubditorum, qui Domino diverſæ parent religionis, ex annis decretoriis fluens, vel in caſibus tantum valens ſpecificatis. In genere enim *turbati* quocunque tempore & à quocunque turbati ſunt, reſtituendi ſunt. Art. 5. §. 32. Quid enim? Si pax Oſnabrugenſis ſaltem turbatos ante pacem reſpiceret, ſi, quod cauſatur Rittmeyerus, Reformatos Palatinos haud reſpiceret, tempore pacis hujus haud gravatos, haud ſanè proſpexiſſet motibus turbisque futuris, quod incredibile. Scilicet ulterior etiam prohibetur turbatio Art. 5. §. 15. 29. & pax Oſnabr. futuræ quoque obſervantiæ fundamentum eſt. Art. 5. §. 25.

§. XXXIII.

Quod reſtat, nolim, ut jus reformandi jurisdictione eccleſiaſticâ confundatur. Illud politicum jus, ſacrum hoc eſt. Illud ex ſuperioritate territoriali, hoc ex jure Eccleſiæ primitivo manat. Jus itaque reformandi jurisdictionem Eccleſiaſticam non involvit, quam, qui in annis regulativis non exercuere in Proteſtantes, Catholici, nec nunc exercere juxta I. P. Art. 5. §. 31. 48. valent, ſive jurisdictionem eccleſiaſticam in propriè & impropriè ſic dictam diviſeris, ut Rittmejerus, ſin minus. Certè Epiſcopo Oſnabrugenſi Catholico non licet, jurisdictionem eccleſiaſticam in ſubditos exercere A. C. addictos. Art. 13, 8. Quid, quòd & contra principia Eccleſiæ Romanæ militet, ut illâ polleant laici, ut jurisdi-

Digitized by Google

ctio exerceatur ecclesiastica ad falsæ, ad hæreticæ, quam putant, religionis mentem? Quid quòd & *exacta & mutua æqualitas* illa, quam I. P. art. 5. §. 1. stabilit; poscat, ut, cùm Protestantibus non sit justum, jurisdictionem exercere sacram in Catholicos, & Catholicis injustum sit, illam exercere in Protestantes?

§. XXXIV.

Nec est, quòd ajas, non sine absurditate subditis jurisdictionem tribui sacram, jurisdictionis incapacibus. Scilicet *sic redit ad Dominum, quod fuit ante, suum.* Jurisdictio enim hæc nihil est aliud quam exercitium jurium socialium, quæ originariè ad ipsam spectant Ecclesiam. Abi, si placet, in Belgium, & videbis, magistratibus haud refragantibus, Ecclesias quasvis hanc jurisdictionem exercere ipsas. Abi in terras Brandenburgicas, abi in Angliam, & videbis, exerceri eandem, applaudentibus imperantibus, à Presbyterianis, Reformatis-Gallis &c. Sed de hâc quidem tabulâ manum jam tollimus.

DISSERTATIO JURIS ECCLESIASTICI DE ANNEXIS EXERCITII RELIGIONIS EVANGELICÆ

AD I. P. ART. 5. §. 31. (*)

§. I.

Sanxit Instr. Pacis Osnabr. art. V. §. 31. 32. non obstante jure reformandi, quod immediatis Imp. Germ. Statibus competat, Statuum Catholicorum Landsassios, Vasallos & subditos cujuscunque generis Aug. Conf. addictos conservandos esse vel restituendos in exercitium religionis publicum vel privatum, quod A. 1624. habuerint, *cum annexis*, quatenus illa dicto anno exercuerint vel exercita fuisse probare possint. Cujusmodi

annexa

(*) Adde, quæ scripsimus in jure Eccles. Germ. p. 334. 375. 392. 448. 454. sqq.

Digitized by Google

annexa sint institutio Consistorium, ministeriorum tàm scholasticorum quam ecclesiasticorum, Jus Patronatûs aliaque similia jura, uno verbo jurisdictio ecclesiastica. Frangamus, si placet, nucem hanc & corticem, & degustemus nucleum.

§. II.

Jus reformandi, de quo hîc sermo est, innuit jus mutandi, vel planè abolendi religionis exercitium hactenus receptum. Salvum illud Statibus Imp. Germ. immediatis vult Instr. pacis, nisi A. 1624. hoc obtinuerit. Itaque juxta §. 30. abolere illi possunt exercitium religionis publicum sive privatum, quod A. 1624. non obtinuit. Possunt, inquam, non debent, nisi poscant subditi. §. 31.

§. III.

Exercitium religionis in cultu Dei externo, h. e. verbi divini prædicatione hujusque frequentatione, atque sacramentorum administratione & usu constat. Quod vel fit solenniter in templis apertis, signo campanâ dato, reliqua, vel minùs solenniter, in oratorio privato, clausis januis, saltem promiscuè haud patente, aut sine signo conventûs, præsente tamen Ecclesiæ Ministro, qui & verba faciat sacra & sacramenta administret. Ab utroque differt devotio domestica, quæ à privatis, absente Ministro, fit precibus, lectione librorum sacrorum, canticorum decantatione, admonitionibus privatis &c. &c.

§. IV.

Paucis adjicimus, exercitium & publicum & privatum suos admittere gradus & recipere magis & minus, ut stylo Philosophorum utamur. Unde datur & exercitium semipublicum & semiprivatum.

§. V.

Jam de annexis Juribus præcipiendum est. Annexa hæc sunt cultûs vel *publici*, vel *privati*, dominantis vel secus, religionis, eaque vel *positiva*, vel *negativa*, illaque vel *necessaria*, necessitate vel *exigentiæ* vel *expedientiæ*, vel *adiaphora*, annexa *ecclesiastica*, quæ Art. V. §. 14. n. 43. nomine *rerum religionem concernentium* veniunt, vel *civilia*. Nota 1. annexa hæc involvere omnia ea, quæ Aug. Confessio & conscientia principiis illius & illorum, qui eandem profitentur, communibus informata jubent probantve Art. V. §. 48. 2. De annexis cujuscunque religionis judicium illis deferendum esse, qui illam profitentur, utpote solis hujus rei exactè gnaris. Quid enim, quæso, alii de religionis annexis judicent, quam non profitentur? Casum excipio fraudis manifestæ, cujus primi se reos faciant.

Digitized by Google

§. VI.

Ad annexa cultus publici, quæ ſunt neceſſaria neceſſitate primi generis, refert Inſtr. pacis inſtitutionem Conſiſtoriorum, quæ jurisdictionem eccleſiaſticam exercent, item miniſteriorum tàm ſcholaſticorum, ad quæ & Academiæ ſpectant, quàm eccleſiaſticorum, Jus patronatûs.

§. VII.

Poſſunt ergo ſubditi Catholicorum Evangelici *inſtituere* Conſiſtoria, ſi illis A. 1624. fuerint gaviſi, & quatenùs gaviſi ſunt. Magnum hoc jus eſt, exercitio religionis annexum. Quale ſane & alterum eſt, *inſtitutio* miniſteriorum tàm ſcholaſticorum quàm eccleſiaſticorum. Jus hoc in ſubditos Catholicorum Evangelicos in terminis terminantibus hîc devolvitur, quod notâ benè!

§. VIII.

De Jure Patronatûs, quod itidem ad annexa exercitii religionis refertur, nihil attinet hîc dicere. Confer ſaltem Art. 5. §. 26. Art. 7. §. 1.

§. IX.

Dicendum itaque jam fuerit de *ſimilibus*. Nullum dubium eſt, ad *annexa* primi generis ſpectare I. typum doctrinæ publicæ, in Confeſſionibus, Catechiſmis & libris ſymbolicis tùm univerſalibus, tùm particularibus uniuscujusque Eccleſiæ ſtabilitum, & NB. in ſcriptis Theologorum latiùs explicatum, & per conſequens II. elenchum tùm nominalem, tùm realem, modeſtum nempe. Vide Art. 5. §. 35. III. typum Liturgiæ publicæ in Agendis & Ordinationibus eccleſiaſticis, itemque in cantionalibus publicâ autoritate vel communi obſervantiâ receptis ſtabilitum. IV. typum diſciplinæ & jurisdictionis eccleſiaſticæ in Ordinationibus & Reſcriptis eccleſiaſticis ſtabilitum, etiam quoad matrimoniales cauſas. V. per conſequens jus reformandi abuſus ingruentes, vel etiam mutandi liturgias, Agenda, ordinationes in adiaphoris, vel latius explicandi libros ſymbolicos & confeſſiones, cùm viſum fuerit. VI. Jus conventuum vel privatorum vel publicorum & ſolennium, VII. Calendariorum & feſtorum dierum ordinatio, ut alia taceamus.

§. X.

Annexa inferioris ordinis ſunt adiaphora, tempus divini cultûs, adeoque dies hi vel illi feſti, Jubilæa quoque, imagines & jejunia, agendorum ſacrorum hæc vel illa forma, confeſſio privata vel privatiſſima vel cum vel ſine numo peragenda, cantionum, precum harum vel illarum uſus, exorciſmus &c. alii ritus ſacri, Muſica, lumina, veſtes ſacerdotales & Liturgicæ, ritus deducendorum funerum &c. Hæc annexa, inquam, in

Digitized by Google

in concreto ſpectata adiaphora ſunt, licet in abſtracto ſint neceſſaria, licet jus circa illa ſpectet ad annexa primi generis. Imo dantur & *annexa annexorum*, e. g. & jura ſtolæ Miniſtrorum Eccleſiæ &c. &c.

§. XI.

Noli mirari, nos ad *annexa* exercitii religionis haud referre templa, reditus ſacros, bona eccleſiaſtica. Hæc non ad *annexa* pertinent, ſed *connexa* religionis, juxta Art. 5. §. 31. Scilicet παιδαγωγίας nobis opus eſt uti arideat, qui ſummis paciſcentibus hîc arriſit.

§. XII.

Sed vellicas aurem, quærendo: Quid ſint *annexa negativa?* Reſpondeo: Libertas abſoluta à cæremoniis eccleſiaſticis, vel agendis aliis obtruſis, conſcientiæ, religioni, confeſſioni adverſis. Ita non licet injungere adorationem ſacramenti, juramentum ... r Sanctos, feſtos dies Pontificios, &c. &c. Accedit jus contra introductionem ſimultanei, novationesque in religione omnes proteſtandi & agendi, modis in I. P. determinatis.

§. XIII.

Ampliùs vellicas & quæris, quænam ſint *annexa civilia?* Hæc tradit Inſtr. Pacis Art. 5. §. 3. ſqq. 35. 51. ſqq. ab annis regulativis ſubinde determinanda. Poſtulat quippe religionum æqualitas in I. P. ſtabilita, ut, qui illis addicti ſunt, æqualia quoque in politicis jura poſſideant. Ad annexa hæc civilia ſpectant & cœmeteria.

§. XIV.

De annexis exercitii religionis catholici differere non eſt opus. Infinita illa ſunt pro immenſo rituum Catholicorum cumulo. Unde & probatio eorum, quæ A. 1624. obtinuere, eò difficilior eſt.

§. XV.

Sed quid? Si Magiſtratus Evangelicorum non ſit Catholicus, ſed vel Evangelicus vel Reformatus. Poſteriorem caſum determinat Art. 7. §. 1. 2. Priorem Art. 9. §. 25. qui A. 1624. jubet eſſe unicum etiam futuræ obſervantiæ fundamentum. Sola hæc differentia eſt, quòd, ubi Magiſtratus eſt Evangelicus, hic, uti jus reformandi, ita & jurisdictionem ſacram cum annexis exercet.

§. XVI.

Ex quo liquet, non poſſe quidem Catholicum vel Reformatum magiſtratum mutare adiaphora cultûs Evangelici, ſed tamen Evangelicum, ſi utilitas Eccleſiæ id poposcerit, ſi jura Eccleſiæ non infringantur.

Nota

Digitized by Google

Nota benè, de annexis adiaphoris hæc saltem dici. Necessaria mutari nesciunt sine consensu subditorum spontaneo, expresso, legitimo.

§. XVII.

Non potest objici, jurisdictionem sacram & jus circa sacra non possidere, non exercere posse subditos, tùm, quia ad superioritatem territorialem spectent, tùm quia A. 1624. neque in earum possessione neque in exercitio fuerint. Notanter enim dicitur, *retineant cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt.* Responsio facilis est. Additur enim, *aut exercitia fuisse probare poterunt*, scilicet à Magistratu suo tùm Evangelico, vel sine illo à se ipsis. Competit enim Ecclesiæ ipsi jus circa sacra, quod ecclesiasticum est, & jurisdictio ecclesiastica, quatenùs talis, à civili toto cœlo diversa, ut aliâs ostendimus.

§. XVIII.

Probatio exercitii cum annexis facilis est & incumbit subditis, si contra Magistratum Catholicum agant, & huic contraria probatio sed longè difficilior, si subditos in possessione turbet. Si semel facta sit, cùm pax daretur executioni, præscriptionis annexum habet jus, hoc est, est valoris perpetui, non requirenda amplius, non postulanda in perpetuum.

§. XIX.

Patet ex dictis, quid dicendum de quæstione sit, num subditi Catholicorum Evangelici ab illis ad mutandas vel abolendas confessiones, catechismos, cantica sacra, ritus &c. jure possint cogi? Sunt quippe hæc annexa religionis, quæ ut sarta & tecta conserventur, I. P. jubet.

§. XX.

Constat, quid ante aliquot lustra de Catechismo Heidelbergensi fuerit actum, quid & proximis abhinc annis occasione articulorum Smalcaldicorum, à beato D. Mündenio, Seniore Francofurtanæ Ecclesiæ denuò editorum contigerit. Vulneratæ causæ remedium adhibuit novissima Capitulatio Cæsarea.

§. XXI

Constat &, quid in causâ Calendarii actum sit. Non pertinet quidem illud, quà tale, ad annexa religionis, sed eatenùs saltem, quatenùs festos dies determinat. Causa hæc comitialis est, jam determinata & ampliùs determinabilis ab iis, qui in partes eunt.

§. XXII.

Constat porrò, quî cantica Evangelica prohibita fuerint subinde à Catholicis, in specie illud: *Serva Deus verbum tuum*, ex versione Stigelii, & illud ex versione recentiore:

Sic

Digitized by Google

Sic Jova Rex,
Divina lex
nos fugit usque tecta

Demus Germanica, *Erhalt uns HErr bey deinem Wort*, & *O HErre GOtt, dein Göttlich Wort*,

ubi in posteriore:

Quid ergò si
tyrannuli
verbumque teque trudunt?
Hæ ludicræ
potentiæ,
quàm vana tela cudunt!

Adde & illud:

Ni nos Jehova protegat
ab hostium furore,

ubi & illa:

Furentes valde involant,
ceu nosmet devorantes,
Cædesque nostras inbiant
Nil Deum æstimantes,
Assurgunt instar fluctuum
Et quærunt nostrum obitum,
Quod Deum miserebit.

Hæreticos nos prædicant,
Cruorem nostrum petunt,
Se Christianos jactitant,
Qui Deum nunquam lædunt.
O Nomen Tuum, Domine,
Velamen est nequitiæ.
Sed tandem, Deus, surges.

Diducta pandunt guttura,
Glutire nos volentes,
Sit Deo semper gloria,
Sic erunt haud potentes,
Hæc rumpet Deus retia,
Et pellet falsa dogmata,
In DEum nil valebunt.

Digitized by Google

Porrò & hoc: *Arx Deus est firmissima, Ein veste Burg ist unser GOtt*, ubi &:

Sit orbis plenus dæmonum,
Qui nos vorare tendant,
Timebimus non admodum,
Tropæa nobis pendant,
Princeps aëris
furat furiis
nil oberit,
Nam judicatus it,
A verbulo peribit.

Illæsa finant Biblia
Vel nolens volens quisque,
Nos apud est in aream
cum Spiritu donisque.
Corpus, famam, res,
Natos, conjuges,
Tollant, transeat,
Nil ipsis lucri dat,
Nos regnum tamen spectat.

At verò, si annexa religionis sarta tecta esse jubet I. P. & cantica ad illa spectant, decisio nullo negotio currit. Abolitio illorum I. P. contraria est. Sed & mutatio, quæ A. 1624. non obtinuit. Ut taceam, non posse mutari cantica autorum, uti nec libros. Falsum committit, qui mutat.

§. XXIII.

Ne Evangelicus quidem magistratus turbârit religionis annexa, adeoque nec mutârit cantica, nisi jusserit aliud & ipsius divini cultûs ratio logica & Ecclesiæ salus. Utitur quippe tùm suo & reformandi jure, & jurisdictione ecclesiasticâ suâ, quam ex jure devoluto & juxta I. P. possidet.

§. XXIV.

Scilicet dantur & cantica, in certos casus concinnata, *zufällige Lieder*. Ita cantica tempori pestis destinata cani nesciunt aliq, &, quemadmodum preces publicæ mutantur tempore persecutionum, belli & pacis, nec retineri possunt provisionaliter ex metu futurarum persecutionum & belli, vel ex spe futuræ aliquando pacis, ita & cantica mutare convenit subinde. Cultus enim divinus debet esse λογικὸς, *rationalis* Rom. 12, 1. in rem, in factum temperatus.

§. XXV.

Digitized by Google

§. XXV.

Itaque ergò, num laudata cantica, quæ perſecutiones in religione præſentes ſupponunt, canere conveniat tempore, quo in Imp. Germ. illæ ceſſant, & Auguſtiſſimus Imperiumque totum pro libero religionis Evangelicæ exercitio ſe, juratò quoque, declarârunt, ex præſumtâ Autorum deciſione judicet ſapiens. Hinc alternativa pro ratione temporis, *Und ſteur* {*des Pabſt und Türcken* / *der Feinde Chriſti*} *Mord*, rurſus: *Ob wolten gleich* {*Pabſt, Kayſer* / *all Macht*} *und Reich.* Quæ enim tempore pacis vel belli & perſecutionum ceſſant preces & cantica, alio reviviſcunt. Vide, quæ hanc in rem diximus in diſſ. de rectâ Theologiæ hymnodicæ conformatione p. 37. & in jure Eccleſiaſtico Germanico p. 371. ſqq.

§. XXVI.

Idem de cantico: *Mag ich Unglück nicht widerſtahn* dictum eſto. Autor illius eſt Maria, Ludovici II. Regis Hungariæ & Bohemiæ vidua, Caroli V. & Ferdinandi I. ſoror, quæ tamen, quod triſte, ceſſit vel tandem perſecutioni, amiſitque heroicum illum ſpiritum, qui ex hoc reſplendet cantico, ſanè excellente.

§. XXVII.

Hinc, cùm pax religioſa condita eſſet, in tentoriis Evangelicorum reſonuit illud:

In celſis Deo gloria
& pro favore grates,
Quòd jam non, nec in ſecula
Nos tangent ullæ clades.
In nobis Deus complacet,
Et magna pax nunc permanet,
Jam omne bellum ceſſat.

Quæ ipſa verba tempore perſecutionis cani neſciunt, ſiſtenda tùm ad tempus.

§. XXVIII.

Nolim, credas, quæ diximus, abludere à Formulæ Concordiæ art. X. ubi dicitur, in adiaphoris non cedendum eſſe adverſariis. Intelligitur quippe hoc ſaltem de caſibus, queis & quidem ab hoſtibus & perſecutoribus fidei per latus adiaphororum & initio ab his facto ipſa Evangelii veritas & Eccleſiæ libertas, adiaphororum novorum, tanquàm cultûs divini neceſſarii obtruſione, qualis per *interim* facta fuerat, impetitur,

Digitized by Google

adeoque cessio ista in syncretismum & collusionem cum adversariis abit, vel ex periculositate sacrâ & fugâ veritatis confitendæ aut persecutionum fit, non de eo casu, quo adiaphora, & sponte quidem subinde mutantur & vel loco vel tempori vel aliis circumstantiis vel ipsi cultui divino haud respondet satis, aut superstitionem quandam vel opus operatum olent (*). Heic enim mutationem ipsa ratio suadet. Ita olim, cùm persecutionibus vastarentur Ecclesiæ & plebs ad sermones sacros audiendos anxia & tremebunda accurreret, oratio, quæ incipit: *Deus, qui contritorum non despicis gemitum* &c. illis præmissa fuit, cui tempore pacis religioni datæ substituta est alia, ad præsens institutum accommodatior. In genere constat, adiaphora non esse partem cultûs divini, nec ligare conscientiam, quatenùs talia, pertinent enim saltem ad cultûs divini involucrum, annexa & decorum externum, quod, prout poscit Ecclesiæ salus & major utilitas, inflecti potest debetque ab illis, queis jus reformandi, & queis jurisdictio ecclesiastica competit, sed cum consensu subditorum, si sint diversæ religionis. Poscit id §us, quem explicavimus. Ita nullum est dubium, magistratum Evangelicum tollere posse imagines in templis Evangelicis, quæ ibidem A. 1624. fuere. De Reformato verò id affirmare nolim. Sed nec Evangelici Catholicorum imagines tollere possunt, licet A. 1624. haud exstiterint. Illustrârint hæc causas Augustanam & Nordlingensem.

§. XXIX.

Jam verò, qui logicè liturgias, agenda, ritus &c. examinat, invenerit plura, mutationem, cæteris paribus, vel postulantia vel admittentia. Dico, cæteris paribus.

§. XXX.

Infirmorum enim & hîc habenda ratio est, saltem in tantum. Nec danda scandala & his, nisi summa postulet suadeatve incolumitatis ecclesiasticæ aliâs haud servandæ sive præsens, sive certò aut probabiliter futura, secus futuribilis aut saltem possibilis, sed facilè dabilis, aut rationis violentæ vel naturæ rei necessitas, quæ ex datis scandalis faciat accepta. Faciliùs optatur, quàm obtinetur tempus, quo plures sapiunt, ideæ, genio, indoli, statui optimi haud conveniens mundi. Sed informandæ tamen & meliùs sunt conscientiæ & eximendus per rationes, quo vexantur, scru-

(*) Hæc nisi latuissent Thomasium, de jure Principis Evangelici in adiaphora differentem, tantâ cum præcipitantiâ contra Formulam Concordiæ non esset debacchatus, qui ne leviter quidem illam heic inspexit, thesin hanc suam limitationibus, quas dixi, ab ipso quoque Thomasio, si observâsset, agnoscendis, determinantem.

Digitized by Google

scrupulus. Qui, si eximi nolit, uni judicii lanci imponenda sunt argumenta pro mutatione ex naturâ rei & Ecclesiæ utilitate petita, alteri scandali effectus magis vel minùs nocuus, & videndum tùm, in quamnam partem libra deflectat, pondere majori victa. Scilicet zelus omnis, maximè ille, qui pro religione pugnat, ἐπίγνωσιν opus est, ut veneretur præcedaneam Rom. 10, 2. & comite gaudeat prudentiâ 1. Cor. 14, 20. & pedissequam habeat docilitatem. Jac. 3, 17.

§. XXXI.

Sequitur, ut de particulâ *quatenùs*, quæ exercitium religionis specificat, vel determinat, pauca dicamus. Est autem exercitium, uti vidimus, vel *publicum* vel *privatum*, & utriusque gradus varii, est *solitarium*, est *simultaneum*, cum his vel illis juribus, & ritibus & hâc vel illâ disciplinæ & jurisdictionis ecclesiasticæ administrandæ ratione conjunctum.

§. XXXII.

Sed & cum jure disciplinam hanc ritusque sponte mutandi, aliterque inflectendi, si visum fuerit. Ita absurdum foret, dicere, nihil prorsus mutari posse etiam in ritibus adiaphoris, quod A. 1624. obtinuerit, illicita esse nova cantica, novas preces ecclesiasticas, novos libellos rituales, novas constitutiones ecclesiasticas omnes, &c. aliud tempus conventûs sacri, novas companas &c. &c. imò restituenda per mandatum esse nostris Ecclesiæ Ministris collaria & pileos altos, qui A. 1624. obtinuerint, quia & hæc, uti aliâs vestes liturgicæ, ad annexa religionis spectent.

§. XXXIII.

Scilicet, quemadmodum Statibus Imperii competit jus reformandi politicum §. 30. ita eorum subditis competit jus reformandi collegiale §. 31. Reformare enim & abusus & adiaphora ipsæ possunt Ecclesiæ, imò totum cultum, si ad aliam religionem sponte accesserint.

§. XXXIV.

Docet hoc clausula nostri §i. *Et hæc omnia semper & ubique observentur, donec de religione christiana vel universaliter, vel inter Status immediatos eorumque subditos mutuo consensu aliter erit conventum. Nec* (ita enim legendum) *quisque à quocunque ullâ ratione aut viâ turbetur.* Non Princeps in jure *reformandi*, non subditi in jure *retinendi*.

§. XXXV.

Manifestum est, hæc tangere annexa exercitii religionis essentialia saltem, cùm minima Prætor non curet. Mutari & illa, uti exercitium reli-

Digitized by Google

gionis in genere, possunt mutuo consensu Statuum & subditorum, & hæc mutatio est reformatio.

§. XXXVI.

Sed quæritur, quid? si in possessione exercitii & annexorum & templi & bonorum ecclesiasticorum A. 1624. fuerint mox Catholici, mox Evangelici? Num *ὸ quatenùs* infert, & illos & hos in possessionem iis mensibus vel diebus mittendos & in eâ conservandos, queis A. 1624. in eâdem fuerint? Mira foret hæc decisio. Interruptio exercitii incongrua est nec in mentem summorum pacisentium venire potuit, licet exstet: *Quacunque anni parte.* Nota, de subditis Catholicorum Evangelicis heic sermonem esse, & his hoc dari privilegii, ut, si aliquâ saltem in parte anni 1624. in possessione fuerint, retineant eandem. Stricta hæc interpretatio est, cui repugnat, salum facere & ad Catholicos. Aliâs, *quod uni parti est justum, alteri quoque sit justum.* Art. 5. §. 1. Aut compositioni amicabili heic via patet.

§. XXXVII.

Quæritur &: si e. g. A. 1624. Evangelici Consistorio peregrino sponte se subjecerint, Consistorium proprium erigere haud potuerint vel possint? Decisionem suggerit vox *institutio.*

§. XXXVIII.

Suffecerint hæc ad ostendendum, quàm latè pateat hoc de annexis exercitii religionis argumentum, quod totum sanè jus ecclesiasticum, maximè publicum, quod est Germaniæ, pervadit.

DISSERTATIO DE ECCLESIA SANGUINEM NON SITIENTE. (*)

PROOEMIUM.

Vulgare est Canonistarum dicterium, quòd *Ecclesia sanguinem non sitiat.* Hinc non saltem Christianis displicuit olim pœna sangui-

(*) Prodiit hæc dissertatio A. 1740. Anno insequente de eodem argumento, eodem titulo, dissertationem Gryphiswaldiæ edidit Professor ibi tùm Juris ordinarius Christianus Nettelbladt, nunc Cameræ imperialis perillustris Assessor.

Digitized by Google

ſanguinis, ita, ut & pro reis intercederent, & ſuppliciis intereſſe capitalibus nefas ducerent, ſubinde & reos vi factâ liberârint, ſed etiam Epiſcopis piaculum fuit, in cauſis judicare criminalibus, & Presbyteris, iis aſſidere vel & aſſidere ad trepalium reorum torturæ, vel cum nece alterius propriam in caſu inculpatæ tutelæ vitam defendere, ſub pœnâ irregularitatis. Ex eodem fonte manat, quòd Clericis armorum uſus & militia interdicta, quòd & eadem antiquis cum lege Chriſtiana haud congruere viſa fuit, quòd Eccleſia olim & ſummis criminibus nonniſi eccleſiaſticas pœnas infligendas nec homicidium pœnâ capitali, maximè in Clericis vindicandum cenſuit, quòd aſylum facinoroſis præbet, quòd pro hæreticis brachio ſeculari traditis intercedit, quòd judici ſeculari in Eccleſiâ vel cœmeterio cauſas ſanguinis tractare non licet, quòd Clerici Phyſici h. e. Anatomici & Chirurgi eſſe nequeunt, quòd & templa ſanguine fuſo ita profanantur, ut nonniſi per novam benedictionem aut reconciliationem in integrum reſtitui poſſint, quòd denique ad ſacramenta acceſſuris non licet eſſe præcinctis gladio. Videri tamen Eccleſia ſanguinem poſſit ſitire, ſi conſideraverimus, quî contra infideles & hæreticos expeditiones cruciatas & ſumma ſupplicia ſtatuerit, quî & Epiſcopi militent, qui jus exerceant gladii, quî gladius Pontifici adſcribatur ſpiritualis, ad cujus nutum corporalis ſeſe componere debeat, quî denique pœna illa ſacra, quæ flagellatione perficitur, largum provocet caſtigandorum ſanguinem. Diſſerendi amplam hæc omnia materiam præbent nobis, dictionis compendio præcipua enarraturis.

§. I.

Diximus, abhorruiſſe olim Chriſtianos à pœnâ ſanguinis. Sunt, qui putant, cauſam fuiſſe, quòd ab eſu ſanguinis abſtinuerint olim, qui crudelitatem hanc inſpiraret. Ita ſanè Tertullianus in Apologetico C. 9. p. 102. edit. Havercamp. *Quale eſt, ut, quos ſanguinem pecoris horrere confiditis, humano inbiare credatis.* Ita & Minutius Felix in Octavio §. 30. p. 177. edit. Daviſ. *Tantum nos humano ab ſanguine cavemus, ut nec edulium pecorum in cibis ſanguinem noverimus.* Vide diſſ. noſtram de abrogatione legis cerem. p. 46.

Digitized by Google

p. 46. 47. Aft nec adprobata quibusdam antiquis fuere judicia capitalia. Allegantur hanc in rem maximè Tertullianus, Lactantius & Auguſtinus. Certè C. 17. de idololatriâ f. 86. edit. Ven. Tertullianus putat, poſſe quidem *ſervum Dei alicujus dignitatis aut poteſtatis adminiſtrationem capere*, ſed ita, ut *non judicet de capite alicujus, neminem vinciat, recludat aut torqueat.* Lactantius verò inſtit. div. L. 6. c. 20. §. 12. ita: *Quæro nunc, an poſſint pii & juſti homines eſſe, qui conſtitutos ſub ictu mortis ac miſericordiam deprecantes non tantùm patiuntur occîdi ſed & flagitant, feruntque ad mortem crudelia & inhumana ſuffragia?* & §. 16. *Ita neque militare juſto licebit, cujus eſt ipſa juſtitia, neque verò accuſare quemquam crimine capitali, quia nihil diſtat, utrumne verbo an ferro potius occîdas, quoniam occiſio ipſa prohibetur. Itaque in hoc Dei præcepto nullam prorſus exceptionem fieri oportet, quin occîdere hominem ſit ſemper nefas, quem Deus ſanctum animal eſſe voluit.* Auguſtinus denique in epiſtolis plurima hanc in rem habet, judiciis capitalibus infeſta, ſed & ſubinde ſaniora. Vide C. 23. qu. 5. Sed & interceſſiſſe olim Chriſtianos, maximè Epiſcopos pro reis ad mortem damnatis clamat antiquior hiſtoria. Nemo heic luculentior Lud. Thomaſſino Orat. Pariſ. Presb. in vetere & nova Eccleſiæ diſciplina P. 2. L. 3. C. 95. ſqq. f. 853. ſqq. Sed adjungi tamen merentur Arnoldus in der Abbildung der erſten Chriſten L. 5. C. 4. §. 6. ſqq. Bingham in Orig. eccl. Vol. 1. p. 129. ſqq. & Bœhmerus in jure eccleſ. Proteſt. L. 3. tit. 49. p. 1043. & T. 5. p. 54. ſqq. qui prolixè, quæ Auguſtinus pro defendendis hiſce interceſſionibus cumulat, affert. Conſequitur verò ex his &, Chriſtianos olim executionibus pœnarum capitalium haud intereſſe potuiſſe. Evolvantur ſaltem, quæ contra ſpectacula Tertullianus C. 22. & Cyprianus ſcripſere. Ita & Athenagoras in legat. pro Chriſt. §. 30. p. 133. 134. edit. Dechair. *Quos ſciunt, ne id quidem ſuſtinere, ut vel juſtè quemquam interimi videant, quomodo quiſpiam illos vel homicidii vel humanarum carnium epulationis inſimularet? Quis non ſpectacula illa, in quibus gladiatores & belluas populo præſertim vos Imperatores exhibetis, maximi facit? Nos verò non ita multum, ſive ſpectator ſit aliquis ſive auctor cædis, intereſſe judicantes alieno ab his ſpectaculis animo ſumus. Quomodo igitur, qui ne ab aliis quidem fieri, ne quid inde ſceleris & piaculi in nos redundet, videre ſuſtinemus homicidium committemus ipſi?* Ita & Theophilus ad Autolycum L. 3. C. 15. p. 323. edit. Wolf. *Monomachias etiam ſpectare nobis interdictum eſt, ne videlicet participes hujusmodi cædium reddamur. Nec cetera ſpectacula ſpectare audemus, ne oculi noſtri inquinentur & aures noſtræ participes fiant cædium, quæ ibi decantantur.* Ita porrò Minucius Felix l. c. *Nobis homicidium nec videre fas nec audire*, ubi & eos reprehendit, qui doceant,

Digitized by Google

ceant, *comitialem morbum hominis sanguine, id est, morbo graviore sanare*, quæ veterum Medicorum sententia fuit, quorum loca in notâ adfert Elmenhorstius. Ita quoque Lactantius l. c. §. 10. *Qui hominem quamvis ob merita damnatum in conspectu suo jugulari pro voluptate computat, conscientiam suam polluit*, & §. 26. *Si homicidium facere nullo modo licet, nec interesse omninò conceditur, ne conscientiam perfundat ullus cruor.* Quin & fuere ex Monachis antiquioribus, qui reos ad mortem damnatos vi liberârunt, quorum tamen audacia legibus fuit repressa. Docent hoc Codex Theodosianus & Justinianæus, ille l. 16. de pœn. l. 6. de Episc. aud. & l. 29. de appellat. Verba sunt: *Addictos supplicio & pro criminum immanitate damnatos nulli clericorum vel monachorum (eorum etiam, quos Cœnobitas, al. Synoditas vocant) per vim atque usurpationem vindicare liceat ac tenere, quibus in causâ criminali, humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendæ provocationis copiam non negamus, ut ibi diligentiùs examinetur, ubi contra hominis salutem vel errore vel gratiâ Cognitoris oppressa putatur justitia. . . . Reos etiam tempore provocationis emensо ad locum pœnæ sub prosecutione pergentes nullus aut teneat aut defendat, sed sciat se Cognitor xxx. librarum auri mulctâ & primates officii capitali sententiâ esse feriendos, nisi usurpatio ista aut protinùs vindicetur, aut, si tanta clericorum ac monachorum audacia est, ut bellum potiùs quàm judicium futurum esse existimetur, ad clementiam nostram commissa referantur, ut nostro mox severior ultio procedat arbitrio. Ad Episcoporum sanè culpam (ut cetera) redundabit, si quid forte in eâ parte regionis, in quâ ipsi populum Christianæ religionis doctrinæ insinuatione moderantur, ex his, quæ fieri hâc lege prohibemus, à monachis perpetratum esse cognoverint, nec vindicaverint.* Cæterùm de Monachis istis Synoditis conferri potest Binghamus in orig eccl. vol. 3. p. 15.

§. II.

Episcopis verò Clericisque sub pœnâ irregularitatis non licuisse, in causis judicare criminalibus, autoritate legum facile probamus. Vide c. 1. C. 15. qu. 4. c. 30. C. 23. qu. 8. c. 5. 9. x. ne clerici vel mon. c. 4. x. de raptor. incend. c. 3. x. de crim. falsi, c. 10. x. de excess. Prælat. Concil. Tarrac. anni 516. Can. 4. & Conc. Autissiod. anni 578. Can. 33. 34. *Non licet Presbytero nec Diacono ad trepalium, ubi rei torquentur, stare. Non licet Presbytero in judicio illo stare, unde homo ad mortem tradatur.* Utrumque repetitur in Concilio Matisc. II. C. 19. *definientes, ut ad locum examinationis reorum nullus Clericorum accedat, neque intersit atrio sauciolo, ubi pro reatûs sui qualitate quispiam interficiendus est.* Trepalium locum torturæ dicit vel genus. Vide

Digitized by Google

du Freſne gloſſar. mediæ lat. ad hanc vocem. Add. l. 7. C. de epiſc. aud. ubi: *Si qui ex conſenſu apud ſacræ legis antiſtitem litigare voluerint, non vetabuntur, ſed experientur illius in civili duntaxat negotio more arbitri ſponte reſidentis negotium.* Jam & ii ad Clericatum admitti non poterant, qui judicio criminali interfuiſſent unquam. diſt. 51. Diducit hæc prolixè Thomaſſinus in vet. & nov. Eccl. diſc. P. 2. L. 1. C. 76. Haud ſeriâ itaque mente egerint JCti, quicunque à Clericis judicium ſanguinis popoſcerint. Hinc nec noſtra Conſiſtoria judicant, in cauſis criminalibus. Vide Amandi Chriſtiani Dornii, Conſil. kilovienſis diſſ. de jurisdictione criminali exule in cauſis eccleſiaſticis & Eckhardum ad Schilterum p. 182. Ita nec olim Clerico militia erat permiſſa, nec ad Clericatum promovendus, qui fuiſſet miles. Vide Can. Apoſt. 82. Chalced. Conc. c. 7. Concil. Nic. 2. c. 10. C. 23. qu. 8. c. 36. diſt. 50. c. 2. x. de vit. & honeſt. Cleric. c. 24. x. de homic. vol. vel caſ. Adde eundem Thomaſſinum l. c. P. 2. L. 1. C. 66. 68. 70. 75. P. 3. L. 3. C. 44. C. 45. §. 7. 8. C. 46. §. 14. ſqq. Zieglerum de Epiſcopis L. 4. C. 14. itemque Binghamum Orig. eccl. Vol. 2. p 145. ſqq. Mirum itaque quî Innocentius XI, miles olim, potuerit ſalvâ irregularitate in Papam evadere & Ignatius Loyola in fundatorem Ordinis. (*)

Quæ-

(*) Non exſtant inſtrumenta, ex quibus conſtet, Pontificem eos ab irregularitate abſolviſſe, quemadmodum aliâs hoc fit. Exemplum damus. Lepida eſt hiſtoria, quam refert Monachus Dominicanus Labat dans ſes voyages en Eſpagne & en Italie T. III. p. 38. 39. edit. Amſtel. ubi: *Un Jacobin Polonois de vingt à vingt deux ans, qui alloit étudier à Rome, fut recontré ſur le chemin par deux voleurs, qui étoient à cheval, & lui demandérent la bourſe, qu'il fut contraint de leur donner pour éviter de perdre la vie, comme ils l'en menaçoient. Mais comme ils virent, qu'il y avoit peu de choſe dans cette bourſe, ils le forcérent le piſtolet à la main de confeſſer, qu'il avoit encore quelques piéces d'or, qui étoient couſuës dans les ſemelles de ſes bas: Ils auroient pû l'obliger à ſe déchauſſer lui même, mais craignant de perdre trop de tems, ils deſcendirent de cheval, le firent aſſeoir à terre, & l'un d'un côté & l'autre de l'autre ils commencérent à le déchauſſer. Ce jeune Religieux, qui étoit fort & vigoureux, les voyant en cette poſture, leur prît la tête, & les choqua ſi rudement l'un contre l'autre, qu'il les étourdît du premier coup, & ſans leur donner le tems de revenir à eux, il les choqua encore deux ou trois fois avec tant de violence, qu'il les mît hors d'état pour toûjours de continuer leur métier, & voyant, que leurs bardes leur étoient inutiles,*

il

Quæritur heic, num veteres militiam damnaverint prorſus (*)? Fidem rei facere poſſit Conc. Nic. C. 12. *Qui à gratiâ quidem evocati & primum ſuum ardorem oſtenderunt & cingula depoſuerunt, poſtea autem ut canes ad ſuum vomitum reverſi ſunt, ut nonnulli etiam pecuniam profunderent & beneficiis militiam adſequerentur, hi decem annis proſternantur ſupplices, etiam poſt triennii auditionis tempus.* Fidem porrò & illud Tertulliani de idololatriâ C. 19. fol. 87. ed. Ven. *Nunc de iſto quæritur: an fidelis ad militiam converti poſſit & an militia ad fidem admitti etiam caligata, vel inferior quæcunque, cui non ſit neceſſitas immolationum vel capitaliuni judiciorum? Non convenit ſacramento divino & humano, ſigno Chriſti & ſigno diaboli, caſtris lucis & caſtris tenebrarum, non poteſt una anima duobus deberi, DEO & Cæſari*, & rurſus: *Quomodo autem bellabit, imò, quomodo etiam in pace militabit ſine gladio, quem Dominus abſtulit? Nam, etſi adierant milites ad Johannem & formam obſervationis acceperant, ſi etiam centurio crediderat, omnem poſtea militem Dominus in Petro exarmando diſcinxit.* Quæ neſcio, num C. 11. de coronâ militis reſorbeat acutiſſimus Presbyter. Quin & ſic Cyprianus in epiſt. 1. ad Donatum f. 3. edit. Baluz. *Madet orbis mutuo ſanguine, & homicidium cùm admittunt ſinguli, crimen eſt, virtus vocatur, cùm publicè geritur.* Lactantium ſupra laudavimus, qui & L. 5. C. 17. ita: *Cur belligeret, aut ſe alienis furoribus miſceat, in cujus animo pax cum hominibus perpetua verſetur.* Hinc & Origenes ad calcem librorum contra Celſum, opponentem, Chriſtianos

il les dépouilla, en fit un paquet, qu'il lia ſur un de leurs chevaux, & montant ſur l'autre il vint à Rome, ménant en main celui, qui étoit chargé. Il arriva aux couvent de la Minerve, où il conta au General de l'Ordre tout ce qui luy étoit arrivé. Celuici en avertit le Pape, c'étoit Innocent XI. qui voulut voir ce jeune Religieux, & entendre de ſa bouche le recit de ſon avanture. On ne manqua pas de le luy préſenter, & il repeta au Pape ce, que nous venons de dire ci devant, & comme il vint à l'endroit, où il leur avoit fracaſſé la tête en les choquant, il dit d'un air ſimple ces mots latins: arreptis amborum capitibus dulciter dulciterque unum contra aliud impuli, & ſic confractis cervicibus mortui ſunt. *Le Pape tout ſerieux qu'il étoit, ne pût s'empêcher de rire & de repeter deux ou trois fois le* dulciter dulciterque *Polonois, aprés quoi il luy donna l'abſolution de ſa faute, le releva de l'irregularité, où il étoit tombé, & luy donna les chevaux & les hardes des deux voleurs.*

(*) Conferri hîc & poſſunt, qui de militiâ Chriſtianâ ſcripſere, Chriſtianus Luprus, J. H. Heideggerus & cel. Baumgarten in diſſ. A. 1741. ed.

Digitized by Google

militiam fugere, hoc potius in laude reponendum esse putat. Vide edit. Spencer. p. 426. 427. Nolumus citare plures. Unicus audiatur adhùc Leo M. in epist. 2. ad Rusticum, Episcopum Narbonensem, resp. 12. f. 208. edit. Quesnell. *Contrarium est omninò ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionem redire ad militiam secularem, cùm Apostolus dicat:* nemo militans Deo implicet se negotiis secularibus. *Unde non est liber à laqueis diaboli, qui se militiâ mundanâ voluerit implicare.* Taceo, & illos olim pœnitentiæ subjectos vel irregularitati, qui vitam suam nece invasoris, cùm non possent aliter, servârunt, moderamine inculpatæ tutelæ usi. Vide Hildebertum Cenomanensem epist. 60. ad Episc. Carnot. & c. 2. 16. 18. x. de homic. Sed mitiorem sententiam pronunciavit Clemens V. c. si furiosus, de homic. & Concil. Trid. Sess. 14. C. 7. Conf. Thomassinum l. c. P. 2. L. 1. C. 75. §. 4. 9. & Bœhmeri instit. jur. Canon. de homic. §. 1. Lepidam historiam hanc in rem recenset P. Labat dans le voyage d'Espagne & d'Italie T. 3. p. 38. 39.

§. III.

Scilicet in genere Clericis interdicta fuit armorum gestatio & usus l. 53. §. 1. C. de Episc. & Cler. c. 3. dist. 36. c. 1. sqq. 19. sqq. 30. C. 23. qu. 8. c. 2. x. de vitâ & hon. Cler. ita quidem, ut arma adimi illis possint, nunquam restituenda secundùm Canonistas apud Taborem in armamentario Justiniani p. 75. 76. & occidens Clericum injuriam armis inferentem non teneatur absolutionem â Papâ requirere c. 23. x. de sententiâ excomm. Inde & Academiæ, certè antiquiores, cùm Collegiis ecclesiasticis, earumque tùm Professores tùm Studiosi Clericis accenserentur, gladios ignoravere olim, sub pallio latitante sapientiâ. Etenim, cùm ex Collegiis Canonicorum subinde efformarentur, sub Episcopo, vel Præposito & Decano res suas agentibus, id quod quàm maximè de Universitate hâc nostrâ Tubingensi constat, Cellario, quem nos supremum Deputatum vocamus, res œconomicas curante, professiones Canonici inter se dividebant ita, ut, qui *Canonici in floribus* essent, Professores ordinarii, qui *in herbis* saltem exspectarent, extraordinarii deinceps constituerentur, omnes verò cum scholaribus suis nonnisi pallio induti procederent, muniti Ecclesiarum forique ecclesiastici privilegiis. Vide authenticam Friderici II. C. ne filius pro patre, Carpzovii Jurispr. Consist. L. 3. def. 12. & Zieglerum de jur. maj. L. 1. C. 23. §. 11. Hinc gladios ignorant adhùc Universitates Romano-Catholicæ & Anglicanæ, ignorat Stipendium nostrum Theologicum, ignoravit haud ita pridem & Martinianum, laudante institutum

Digitized by Google

ſtitutum hoc plurimùm Theologo Roſtochienſi Fechtio in diſſertatione mox citandâ. Mirum hinc, Frid. Benj. Speidelium in diſſ. de jure Patronatûs ſub præſidio J. A. Oſiandri, Anteceſſoris noſtri A. 1681. defenſa Paſtoribus & Clericis non arma ſaltem ſed & exercitium venationis vindicare in Coroll. 20. & 21. Non ſatis ſanctitatem officii ponderavit Reſpondens, Præſidis ſanè applauſum nunquam nacturus. Poſſemus alioquin hîc in pallii laudes excurrere. Sed manum de tabulâ abſtrahimus. Damus pauca ὡς ἐν παρέργῳ. Pallium geſſere olim Græci in genere, uti togam Romani, geſſere pallium Philoſophi, geſſere Aſcetæ, ſumſit loco togæ Tertullianus, quem cùm ob mutationem habitus reprehenderet Africana gens, ſcripſit Chriſtianus libellum de pallio apologeticum, quem illuſtravere Marcilius, Mercerus, Pamelius, Richerius, de la Cerda, Salmaſius, cui ſub nomine Franc. Franci mira heic lis cum Ant. Kerkoetio h. e. Petavio fuit, Dorſcheus. Errat tamen Salmaſius, cùm originem pallio Apoſtolicam dat. Certè 2. Tim. 4, 13. per φαιλόνην non intelligit pallium Paulus, quod, vile ſine dubio & detritum, ut Troade aſportaret ſecum Timotheus, vix erat pretium operæ. Confer Maſii de Pauli pallio & Overkampffii de pallio veterum Philoſophorum diſſertationes. Adde tamen Deylingii diſſert. de veterum aſcetis §. 16. Videas hinc palliorum academicorum origines, in quorum locum neſcio, quî factum fuerit, ut ſucceſſerit gladius, niſi quòd primùm & Doctores & nobiles in Univerſitatibus Studioſi gladii & jure & privilegio gaviſi fuerint. Vide Taborem l. c. p. 118. ſqq. qui ibidem memorat, Studioſis, maximè, quî non ſint veterani, promiſcuam armorum geſtationem interdictam eſſe, & Itterum de gradibus acad. C. 11. §. 14. ſqq. p. 439. ſqq. Conſtat ſanè, demùm belli triennalis tempore, exuto pallio, gladium à Studioſis promiſcuè fuiſſe ſumtum, ringentibus Principîbus, Academiarum Dominis, ringente magiſtratu academico. Videantur inſignis Theologi, Jo. Georgii Dorſchei Pallium exulans, è ſomnio Satyra A. 1629. edita & Fechtio in præf. ad ejusdem Comm. in IV. Evang. y. 4. a recenſita, & miſcellanea ejusdem hiſtorico-Theologica p. 134. ſqq. ubi interdictum geſtandi gladii, decretum relegationis & placitum reconciliationis habetur, Fechtii diſſ. de Petro gladio accincto p. 34. ſqq. & doctiſſimi Göttingenſis Academiæ Polyhiſtoris Heumanni hiſtoria gladii Academici ante aliquot annos promulgata. Programma, quod tùm temporis contra gladii & ocrearum geſtationem d. 21. Sept. A. 1647. edidit ſenatus academicus Tubingenſis, exhibet Andr. Caroli in memorab. Eccleſ. ſec. 17. L. V. C. 68. p. 1135. ſqq. Jam verò cauſam gladii Academici video agentem illuſtrem Virum J. P.

Digitized by Google

de Ludewig in opusc. de differentiis juris Romani & Germanici in verbo Majestatis & contentione armorum & literarum, ubi ita T. 2. opusc. misc. col. 1070. laudat morem, quo armis cesserit in Academiis pallium. *Rectius*, inquit, *Academiæ Evangelicæ, ubi superstitio hæc clericalis exulat. Nam Professores ab aliquot lustris, pallio deposito, gladio accincti in publicum prodeunt conscenduntque ita cathedram. Idem faciunt cives, studiosi. Neque illi atrâ veste porrò utuntur, veterum canonum memores* & quæ sequuntur. Sed quæso, quid literis vel legibus cum armis? Num sitiunt sanguinem literæ? Vel cui alii bono inservire gladius potest, sine quo si nostri fuissent Studiosi, tanta non fuisset unquam Academici sangninis fusa copia, quæ vindictam divinam deposcit. Nolo verò in hâc dissertatione Homiletam agere. Confer, si placet, de prohibitâ Clericis armorum gestatione & militiâ latiùs differentes Thomassinum loc. cit. P. 3. L. 3 C. 46. §. 14. sqq. Ludewigium in diss. de Clerico exule successionis in feuda & Principatûs S. R. Imp. C. 1. §. 8. sqq. qui & p. 11. prohibitionem armorum Clericis factam ex ipso hoc dicterio, quòd *Ecclesia non sitiat sanguinem*, hoc verò ex 1. Chron. 28, 3. deducit, & Bœhmerum in Jure eccl. Prot. L. 3. tit. 1. §. 62. tit. 20. §. 74. Quod restat, cùm Clericis armorum gestatio ususque interdictus sit, non succedunt illi & apud Protestantes Saxones in Heergewetta sive rebus expeditoriis, sed saltem in Gerada materna, h. e. utensilibus, nec aliâs quoque in feudis secularibus. Vide Ludewigii diss. cit. Böhmerum l. c. tit. 1. §. 65. sqq. von Rohr in dem Ober-Sächs. Kirchen-Recht p. 323. Eckhardum ad Schilt. p. 1102. sqq. & Nævii Jus Clericorum p. 737. sqq. 751. sqq.

§. IV.

Revertimur ad Can. XII. Concilii Nicæni, quo pœnitentia ecclesiastica injungitur ad militiam redeuntibus. Existimat Lutherus in libro von den Conciliis und Kirchen, rejici hîc militiam, tanquam institutum rei Christianæ parum conveniens, manifesto documento, nec Concilia œcumenica esse infallibilia, sed gravissimè subinde errare, cùm, qui militiam damnet, evertat politias. Eandem in sententiam videas scribere Abr. Scultetum in medullâ Patrum p. 419. ubi & verba Leonis supra p. 5. 6. data ex c. 3. dist. 5. de pœnit. allegat, pravè tamen 2. Tim. 2, 4. laudantis, cum & vox *DEO* in textum ab antiquis intrusa nihil hanc in rem probet. Eadem tradit Sal. Gesnerus de Conciliis P. 2. p. 572. sqq. ubi Bellarminum refutat quoque, qui L. 2. de Conciliis C. 8. putet, non damnari hîc ipsam militiam sed ejus cingulum cum jactura religionis Christianæ requisitum. Non opus

Digitized by Google

opus erat, si hic Canonis fuisset sensus, illum condere in re sine Canone liquidâ. Allegat Gesnerus Can. 3. Concilii Telensis, qui habet: *Si quis post remissionem peeccatorum cingulum militiæ secularis habuerit, ad Clerum admitti non debet.* Vide Concilia Harduini T. I. col. 857. 1236. Audiamus Sam. Basnagium: *Militiam idololatriæ signum fuisse eo tempore, quo Canon hic conditus est, credere non possumus, cùm milites benè multi Constantini in exercitibus Christi castra sequerentur. Quin etiam Christiani omnes à Nicænis militiâ prohiberi debuissent, utpote idololatriæ signo. Non igitur hanc tulere legem, quòd bellum ex se malum putarent, sed quia conditioni non aptum erat Virorum, qui abdicato cingulo pietatis Confessores agebant, cui defiorandæ sæpenumero bellum occasiones subministrat. Quæ causa esse videtur, cur pœnitentibus militia vetita sit.* in annal. Polit. eccl. ad A. 325. f. 715. Scilicet, cùm Canon hic conderetur, Licinius jam ad plures migrârat. Sed nec militia potuit pœnitentiâ puniri, nisi impietatis quandam involvere rationem visa fuisset. Mirum, Balsamonem & Zonaram Bellarmino autores fuisse hallucinationis miræ, eademque repetere Beveregium ad hunc Canonem f. 77. sqq. & Grotium de J. B. & P. L. 1. C. 2. §. 9. & Zieglerum nostratem in Grotium p. 106. & Christianum Lupum in scholio ad hunc Canonem Operum T. I. edit. Ven. f. 258. & Jo. Morinum de sacramento pœnitentiæ L. 5. C. 19. §. 8. 9. f. 211. edit. Ven. Albaspinæus ad hunc Canonem, monet, pœnitentiæ mancipari redeuntes ad militiam, qui votum fecerint Monachatûs. Salmasius de fœnore trapezitico ita p. 782. sqq. *De hujus Canonis mente multi multa dixere & nemo eam adhùc assequutus est. De his enim fanctius est, qui depositio cingulo, ut meliori vitæ vacarent, & Christiano homini convenientiori, postea mutatâ sententia, ut in eam cum honore aliquo iterum adscriberentur, vel largitione vel beneficio ducum & præsidum laborârunt. Vel hæc verba,* κὶ βενεφικίοις κατοςθῶσαι τὸ ἀναςρατίνεθαι, *de verâ militiâ esse capiendum Canonem, indicant. Nam* ἀναςρατίνεθαι *non potest accipi nisi de eo, qui secundò vult* ςρατίνεθαι, *& iterum militiæ nomen dare. Deinde illud* βενεφικίοις κατοςθῶσαι *nomen huic rei proprium, de his, qui ad militiam revocati, beneficio tribunorum aut ducum aliquem gradum in militiâ obtinebant. Unde & Beneficiarii dicebantur. Hinc veteranus Beneficiarius in veteri inscriptione. Et Beneficiarius tribuni, & Beneficiarius Ducis, & Beneficiarius laticlavius, qui laticlavii honorem per beneficium impetrasset. Nisi potius legendum sit Beneficiarius laticlavii. Non igitur capienda verba Canonis de his, qui suscepto pœnitentiæ voto cum habitu, ut mos fuit posterioris ævi, seculo renuntiaverant, & postmodum resumpta seculari veste, ad vomitum ut canes redibant. Ita quidem nonnulla Concilia sequioris ævi, & Patres aliquot videntur illum Canonem exposuisse,*

Digitized by Google

fuisse, sed perperam. Nec probo de his accipi, qui persecutionis tempore propter fidem militiæ cingulum abjecerant, & postea fidem ejerantes pecuniis ac donis pristinum militiæ honorem recipiebant, rursumque ad Ecclesiam redierant. Nihil enim hic Canon dicit de fidei abjuratione aut regressu in Ecclesiam. Simpliciter quippe conceptus est, ac statutus in eos, qui gratiâ inspirante divinâ, cingulo militiæ depositio, quo melius & perfectius vitæ institutum magisque Christianum capesserent, postmodum illud resumerent, & denuò se militiæ sacramento obligarent. Non absolutè damnârunt militiam illius temporis Patres, nec milites, qui ex necessitate ei nomen dedissent, improbabant, sed eos non excusârunt, immo & pœna dignos ecclesiastica judicarunt, quibus cùm jam liberum esset non militare, ab ea utpote jam dimissis ac sacramento solutis, iterum ad eam redire placeret, ut solent canes ad vomitum. Neinini tunc licebat militiam detrectare. Tironum præbitio onus tum fuit patrimonii, potius quam personale munus. Veteranis, qui filios annis gerendis habiles non sponte sua militiæ obtulissent, haud impune fuit, lege Valentiniani & Valentis. Idem Imperatores statuerunt, flammis ultricibus comburendum eum, qui ad fugienda sacramenta militiæ truncatione digitorum damnum corporis expetîsset. Multi enim illo tempore quia necessitate ad bellum cogebantur præ ignavia sibi pollices truncabant, ne militarent. Inde pollice truncos hodieque pro ignavis & imbellibus dicimus, sed truucata voce poltrones. *Militiæ autem munus illius ævi Patres non propter sacramentum Christiano homini idololatriæ causa fugiendum, sed propter solam hominum trucidationem censuerint. Sub Imperatore enim Christiano, ut fuit Constantinus, non fuit verendum, ne juramentum militiæ nomen dantibus imponeretur alienum à fide Christi & professione. Non igitur illo Canone Nicænæ Synodi Patres militia secunda interdicunt Christianis, quatenus signum esset idololatriæ, & quam non nisi dispendio fidei Christianæ exercere possent, quod immolare nimirum diis milites cogerentur. Vita Constantini, qui & Synodo interfuit, & ea, quæ in favorem Christianorum in imperio suo sanxit, hæc refutant. Propter solam, inquam, hominum trucidationem fugienda illis visa est secunda militia, quia de prima non poterant interpellare, utpote ex imperii legibus necessaria, & necessario obeunda. At cum ad secundam nemo cogeretur, noluerunt sine censura Ecclesiastica, & quidem gravissima, abire, qui sponte sua & non coacti illam repeterent. Lactantius, qui eo tempore vixit, & in extrema etiam senectute Crispum Cæsarem Constantini filium in disciplinam sibi traditum instituit, Epitome divinæ institutionis cap. VI. ita scribit:* Quid tam horribile, tam tetrum, quàm hominis trucidatio? Ideo bella execrabilia sunt. *Et capite VII.* Vetus præceptum est, *non occidere.* Quod sic accipi debet, non tanquam jubeamur ad homicidium tantum, quod etiam legibus publicis jubetur, manus

manus abstinere, sed nec jussione interposita. *Sed idem clarius, quis fuerit sensus ac sententia Patrum illius ævi circa cædem, etiam in prælio ex officio faciendam, significat lib. de justitia cap. 5. de justitia Christianorum:* Cur enim naviget (*Christianus*) aut quid petat ex alienâ terrâ, cui sufficit sua? Cur autem belligeret ac se alienis furoribus misceat, in cujus animo pax cum omnibus perpetuo versetur? Scilicet peregrinis mercibus, aut humano sanguine delectabitur, qui nec lucrum sciat appetere, cui sufficit victus, & non modo ipse cædem facere, sed interesse facientibus, & spectare ducat nefas? Sed omitto ista, quoniam fieri potest, ut vel invitus ad hæc subeunda cogatur. *Nimirum ad cædem faciendam, dum militare cogitur. Nam illo ævo, non solum sub Imperatoribus gentilibus, sed etiam Christianis, cum delectus tironum ageretur, quibus militaris ætas ac statura esset, & qui ejus erant conditionis, ut militiæ vacationem non haberent, ad militare sacramentum adigebantur, nec illud defugere poterant. Qui semel autem ei sacramento dixissent, ante emensa stipendia, & nisi ex justa ac merita causa impetrata missione, discedere à signis non habuere fas. Qui aliter militiam deseruisset, capite plectebatur. Ergo illi sunt, quos invitos ad militiam, id est, trucidandorum hominum legitimam artem subeundam ex necessitate legum cogi dixit Lactantius, & quos propterea excusandos tam ipse insinuat, quam Patres Concilii Nicæni. Quæ excusatione carebant, qui deposito cingulo & missione impetrata militiam repetebant. Non enim ad hoc cogebantur, sed sua voluntate ad vomitum tanquam canes redibant. Hi sunt igitur, de quibus intellexit ille Canon XII. Concilii Nicæni, & quos pœnitentiam tam longam eo nomine agere jussit. Eam fuisse Patrum in illo Canone sanciendo sententiam, ostendit etiam Theophanes, qui Constantinum inter alia constituisse dicit,* δεύτερον δὲ χριστιανοὺς μόνους μὴ στρατεύεσθαι, ἐθνῶν δὲ καὶ στρατοπέδων ἄρχειν. *Solos Christianos secundo non militare, hoc est, ad militiam non revocari, provinciarum tamen & exercituum præfecturas gerere. Prorsus juxta Canonis mentem sanxit, solos Christianos non debere secundo militare, nec revocandos esse ad militiam, quibus tamen exercituum ducatus, & provinciarum præsidatus committi denuo possent.* Δεύτερον στρατεύεσθαι *Theophani, quod in Canone est* ἀναστρατεύεσθαι. *Videri posset huic constitutioni Constantini contrarium, quod apud Theodoretum legitur lib. 1. Historiæ Ecclesiasticæ, ubi narrat, hunc Imperatorem optionem dedisse Christianis, qui ab exercitu ejecti essent ab Imperatoribus gentilibus, vel pristinum locum retinendi, vel cum honoratâ dimissione otio perfruendi. Sed interpres latinus fallit. Non enim simpliciter scriptum est in Græcis,* τοῖς στρατείας ἀφαιρεθεῖσιν, *sed* τοῖς στρατείας τυχοῦσι, *quibus quæcunque dignitas erepta fuerat. Nam* στρατεία *hîc* ἀξίωμα, *ut supra diximus. Multi etiam veterani ad militiam secundam evocabantur, sed non cogebantur. In-*

Digitized by Google

de evocati. De quibus nos alibi. Patres igitur primitivæ Ecclesiæ, qui non damnabant militiam primam, quia ex necessitate per leges imperii descendebat, secundam, quæ ex voluntate proficiscebatur, prorsus condemnârunt, ne homines aliquis Christianus non coactus trucidaret. Hæc Salmasius, prolixius relata, quàm par erat. Prorsus illa ad palatum Binghami sunt Orig. eccles. Vol. 4. p 231. 232. Adoptavit & Salmasii sententiam Christoph. Justellus in notis in Cod. Can. Ecclesiæ univ. f. 73. ita tamen, ut Bellarmini expositionem Salmasianæ jungeret. Sed nescio, cur Binghamus nullam fecerit Petavii mentionem, inimicissimi in Salmasium Jesuitæ, qui Bellarminum adversus illum mordicus defendit in diss. eccl. L. 2. C. 2. §. 4. sqq. Opp. T. 4. f. 187. sqq.

§. V.

Digna relatu sunt, quæ calamus eruditissimi Megalandri Lutheri ad præoccupandam novam objectionem l. c. effert. Opp. Jen. Germ. T. 7. f. 228. *Sprichst du, das Concilium sey zu verstehen von solchen Christen, die von sich selber dem Kriege nachlauffen um Gelds willen, die soll man billich so hoch verdammen, sonst wäre es ein lauter Gespötte, daß ein Concilium ordentlichen Krieg, oder weltlicher Obrigkeit Gehorsam so hoch verdammen solt. Im Namen Gottes, ich will gern ein unverständiger Narr und Esel seyn, der ich freylich auch die Concilia hoch halte, deute du es, so gut du kanst, ich bins wohl zufrieden. Allein sage mir das, ob du dabey im Concilio zu Nicea gewesst bist, da solcher Artickel gestellet ward, daß du solche Deutung so gewiß sagen kanst? Wo nicht, wo hast du es sonst gelesen? Dann der Artickel sagt dürre, Militia, von Kriegen, sagt nicht von unrechten Kriegen, welche ohn Noth gewesst wären durch Concilia zu verdammen, weil sie auch bey allen Heyden nach der Vernunfft, die nicht Christen noch Concilia sind, hoch verdammt werden? Wann ein König oder Fürst kriegen und sich wehren muß durch rechten Krieg, der muß nehmen, was er haben kan, sollen aber solche zulauffende Krieger verdammt seyn, wo wöllen jetzt Kayser, Konige, Fürsten bestehen, nachdem jetzt keine andere, dann zulauffende Krieger vorhanden sind? Sage mir, sollen die Herrn allein in ihrer Person kriegen oder Strohmänner flechten wider die Feinde? Und frage du das Consilium zu Rath, obs zu thun sey. Ja lieber, es ist leicht geredt, Concilium hat solchs gebotten, wann man die Buchstaben ansiehet, wie eine Kuhe das Thor, und nicht denckt, was dazu gehöret, und wie mans müsse halten und darnach thun. Und warum habens die Päbste und Bischöffe hernach selbst nicht gehalten? Die so viel Krieg und Blutvergiessen in aller Welt haben angericht, und noch ohn Aufhören treiben, und schreyen dieweil immerdar, Concilia, Concilia,*

Digitized by Google

cilia, Vätter, Vätter, doch daß sie frey dawider thun mögen, und heraus klauben, was sie von uns wöllen gethan haben. Ey Luther, mit der Weise solteſt du wohl das Concilium zu Nicea faſt verdächtig machen, als wäre es aufrühriſch geweßt, dann, wo wir jetzt alſo lehreten, daß der Kayſer und Kriegs-Leute (ſo rechte Sachen hätten) verdammt wären, würden wir billich für aufrühriſch gehalten, nach unſern eigen Schrifften. Ich bin jetzt (ſage ich) und muß gut Conciliſch ſeyn, hernach will ich weiter davon ſagen, und mich verklären. Jetzt ſage ich, vvie droben, das Concilium kan nicht anderſt reden, dann von ordentlichem Krieg, der dazumal iſt im Brauch durchs Römiſch Reich gevveßt, eben ſo vvohl unter demſelben Kayſer Conſtantino, als zuvor unter den Heyden. Da vvaren aber die Fußknechte oder Fußvolck, zu der Zeit Milites genennet, geſeſſene Bürger, die ihren jährlichen Sold hatten evviglich, alſo, daß, vvo der Vatter ſtarb oder zu alt vvard, muſte der Sohn fort an des Vatters ſtatt Krieger ſeyn, und vvard dazu gezvvungen, vvie es jetzt der Türck auch noch im Brauch hält. Ich laß mir ſagen, daß der König zu Franckreich faſt deſſgleichen thu im Schvveitzerland, und gebe auch den Kindlin Sold, iſts vvahr, ſo ſey es nicht erlogen. Alſo vvaren auch die Reuter evvige und erbliche Krieger, und hatten ihren Sold, hieſſen Equites. Solche Reuter ſind faſt unſer Edel-Leute, die zu Roß und Harniſch müſſen gerüſtet ſitzen, davon ſie ihre Leben-Güter haben, daß alſo das Römiſche Reich allezeit ſeine gevviſſe Anzahl hatte, beyde des Fußvolcks und reiſigen Zeugs, beſoldet evviglich &c. Das ſag ich darum, das Concilium recht zu verſtehen, nemlich, daß es nicht kan anderſt, dann von ordentlichen Kriegen verſtanden vverden, vveil es muß vom Römiſchen Kriegsvolck reden, darinn, nach der Lehre S. Pauli, viel Chriſten haben müſſen gehorſam ſeyn, als S. Moritz mit ſeinen Geſellen, auch Jovinianus, Gratianus, Valentinianus, Theodoſius &c. ehe ſie Kayſer vvorden. Iſts aber recht gevveſt für der Tauffe, den Heydniſchen Kayſern im Kriege zu dienen, vvarum ſolt es darnach unrecht gevveſt ſeyn, nach der Tauffe vviederum auch Chriſtlichen Kayſern alſo zu dienen? Non vacat, hæc illuſtrare ulterius & catalogum dare Caſuiſtarum noſtrorum, qui de militiâ conductitiâ egere. Nemo de illâ plenius Heideggero ſcripſit in duabus diſſertationibus de militiâ Chriſtianâ diſſert. ſelect. T. 4. diſſ. 4. 5. p. 136. ſqq. Merentur tamen conferri, quæ noviſſimè inter anonymos, Crouſazium & cel. Loyſium Bochatium, JCtum Lauſannenſem hanc in rem diſputata fuere. Vide Journal literaire T. 12. P. 1. p. 232. ſqq. Bibliotheque Germanique T. 11. p. 1. ſqq. T. 12. p. 142. ſqq. Refutation de l'hypothéſe de Mr. Bochat à Genéve 1730. & ouvrages pour & contre les ſervices militaires étrangéres par Loys de Bochat à Lauſanne 1738. 8. Adde adhùc Bibl. Germ. T. 43. p. 144. ſqq.

Digitized by Google

§. VI.

Quicquid autem sit de hoc Nicæno Canone, certum est, veteres communi sententiâ haud existimâsse, militiam Christianâ lege damnari prorsus. In mentem labitur hîc illud Tertulliani, heterodoxi aliâs, in Apologetico C. 37. *Hesterni sumus & vestra omnia implevimus, urbes, insulas, castella, municipia, conciliabula, CASTRA IPSA.* & C. 42. *Navigamus & nos vobiscum & vobiscum militamus & rusticamur.* p. 310. 311. 358. ed. Havercamp. Scilicet, qui militabant, Christiani, erant vel catechumeni vel pœnitentes. Solis fidelibus militia erat prohibita. Restrinxit tamen postea hanc prohibitionem Concilium Chalced. C. 7. ad solos Clericos, eosque abjecto Clericatu militantes, nisi ad statum Clericalem redeant, anathemati subjicit. Jam enim & milites eosque in militiâ perseverantes ad baptismum admittunt Constitutiones Apostolicæ L. VIII. C. 32. Documento hoc ipsum fuerit, esse illas sequioris ævi. Cæterùm condi possit Christianæ militiæ historia inde à primis temporibus usque ad tempora Theodosiorum imò & militum martyrum, sub Imperatoribus Ethnicis passorum, in quos prostant Patrum encomia. Vide saltem Eusebii hist. Eccl. L. 6. C. 41, sqq. L. 8. C. 3. sqq. Sozom. hist. eccl. L. 9. C. 2. & Niceph. hist. eccl. L. 14. C. 10. Non allegaverimus hîc nos, nisi legionem fulminatricem (*) & Thebæam (**), & quæ de victoriâ beneficio militum Christianorum à Theodosio M. partâ per miraculum fama antiqua fert. Sed legionis fulminatricis, & Thebææ quoque historiam in dubium vocavere Viri eruditi, illius quidem Daniel Larroquanus & Waltherus Moylius, Anglus hic, ille Gallus, hujus verò falsam planè pronunciavere relationem Dubourdieu & Basnagii, ille quidem dans la dissertation historique & critique sur le Martyre de la Legion Thebéenne avec l'histoire du Martyre de certe Legion attribuée à Saint Eucher, à Amsterdam 1705. 12. hi verò & Samuel quidem l. c. ad A. C. 301. n. 6. Jacobus verò dans l'histoire de l'Eglise L. 20. §. 6. sqq. f. 1223. 1224. Adde Pertschium in dem Versuch der Kirchen-Historie des 3. Sec. p. 492. sqq. Miratur Mosheimius, Ruinartum, qui in actis Martyrum selectis f. 271. sqq. martyrium felicis hujus legionis exhibet defenditque, Dubourdiæo nihil reposuisse, in instit. hist. eccl. N. T. p. 214. Sed est præter Ruinartum, qui insignia hanc in rem argumenta profert, Tillemontius, qui dans les memoires pour servir à l'histoire ecclesiastique de six premiers siécles prolixè hoc argumentum tractat T. 4. P. 2. p. 833. sqq. 963. sqq. cui & accedit Fabricius in Biblioth. lat. mediæ

(*) Scripsit de hâc 3. dissertationes cel. Baumgarten contra Woolstonum.
(**) De hâc scripsit & Jo. Jac. Huldricus in vitâ Felicis & Regulæ.

Digitized by Google

mediæ & infimæ Latinitatis L. 5. p. 359. qui antea in luce Evangelii propagatâ p. 141. 142. aliter ſenſerat, eſt & Bollandus in Actis SS. Antverp. ad 22. Febr. f. 238. ſqq. qui ex Menæis Græcis aliiſque Scriptoribus ineditis veritatem hiſtoriæ defendit, ita, ut calculum quoque ſuum adjiciat illuſtris Ludewigius, qui exiſtimat, cùm gladius S. Mauritii inter inſignia Germaniæ imperialia exſtet, cùm & Agaunum, urbs eapropter *Mauritia S. Mauricie* vocata fuerit, non de nihilo eſſe martyrium legionis Thebææ, quod heic loci contigerit. Vide de inſignibus imperialibus Germaniæ opuſc. miſcell. T. 2. col. 121. ſqq. Add. Mem. de Trevoux 1706. p. 1028. ſqq. De alterâ verò legione egregiè ſanè ſcripſit Witſius, cujus diatribe de legione fulminatrice Chriſtianorum ſub Marco Aurelio Antonino Ægyptiacis ſuffixa eſt. Autores, qui veritatem miraculi defendunt, allegavere Ittigius in hiſt. eccleſ. ſec. 2. p. 294. & Fabricius in luce Evangelii propagatâ p. 138. 139. atque ex his Pertſchius in dem Verſuch der Kirchen-Hiſtorie des 2. Sec. p. 406. ſqq. Larroquanum, cui ferè acceſſit cel. Maſcovius in den Geſchichten der Teutſchen L. 1. §. 17. p. 149. 150. refutavere Wottonus & Frickius, Moylium Kingius, Whiſtonus, Woolſtonus. Vide Acta erud. Lipſ. 1702. p. 4. ſqq. & Bibliotheque Angloiſe T. 14. p. 524. ſqq. 554. Scilicet Woolſtonus Londini A. 1726. 8. edidit, quod mireris, a defence of the miracle of the thundering Legion againſt a diſſertation of Walther Moyle. Eodem ferè titulo Whiſtonus ſcripſit. Sed conferas hîc velim ven. Moshemii Syntagma diſſertationum ad ſanctiores diſciplinas pertinentium, cui Gualtheri Moylii & Petri Kingii diſſertationes de legione fulminatrice ex Anglico latine verſæ, additis obſervationibus, acceſſere. Addi poteſt Deylingius in obſ. ſacr. T. 2. obſ. 48. de efficaciâ precum §. 7. ſqq. p. 449. ſqq. Theodoſii victoriam denique precibus reportatam, quâ Eugenii & Arbogaſtis rebellionem fregit, celebrat Auguſtinus de civitate Dei L. 5. C. 26. qui & Claudiani hanc in rem laudat carmen pervulgatum, quod tamen in Honorium, Theodoſii filium ſcripſit potiùs Poëta, à Chriſti nomine alienus. Ita enim ille in panegyrico de tertio Honorii conſulatu:

Victoria velox
Auſpiciis effecta tuis. Pugnâſtis uterque,
Tu fatis, Genitorque manu. Te propter & Alpes
Invadi faciles. Cauto nec profuit hoſti
Munitis hæſiſſe locis. Spes irrita valli
Concidit & ſcopulis patuerunt clauſtra revulſis.

Digitized by Google

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit adverſas acies revolutaque tela
Vertit in autores & turbine reppulit haſtas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas hyemes, cui militat æther
Et conjurati veniunt ad claſſica venti.

Verba: *cui fundit ab antris Æolus armatas hyemes* datâ operâ omittit Auguſtinus, ut miraculum, quod precibus, quod pietate Theodoſii impetratum fuerit, à Claudiano quoque gentili agnitum fuiſſe efficiat, cùm potiùs ille mirum hìc ac ſordidum agat Honorii aſſentatorem, quem & Æolus hìc juverit. Sed nec Claudiano ad veritatem hiſtoriæ probandam opus eſt, quam teſtes omni exceptione majores firmant. Vide Tillemontii Hiſtoire des Empereurs T. 5. P. 2. art. 78. 79. p. 751. ſqq. Sed hæc quidem nemo ignorârit facile. Nec eſt, qui neget, militâſſe olim Chriſtianos. Unum eſt, de quo diſputatur, num, ſalvâ religione, quam profitebantur, militaverint, num Eccleſiæ, num Epiſcopis hæc militia fuerit adprobata. Ita quippe prorſus videtur, ſi Deus miraculoſis militiam coronaverit victoriis. Neminem latent miraculoſæ V. T. victoriæ. Sed & dantur ejusmodi in Novo tùm Gentilium, tùm Chriſtianorum. Vide Thummium de bello p. 118. ſqq. Accedit labaro Conſtantini M. inſcriptum Chriſti monogramma, teſtimonio publico, quòd Chriſtianis bella non fuerint tùm viſa illicita, ut taceam crucem eidem viſam in aëre, ſignum, quo vinceret, firmantibus hiſtoriam ſcriptoribus coævis. Coacervat hanc in rem recentiorum ſententias cel. Pertſchius l. c. ſec. 4. P. 1. p. 45. ſqq. Eſt hæc recentior quædam ſed hiſtorica controverſia inter duos Gallos, & duos inter Anglos agitata, Barbeyracium & Ceillierium, Moylium & Kingium. Videri ante hos poſſunt Witſius in diatribe citatâ §. 42. ſqq. Lupus in diſſ. de antiquâ diſciplinâ Chriſtianæ militiæ, ubi, cùm olim ad Can. XII. Nicænum ſupina dediſſet, dixiſſetque, caligatam ſaltem militiam fuiſſe licitam, heic æra dat atque in noſtram ferè ſententiam deſcendit. Opp. T. XI. P. 1. f. 94. ſqq. Sed Daniel Zwickerus in Irenico Irenicorum p. 84. 130. ſqq. atque Belloſobrius dans l'hiſtoire de Manichée & du Manichéiſme T. 2. p. 797. putant, Eccleſiam veterem bella ſimpliciter damnâſſe, licet hic ajat, non adeò certum eſſe, quòd Manichæi ſimpliciter militiam damnaverint. Datâ operâ argumentum hoc excuſſit Remigius Ceillierius, Monachus Benedictinus dans l'Apologie de la Morale des Péres de l'Egliſe contre les accuſations de Mr. Barbeyrac

Digitized by Google

beyrac p 77. ſqq. 169. ſqq. 207. ſqq. exiſtimans, Patribus militiam non ſimpliciter reprobatam fuiſſe. Quid regeſſerit Barbeyracius, hauriendum eſt ex ipſius Traité de la morale des Péres de l'Egliſe p. 74. ſqq. 104. 141. 142. Sed vel maximè heic in cenſum veniunt, quæ à Moylio & Kingio fuere diſputata. Vide cl. Moshemium l. c. p. 654. 701. qui p. 689. ita: *Veteres Doctores videntur ſibi omninò repugnare in hoc argumento, nunc enim omne bellum rejiciunt, nunc rurſus permittunt.* Exiſtimârim, nullibi à Doctoribus veteris eccleſiæ ſtatum controverſiæ adcuratè fuiſſe poſitum, nec adcuratum ſyſtema hîc formatum. *Hæc repugnantia in eam me adducit ſententiam, ut putem, nos nondum ritè ſatis indagâſſe hanc partem doctrinæ moralis veterum Chriſtianorum, quæ de bello agit.* Sed nihil hoc novi, diſſentire inter ſe Patres invicem, & à ſe ipſis quoque. Neque efficit hoc, ut credatur mens ipſorum non rectè fuiſſe inveſtigata. Non dubitamus credidiſſe ipſos, fidelibus haud licitam militiam eſſe, licet toleranda ſit in catechumenis iisque, qui ad perfectius Chriſtianiſmi genus nondum perveniſſent. Cùm mutarentur tempora, nec Eccleſia in claſſes fidelium, catechumenorum & pœnitentium diſpeſceretur amplius, & hæc circa militiam diſciplina rigidior evanuit, ſolis hiſce veſtigiis relictis, quòd Clerici evadere non poterant, qui fideles h. e. baptizati militâſſent. Vide Siricii ep. 5. §. 2. n. 3. & Innocent. I. ep. 1. §. 4. ep. 3. §. 9. edit. Conſtant. col. 654. 748. 749. 770.

§. VII.

Si ad trutinam verbi ſanctioris quæſtiones de bello & ſuppliciis capitalibus à Magiſtratibus Chriſtianis vel gerendis vel inferendis examinaverimus, facile patebit ὀρθὴ δόξα. Audiamus Grotium de J. B. & P. L. 1. C. 3. §. 3. n. 4. 5. *Certè Apoſtolorum aliqui ad ultimum uſque tempus, Chriſto videnti & ſciente, videntur iter feciſſe armati gladio, quòd & alios Galilæos è patriâ urbem verſus properantes ob infeſtas latronibus vias factitaſſe ex Joſepho diſcimus, qui & de Eſſenis innocentiſſimis hominibus idem prodidit. Hinc enim factum eſt, ut, cùm diceret Chriſtus, tale tempus imminere, ut gladii comparandi cauſâ vel veſtis vendenda eſſet* Luc. 22, 36. *ſtatim Apoſtoli reſponderint, in ſuo comitatu duos eſſe gladios* (*). *Erant autem in eo comitatu nulli præter Apo-*

(*) Ingenioſa hîc eſt mens cel. Heumanni, qui ad h. l. conjicit, ipſos Apoſtolos gladios penes ſe non habuiſſe ſed dicere ſaltem, hoſpitem, apud quem cœnam Paſchalem ſumebant, appenſos in pariete habere duos gladios, queis, ſi ita velit Chriſtus, uti poſſint. Vide tamen, quæ ad h. l. ſcripſimus in verba Chriſti; *regnum meum non eſt de hoc mundo* p. 12, 19, 20. 21.

Digitized by Google

Apoſtolos. Tùm verò illud ipſum, quod dixit Chriſtus, quanquàm præceptum re vera non continet, ſed proverbium eſt, ſignificans, graviſſima pericula imminere, ut clarè oſtendit oppoſitio primi temporis, quod tutum ac proſperum fuerat commate 35. eſt tamen tale, ut ſumtum appareat ex eo, quod fieri ſolebat, quodque Apoſtoli licitum cenſebant. Rectè autem à Cicerone dictum eſt: Gladios habere non liceret, ſi uti illis nullo pacto liceret„ Addit idem n. 7. *Quod verò Petro dictum eſt, continet quidem prohibitionem utendi gladio, ſed non in defenſionis cauſa. Neque enim ſe opus habebat defendere. Jam enim dixerat Chriſtus de diſcipulis*: Sinite hos abire Joh. 18, 8. 9. *Neque Chriſtum, nam defendi nolebat. Ideò apud Johannem hanc cauſam interdictioni ſubjicit*: Annon bibam poculum, quod dedit mihi Pater? *comm.* 11. *& apud Matthæum ait*: Quomodo ergò implerentur Scripturæ, quæ dicunt, ita oportere fieri? *Ulciſcendi ergò animo Petrus ut erat fervidus, non defendendi ferebatur. Adde, quòd arma ſumebat in eos, qui nomine publicarum poteſtatum adventabant. Quod autem adjicit Dominus*: Omnes, qui gladium acceperint, gladio peribunt, *aut proverbium eſt, ex vulgi uſu deſumtum, quo ſignificatur, ſanguinem ſanguine elici ideòque armorum uſum periculo nunquàm vacare, aut, quæ Origenis, Theophylacti, Titi & Euthymii ſententia eſt, indicat, non eſſe, quod nos Deo præripiamus ultionem, quam ipſe ſuo tempore ſatis ſit exacturus, planè, quo ſenſu in Apocalypſi dicitur* XIII. 10. Qui gladio occîdit, eum gladio occîdi oportet. *Simulque in his Chriſti verbis vaticinium videtur ineſſe de pœnis, quas à ſanguinariis Judæis erat exacturus gladius Romanorum.* Sed & juſtitiam bellorum & ſuppliciorum capitalium Grotius L. 1. C. 2. §. 7. argumentis probatum it. I. ait, magiſtratui creditum eſſe gladium Rom. 13, 4. II. illum eſſe ordinatum à Deo Rom. 13, 2. III. Johannem Baptiſtam, rogatum à militibus, quid haberent faciendum, ut iram Dei effugerent, non eos militiâ abire juſſiſſe, quod facere debuiſſet, ſi ea fuiſſet Dei voluntas, ſed abſtinere concuſſionibus & fallaciis, ſtipendiisque eſſe contentos Luc. 3, 14. IV. addit, ſi tollatur jus capitalium ſuppliciorum & armis cives tuendi adverſus latrones & prædones, maximam inde ſecuturam licentiam & quaſi diluvium malorum, cui ſuccumberet Reſpublica. V. cauſatur, leges Moſis non abrogatas fuiſſe, niſi quas Judaica ſpeciatim venerata fuerit Reſpublica. VI. provocat ad Cornelium Centurionem à Petro baptizatum, qui nec militiam deſeruiſſe, nec, ut deſereret, juſſus fuiſſe legatur. VII. addit, & Sergium Paulum, Cypri Proprætorem Chriſto nomen dediſſe Act. 13, 12. nec tamen in ejus converſi hiſtoria indicium reperiri ejurati magiſtratûs aut admonitionis factæ, ut ejuraretur. Quod autem non narretur,

cùm

Digitized by Google

cùm narrari maximè attineat, id nec factum censendum esse. VIII. Paulum citat, qui adversus Judæorum insidias Tribuni auxilium & imploraverit & admiserit Act. 23, 12. sqq. non facturus, nisi lex Christiana permitteret, vim vi repellere. IX. Existimat, ex justitia imponendorum tributorum sequi justitiam gladii. X. Supponit, Paulum agnoscere, justè ad supplicium duci merentem Act. 25, 11. Respondet deinceps §. 8. ad argumenta contraria. Ad Es. 2, 4. reponit, vaticinium hôc esse conditionatum vel impletum nondum, gentibus nondum, ut par erat, conversis. Nostri juxta brocardicum Judaicum כל ענין המשיח אלהי ולא גשמי *omne opus Messiæ spirituale ist, non corporale*, id de pace spirituali explicant. Quid, si de eo, quod debebat fieri, non de eo, quod futurum esset, explicemus verba? Ad Matth. 5. ita ille: *Non magistratus hîc alloquitur Christus, sed eos, qui impetuntur, nec de quâvis agit injuriâ, sed de tali, qualis est alapa, vultque ad exercendam patientiam nostram, de rebus, quæ facile sunt recuperabiles, ut tunica, aut cum tunicâ, si opus sit, pallium, non contendi judicio, sed, quamvis optimo jure nitamur, omitti juris persecutionem. At non hinc recte colligas, etiam parenti, etiam tutori nefas fore id, sine quo liberi, sine quo pupilli sustentari nequeant, si cogatur, apud judicem defendere. Aliud enim est tunica & pallium, aliud totum illud, unde vivitur. Sic in eo, quod deinceps sequitur*, qui angariabit te ad milliare unum, abi cum eo duo, *non dixit Dominus de centum milliarîbus, sed de uno, &, si ita usu veniat, de duobus, quæ deambulatio quasi pro nihilo ducitur. Sensus ergo est, in his, quæ nobis non multum sunt incommodatura, non urgendum nobis esse jus nostrum, sed cedendum plus etiam, quàm alter postulet* &c. &c. Jam & addit, præceptum de diligendis inimicis non officere pœnis capitalibus & bello, cùm, licet in V. T. jam datum esset, nihilominùs Deus & bella jusserit & fontes à magistratu plecti, cujus & exemplo jubeamur diligere inimicos, ab impiis tamen pœnas sumentis. Ita & Rom. 12, 7. elidit Grotius, ajendo, privatis hoc dictum, non magistratibus, Dei ministris & ultoribus pravi. Ad 2. Cor. 10, 4. regerit idem & judicioſissimè quidem, per arma carnalia intelligi arma invalida & imbecillia, adeóque non arma Magistratus, quæ ad interimendos fontes validissima sint, nec, si intelligerentur, quicquam hinc contra supplicia capitalia à magistratibus sumenda elici posse, cùm non de his, sed de doctoribus Evangelii Paulus agat. Cætera tacemus, excepto, quod Grotius addit, Tertullianum & Origenem non satis constare sibi, de justitiâ vel injustitiâ bellorum & suppliciorum verba facientes, Christianos veteres consilia divina sæpè pro præceptis sumsisse, & esse effata veterum plurima, quæ bella, quæ pœnas capitales

approbent. Conſtit. Apoſt. L. 7. C. 3. L. 8. C. 32. Scilicet allegat & Grotius loca Tertulliani ſupra adducta, & milites martyres, & Conſtantini M. leges pœnales, & militiam Chriſtianam & Chriſti nomen labaro inſcriptum & ſacramentum militiæ Chriſtianum. Explanat dein Can. 12. Nicænum, ut ſupra vidimus, ſed minus feliciter, licet tandem, ubi Can. Apoſt. 82. & Leonis M. epiſt. ad Ruſticum exponit, in noſtram ferè ſententiam abeat, quod & tùm facit, quando Canonem III. Concilii Arelat. I. laudat, ubi: *De his, qui arma projiciunt in pace, placuit, abſtinere eos à communione.* Videri hæc poſſint Canoni XII. Nicæno contraria, certè adprobare prorſus militiam, uti putat in notâ ad hunc Canonem Albaſpinæus. Sed teſtantur ſaltem de laxatâ illo ævo, ſed & reſumtâ ſubinde ſeveriore diſciplinâ, niſi quidem cum Sirmondo & Harduino dixeris, agi de iis, qui arma privata extra bellum projiciant, h. e. tela vibrent in inſontes, vel cum Ivone, Surio & Binio, agi de deſertoribus in prælio vel bello. Non vacat nunc, in ſenſum Canonis inquirere. Paucis addimus quosdam autores, qui contra Anabaptiſtas ſeu potius Mennonitas & Socinianos cauſam bellorum & judiciorum capitalium egere. Conferatur Gerhardus ὁ πάνυ de magiſtratu politico §. 293. ſqq. 369. ſqq. & præclariſſimus Theologiæ theticæ & polemicæ Collector Quenſtedius hoc titulo, quæſt. 4. & Scherzerus quoque in Collegio anti-Sociniano diſput. 132. p. 1116. ſqq. edit. ſec. Confer &, ſi placet, Hoornbeckium in Socinianiſmo confutato T. 3. L. 4. p. 444. ſqq. Cloppenburgium in gangrænâ Theol. Anabapt. P. 3. diſp. 12. & Comp. Socin. conf. C. 11. Opp. T. 2. p. 223. ſqq. 444. ſqq. & Bellarminum de laicis C. 13. 14. Addenda ſunt, quæ ad Grotium de J. B. & P. monuit illuſtris quondam Academiæ hujus Cancellarius, Jo. Adamus Osiander, cui in Grotium ſcribenti neſcio cur omnem planè laudem denegaverit Barbeyracius, cùm Oſiandrinæ eruditionis præcipuum hoc ſit monumentum. Addenda & ſunt, quæ ad argumenta, *ſi nemo eſt vitæ ſuæ Dominus, nemo illam periculis ſummis, quod in bello fit, exponere poteſt*, porrò, *ſi nemo alteri vitam auferre poteſt, quam non dedit, magiſtratus ſupplicia capitalia exercere non poteſt*, regeri poſſunt ex diſciplinis moral. omn. Canzianis §. 1458. ſqq. Imò addenda quoque heic eſſet theologica de bellis religioſis ſive offenſivis & punitivis ſive defenſivis, ſubinde & à Vaſallis, à ſubditis geſtis eorumque moralitate evolutio. Sed nolumus præoccupare, quæ in libro mox edendo, certè ad prelum parato & infra quoque allegando dicemus.

§. VIII.

Digitized by Google

§. VIII.

Poſſemus hîc, ſi vellemus, recenſere doctiſſimorum horum Virorum in evolutâ hâc controverſia merita. Sed docuerit iſta inſpectio. Pauciſſima ſaltem delibabimus & ex eorum obſervationibus ſupplebimus, quæ nondum plena diximus. Eſt unicuique ſeculo ſuus mos, & habent ſua diſciplinæ quævis fata. In noſtro hiſtoria dogmatum, tenebris ferè ſepulta hactenùs ad palatum eruditorum redire cœpit Nemo verò de eâ præclariùs unquam meruit Jo. GERHARDO, Theologo Jenenſi, qui tùm in in locis Theologicis, aureo & vaſto opere, tùm alibi hiſtoriam uniuſcujusque dogmatis pandit, quod & in hoc fecit argumento, Bellarminum multis heic ſuperans paraſangis, ſuccedentibus, non tamen æquis paſſibus, Scherzero in Collegio anti. Soc. p. 1150. ſqq. edit. ſec. & Bebelio T. 2. antiqu. Eccl. ſec. 4. p. 488. 494. Sed ad rem. Supplicia & bella DEus in V. T. injunxit. Sine utriſque cadit Reſpublica, in quam immiſericors eſt, qui miſericors eſt in facinoroſos & agreſſores civitatis pravos. De Gen. 9, 6. Matth. 26, 52. Apoc. 13, 10. infra videbimus. Accedant Gen. 38, 24. 40, 22. Ficulnea ſunt adverſariorum ex Num. 31, 50. Deut. 32, 35. 1. Reg. 5, 3. 6, 7. 1. Chron. 28, 3. Zach. 9, 10. Matt. 5, 22. 38. ſqq. 13, 29. 22, 7. 26, 52. Joh. 8, 11. 14, 27. Rom. 12, 5. 18. 1. Cor. 7, 15. Eph. 6, 12. Apoc. 1, 16. petita argumenta, ficulnea &, quæ contra Luc. 3, 14. Rom. 13, 4. regerunt. Quæ ad Luc. 14, 31. reponunt, ſpecioſiora ſunt. Ante omnia notat hic Anabaptiſtarum hypocriſin Cloppenburgius p. 225. qui, licet abſoluto ſenſu capiant dictum Chriſti: *ne reſiſtatis malo*, domos tamen & fundos ſuos canis non phylacis ſaltem ſed & mordacis muniant excubiis, qui ſc. ſi momorderit aut læſerit aggreſſores pravos, canis quidem ſed non ipſius dominus reſiſtat malo, contra analogiam legis de bove cornupeta, qui ſi noxam feciſſet, vindicata fuerit vel morte Domini negligentia Ex. 21, 28. 29. Sed tranſeat hoc. Credideram, Grotium adverſariorum de alapâ Matth. 5. argumentum ingeniosè retudiſſe. Sed aurem vellicat Oſiander, qui p. 416. alapam injuriam eſſe ſatis atrocem putat, id quod verum eſt ex æſtimio morali noſtræ ætatis. Forſan & de V. T. & ætate Chriſti id dixerimus. Vide 1. Reg. 22, 24. Job. 16, 10. Pſ. 3, 8. Jeſ. 50, 6. Lam. 3, 30. Mich. 5, 14. Matth. 26, 67. Joh. 18, 22. Act. 23, 2. 1. Cor. 4, 11. 2. Cor. 11, 20. & בבא קמא h. e. inſtitutiones juris civilis Judaici, ordine 4. de damnis L. 1. C. 8. §. 6. ubi, quanto veneant pretio colaphus, quanto & alapa, ille ſc. ſiclo, hæc 200. imò 400. drachmis,

si manu inversâ infligatur, determinatum videas. Addit R. Akiba, Israëlitarum pauperrimos hîc considerandos, ut nobiles, cùm omnes æquè sint Abrahami, Isaaci & Jacobi posteri. Qui latiùs hæc explicata evolvere voluerit, ad hunc Misnæ textum Constantinum Imperatorem adeat. Vide Surenhusii Misnam P. 4. f. 74. sqq. Nec tamen accesserim hîc R. Akibæ, sed ipsi textui Misnico, qui dicit, taxandam alapam pro ratione personæ, cui infligatur. Si enim infligatur Regi, Principi &c. à subdito, pœna sane criminali, imò capitali vindicanda fuerit. Vide Sam. Stryckii diss. jurid. de alapâ, quæ in vol. 3. diss. n. 6. exstat. Si Sacerdoti, excommunicatione, quam non tollere queat, nisi ipse Pontifex, c. 29. C. 17. qu. 4. c. 17. 19. & 26. x. de sent. excomm. Novi & exemplum hominis ante aliquot lustra in vicinià Reutlingæ ex ictu palmæ cervici impacto illicò exstincti, ubi reum pœnâ primum ordinariâ mactare voluerant justitiæ Sacerdotes, ad extraordinariam tamen postea dilapsi. Cervix ictu forti, id quod non intenderát reus, fracta erat. Ast dantur & aliæ alaparum species, queis nulla fit injuria, nulla scripta est pœna. Ita datur alapa sacra, quâ ad militiam Christi Ecclesiæ Romanæ Episcopi baptizatos confirmant, alapa opificum & Typographorum inauguratoria, alapa medicinalis, alapa militaris, quâ equites, quâ milites olim fuere inaugurati, & alapa civilis, testibus olim, ut memoriam facti testimonii retinerent, & servis in manumissionis signum impressa. Vide du Fresne glossarium ad scriptores mediæ & infimæ Latinitatis voce *alapa* & *militia*. Ita & disciplinaris alapa sine injuriâ infligitur. Imò datur & alapa mimica histrionum, qui alapis inter se mutuis certavere olim in spectaculis, risûs copiam populo facturi. De hoc alaparum genere vide sis Tertullianum C. 23. de spectaculis & Cyprianum de eodem argumento. Sunt, qui Arnobium L. 7. contra gentes p. 239. edit. Lugdun. addant. Sed putem, malè ibidem *salapittarum* legi, quæ vox nihili nec alapas quoque significare apta est, cùm potiùs *salpictarum* legendum sit, uti ad h. l. egregiè Stewechius p. 153. & Dominicus Macer in hierolexico pag. 516. ed. Ven. monuere. Addatur le Moyne ad varia sacra p. 555. sqq. Denique datur & alapa lusoria, illi Græcorum ludo usitata, qui κολαβισμὸς dicitur, Germanicè *das Blindermausen*, & quo juxta Pollucem Onomastici L. 9. C. 7. occultatâ facie percussus interrogabatur, quis ipsum percussisset? Matth. 26, 67. 68. Quicquid verò de his omnibus alaparum speciebus sit, nil impedit, quò minùs cum Grotio dicamus, alapæ hîc meminisse tanquàm levis injuriæ Christum ex æstimio rei physico, si quidem, quod prorsus existimo, ῥάπισμα hîc significet ictum, qui manu, non baculo imprimitur.

Digitized by Google

tur. Certè gravior est ictus baculi, grávior & est colaphus, qui pugno, alapâ, quæ palmâ infligitur Matth. 26, 67. Adjungi observationi Grotianæ possit observatio Augustini, qui scitè monet, verba Christi non tàm de exhibitione operis, quàm de præparatione cordis intelligenda esse, ita, ut potiùs novam injuriam ferre, quàm veterem peccaminosè vindicare debeamus. Latiùs hæc illustrat Episcopius, cujus nomen nescio, cur datâ operâ dissimulet beatus Anteceſſor. Is quippe in responsione ad quæst. 29. ab auditoribus oblatam: *quomodo verba Christi* Matth. 5, 39. percutienti te in dextram tuam maxillam, obverte ei & alteram, *conveniant cum illo, quod legitur* Joh. 18, 22. 23. *ubi Christus à servo Pontificis percussus respondit:* si malè locutus sum, testare de malo, sin benè, cur me cædis? respondet, egregiè utrumque convenire. Nam 1. jubere quidem Christum, ut percutienti dextram maxillam obvertatur & altera, sed non jubere, ut illud fiat sine ullâ aut contradictione aut reprehensione aut objurgatione ejus, qui iujuriâ percusserit. 2. Ex verbo Christi objurgatorio non sequi, quòd alteram maxillam haud obverterit. Sed nimis ingeniosa hæc sunt. Audiamus reliqua, quæ solidiora videntur magis: *Christus eo ipso, quod secus fecit, tanquàm legis suæ optimus Interpres significavit, se verba legis* κατ' ἐπιείκειαν *intelligi velle & non* ἀποτόμως *urgeri. Et sanè, etiamsi factum hoc Christi non exstaret, ratio ipsâ recta cogeret, nos verba legis* JEsu *Christi benignè & non* κατὰ τὸ ῥῆμα *interpretari. Nam* 1. *quid si percutiens maxillam dextram secundò percutere nolit? quid si volens secundò percutere sinistram nolit ferire, sed eandem iterum dextram?* 2 *quid si percussio unius maxillæ adeò gravis sit, ut percussus præ dolore novæ ferendæ impar sit?* 3. *obversio illa ultronea irritatio videretur, aut invitatio ad novam injuriam & plagam.* 4. *tùm non licèret declinare vel subterfugere novam injuriam contra omnem rationem & contra ipsum Christi præceptum, quo persequentes nos fugere jubemur de civitate in civitatem* Matth. 10, 23. 5. *Ne liceret quidem blando alloquio demulcere ferientem & à novâ injuria divertere, multò minùs reprehendere ferìò & delicti sui commonefacere, quin & verbis ad severitatem compositis objurgare. Quæ sanè totidem absurda esse, nemo non videt. Quare dictum sive præceptum* JEsu *Christi cum sale accipiendum est, bune in modum: Tantum abest, ut permittam vobis obsistere, i. e. par pari rependere injurioso, ut non modò injurias leviores, inprimis eas, quæ cum contemtu aliquo conjunctæ sunt, vos patienter ferre jubeam, sed &, quò ostendatis, animum vos habere ab omni vindictâ & paris injuriæ retaliatione alienum, ut, postquàm omnia ad inculpatam vestri tutelam tùm blandis verbis, tùm serìis objurgationibus, tùm fugâ, tùm querelâ adhibuistis, & tamen frustra fuistis, potiùs ad ferendam novam injuriam vos componatis & maxillam*

xillam quasi alteram τῷ ἀδικοῦντι præbeatis feriendam, quàm acceptam pari injuriâ ac contumeliâ propulsetis &c &c. Sed quid, si cum Photio in Amphilochiis C. 157. statuamus, Christum non objurgâsse percutientem, quòd percussisset, sed quòd percutiendo doctrinam à se prædicatam falsam declarâsset? Vide Wolfii curas in N. T. Tomo ult. p. 748. sqq. Jam &, quod argumentum pro bello ex Luc. 3, 14. petitum attinet, reponunt Sociniani, Johannem V. T. Doctorem nonoum docuisse plenam illam veritatem, quam Christus tradiderit, non enim fuisse illum ipsam lucem, sed testatum saltem esse de luce, minimum in N. T. esse majorem Johanne, dixisse ista hunc militibus, ne quidem Judæis, qui à Romanis stipendia non sumserint, sed Romanis, indice Theophylacto, non ut ea servantes benè sed ut minùs malè viverent, denique dixisse ista non militibus in bello pugnantibus sed qui magistratuum saltem essent ad jussa exequenda in pace ministri. Harum objectionum dilucidationem reservamus conflictui. Vide saltem testimonia Patrum in thes. theol. b. Parentis de bello pag. 3. Unicum est, quod ad Joh. 8, 11. notamus, exemplum Christi, adulteram lapidare nolentis juri magistratuum nil præjudicare, uti nec Apostolorum Luc. 22, 25. 26. A privatis quippe ad magistratus nulla valet consequentia. Paucis addo, Cyprianum loco supra citato de bellis non loqui, uti contextus docet. Quantum autem pretium bella pro patriâ gesta secum ferant, ex 1. Joh. 3, 16. judicare est. Nec tamen inde, & Clericis militiam permissam esse elicueris. Sed redeundum vel tandem ad institutum est.

§. IX.

Diximus, Ecclesiam & summis criminibus olim destinâsse pœnas saltem ecclesiasticas, nec poposcisse capitales à magistratu. Patet id non saltem ex 1. Cor. 6, 9. sqq. sed ex iis, quæ prolixissimâ operâ deduxit Binghamus orig. eccles. L. 16. C. 4. sqq. Vol. 7. Nolumus, autores heic nominabiles cumulare.

§. X.

Sed nec homicidium olim pœna capitali puniendum Ecclesiæ veteris doctores statuerunt. Intercessere enim & pro homicidis. Vide Bœhmeri Jus eccles. Prot. T. 5. p. 56. & c. 1. sqq. C. 23. qu. 5. Sanè & in Clericidio dictatur saltem pœnitentia c. 2. x. de pœn. Et in homicidio in genere dictæ pœnæ pecuniariæ. Adi eundem Bœhmerum l. c. p. 70. sqq. Nec Clerici homicidæ capitaliter puniendi erant, utpote à judicio civili libe-

Digitized by Google

liberati, juxta eundem l. c. p. 72. ſqq. Unde vel tandem Vir hic illuſtris ſcitè prorſus arguit, pœnam capitalem in homicidio non eſſe juris æterni, nec indiſpenſabilitatem illius vindicandam eſſe Clero Pontificio, quod poſterius tamen ajat Thomaſius de jure Principis Evangelici aggratiandi homicidas C. 3. §. 3. Vide l. c. p. 51. 74. Sed nec noſtri Theologi fuere primi, qui exiſtimârunt, in caſu homicidii ratione pœnæ capitalis diſpenſari non poſſe. Confer leges veteres, Binghamo recenſitas Orig. eccl. Vol. 7. p. 392. ſqq. & Gen. 4, 10. 9, 6. Lev. 24, 21. Num. 21, 14. 35, 30. ſqq. Deut. 19, 13. 1. Reg. 2, 5. 28. ſqq. Matth 26, 52. Apoc. 6, 10. 13, 10. ex quibus locis patere exiſtimant, quòd lex hæc ſit poſitiva univerſalis in V. T. lata, in N. confirmata. Sed in lege quidem divina poſitivâ ſolus Deus diſpenſaverit, quod in Caino, cùm in paucis prorſus hominibus tùm temporis genus conſiſteret humanum, Gen 4, 15. quod in Davide, Uriæ necem cauſante, factum eſſe exiſtimamus. Nec tamen diffitendum, moveri circa oracula, quæ citavimus, Biblica dubia poſſe, flocci haud pendenda. Dixeris ad Gen. 9, 6. non haberi ibidem præceptum, ſed comminationem, ſed vaticinium, & ſi præceptum ſit, particulare id eſſe Noacho datum, prout ſit illud de non comedendo ſanguine, de pœnâ immedicatè à Deo infligendâ ſermonem eſſe, eâdem, quâ DEus in beſtias animadvertat, rationem &, cur ſanguis homicidæ ſit effundendus, hanc allegari, quòd DEus hominem fecerit ad imaginem ſuam, qui enim in imaginem Imperatoris peccat, in ipſum Imperatorem peccat, quam tamen cùm perdiderit, non hoc eſſe tantum ſcelus morte vindicandum, ſi occidatur. Accedere & hoc, quòd tùm temporis nullus adhuc extiterit magiſtratus civilis & homo princeps, per quem ſupplicium mortis potuerit irrogari homicidæ, innui itaque, fore, ut homines in ſtatu naturali unuſquiſque alterius cædem cæde vindicaturus ſit. Heic verò quæſtionem de jure magiſtratuum eſſe. Porrò non dici: *per hominem effundetur ſanguis ejus*, ſed, *qui ſanguinem hominis per hominem effuderit, effundetur ſanguis ejus.* Denique leges pœnales non eſſe juris naturalis ſed poſitivi ejusque particularis. Neque etiam determinari hîc qualitatem homicidii, quod tamen prorſus neceſſarium ſit, cùm homicidium omne morte puniri haud poſſit. Quin potius locum hunc contra ſupplicium capitale ab homicidis ſumendum, imò & contra bella pugnare. Vetitam eſſe omnibus hominibus humani ſanguinis effuſionem, adeóque & magiſtratui, ad quem æquè pertineat Decalogi illud: *non occides*, ac ad quemque privatum. Non repetam, quæ heic à Rechenbergio contra Hannekenium & ab Henrici contra Thomaſium diſputata fuere. Vid. Phil. Lud. Han-

Digitized by Google

Hannekenii & Ad. Rechenbergii diſſ. de jure Principis aggratiandi circa homicidium, Lipſiæ A. 1712. 4. junctim promulgatas, & Jo. Dan. Henrici homicidium doloſum ſupra aggratiandi jus poſitum Jen. 1708. Adde Röhrenſeei diſp. de juris aggratiandi limitibus. Non inculcabo, legum præcepta ab Hebræis per futurum exprimi. Scilicet indifferens eſt futurum ad præceptum & eventum ſignificandum. Non dicam, ejusmodi vaticinium non ſemper impleri. Sufficiat probabilis præſumtio utplurimùm eventu vera. Id ſaltem moneo, Gen. 9, 6. poſt verba *per hominem*, non poſſe poni comma, cùm voci האדם ſubjaceat accentus diſtinctivus major Sakephkaton, voci verò באדם diſtinctivus minor Tiphcha. Vide Gerhardum de mag. pol. §. 40. & Dachſelii Biblia Hebraica accentuata p. 142. 143. Juvat heic, adjicere verba ill. Viri in med. de jure reformandi p. 20. 21. *Fateor, me loco* Gen. 9, 6. *multum tribuere. Dic enim, tunc politiam nondum obtinuiſſe, per conſequens hanc non eſſe legem politicam Magiſtratibus latam, & feres hoc reſponſum: ſufficere, Deum voluiſſe hoc mali ſecuturum eſſe homicidam, ut viciſſim ſanguis ipſius effunderetur, voluit enim tunc id mali irrogari ab aliis hominibus, vel à proximo quoque, hodie, poſtquam civitates ſunt conſtitutæ, non niſi publicâ magiſtratûs auctoritate irrogandum, eadem enim jura imperans jam exercet hiſce in caſibus, quæ ſinguli in ſtatu naturæ, & in ſtatu familiarum ſegregum patresfamilias exercere poterant. Dic, ſaltem indicari dicto in loco futurum eventum, quo ſingulari DEI providentiâ futurum ſit, ut homicidæ ejusmodi rarò morte naturali moriantur. Quicquid enim mali ita homicidæ contingit, id Deo, ſupremo rerum Domino ita diſponente, contingit, contingit etiam ob antecedens delictum homicidii, aec dubitaverim, contingere etiam eo fine, ut homines inde à committendis homicidiis deterreantuur, quæ ſi conjungantur, efficient requiſita eſſentialia omnium pœnarum, ut vix negari poſſit, Deum voluiſſe, hanc eſſe pœnam homicidarum, ut viciſſim occîdantur in ſtatu naturæ à proximo quoque, in ſtatu civili verò non niſi ab Imperante inferendam. Neque ergo opus hic erit lege poſitivâ univerſali, cum naturalis hæc ſit lex, pravâ conſuetudine olim obliterata, atque ita olim à Deo repetita, uti rectiſſime Grotium exiſtimare arbitror. Aut enim voluit DEus, homicidas doloſos occidi ab hominibus, aut non? Si prius, ergo hæc eſt ipſius voluntas, hæc lex, ut occîdantur, ſi non, ergò aut voluit impune probos ab improbis vexari, occîdi, nullum extare remedium, quo ſuæ ſecuritati conſulere queant homines, aut aliud dedit remedium, quo finem ſuum conſequi, ſeque tutos ab ejusmodi hominibus præſtare poſſint. Vix autem melius finique Reipublicæ conſequendo aptius deprehendes, quàm hoc, ut mors morte compenſetur, ut jus talionis exerceatur, ut is è medio tollatur, qui voluntatem*

Digitized by Google

luntatem atque poteſtatem aliis nocendi, imò mortem inferendi habet. Uno verbo noſtram expediemus ſententiam. Pœna capitalis homicidii indiſpenſabilis eſt ex jure naturæ, ſi ſalus reipublicæ ita poſcat, quod judicare hic & nunc eſt ſapientis Principis, & juris ſui gnari. Eadem ferè mens eſt cel. Canzii noſtratis in diſc. mor. omn. §. 1460. Video, non ſatis determinari hic vulgo quæſtionis ſtatum. Non datur ſaltem homicidium caſuale, culpoſum, doloſum, ſed & hujus infiniti dantur gradus, queis vel dolus imminuitur vel exaſperatur. Datur enim vel dolus indirectus vel directus. Ille e. g. in homicidio in ebrietate, in iræ præcipitantiâ &c. perpetrato conſpicitur, & infinitos gradus habet. Hic præmeditationem & proæreſin vel majorem vel minorem requirit. Pari hæc paſſu non ambulant. Pœna verò capitis nec magis nec minus recipit. Porrò dantur homines, quorum vita reipublicæ valdè utilis, forſan & neceſſaria eſt, quorum exſtant in illam præſtantia magis vel magis merita, & quæ ejusmodi ſunt. Hos tollere, ſi id cum damno publico conjunctum ſit, neſcio num vel quî conſpiret cum regulâ nullius ferè exceptionis, quòd ſalus publica ſuprema lex ſit. Illuſtrari hæc poſſint ex diſſertatione Schrœteri patrocinium homicidarum exhibente Jenæ A. 1667. edita & A. 1715. recuſa, itemque ex Seldeno de J. N. & G. juxta diſcipl. Ebr. L. 4. C. 1. p. 481. Quod pollutionem terræ per ſanguinem fuſum, pœnâ capitali haud vindicatum factam concernit, vel ceremonialis illa vel metaphorica ſaltem eſt. Vide diſſ. noſtram de non appropinquando ad carnem carnis p. 8. Quicquid hujus ſit, certum eſt, Deum à magiſtratibus, pœnas à populis ſumturum, qui flagitia punienda, uti par eſt, haud puniverint. Quæ ad Matth. 26, 52. ait Grotius, ingenioſa magis, quàm ſolida ſunt. Indefinitè loquitur Chriſtus & loquitur de eo, cujus fidem faciat experientia. Solet autem magiſtratus pœnam capitis ab homicidis ſumere. De Apoc. 13, 10. aliter pronunciandum videri poſſit. De bello beſtiæ & Draconis in ſanctos quæſtio eſt. Patientia hic & fides ſanctorum, opus eſt ut triumphet, cùm Deus ipſe juxta h. l. ex jure talionis pœnas ab illis ſumturus ſit. Vide gloſſam noſtram ad h. l.

§. XI.

Antequam ad alia tranſeamus, dicendum aliquid eſt ad Luc. 22, 36. ex quo loco Grotius ſupra contendit, inceſſiſſe Apoſtolos armatos, & quidem ex mandato Chriſti, non quidem ad alios offendendos, ſed propriæ defenſionis cauſa. Non exiſtimârim, ſententiam Chriſti acu Grotium tetigiſſe. Certum eſt, Salvatorem non juſſiſſe Apoſtolos, arma ut

Digitized by Google

ſumerent. Si enim juſſiſſet hoc, juſſiſſet, ut in rerum præſentiâ defenſionis ſuæ cauſa gladios ſtringerent, quod noluit. Itaque ergò ſignificare voluit ſaltem „ illud inſtare perſecutionum tempus, quo aliâs etiam venditâ veſte emantur gladii. Hinc, cùm perperam verba Salvatoris cepiſſet Petrus, Malchoque auriculam gladio, non ſanè cultro, quo recens comeſtum agnum paſchalem mactâſſe fingitur, amputâſſet, reprehenſus fuit à Chriſto fuiſſe juſſusque, ut in vaginam gladium reconderet, qui quippe non illi, privato homini, ſed Magiſtratui ad necandos gladio, qui illo malè uterentur, competat. Hæc explicatio ſanè omnium, quæ dari poſſunt, facillima eſt. Videri poſſunt, quæ in hunc locum ſcripſere ex Patribus Ambroſius, Cyrillus Al. Auguſtinus, Chryſoſtomus, Gregorius M. Theophylactus, ex recentioribus Eraſmus, Gerhardus, Voſſius, Dorſcheus, Müllerus, Maldonatus, Salmero, & ex noviſſimis Fechtius in diſp. de Petro gladio accincto, beatus Parens in diſſ. de defenſione ſui privatâ p. 8. 9. Alethæus im 52. Verſuch, Ruſius in Harmoniâ T. 3. p. 789. ſqq. & Oederus in centuriâ conjecturarum p. 17. ſqq. cujus licet alioquin ingenium & eruditionem exegeticam plurimùm ſuſpiciamus, explicationi, quâ ſtatuit, hoc dixiſſe Salvatorem, quòd prædicatione Evangelii hoſtes quaſi & gladios ſibi emturi ſint diſcipuli, ſie würden ſich gleichſam Feinde und Schwerder wider ſich kauffen, calculum adjicere minùs valemus. Aſt pergamus in inſtituto.

§. XII.

Diximus &, tùm Eccleſiam ſanguinem haud ſitire, quàm aſylum præbet facinoroſis, homicidis maximè. Cùm Deus in Vet. Teſt. conſtituiſſet עִרֵי מִקְלָט, civitates refugii homicidis caſualibus, ne גֹּאֵל vindex ſanguinis illos cæderet, ſenſim ſenſimque contigit inter Chriſtianos, ut ad imitationem gentilium templa & loca ſacra conſtituerint aſyla, quæ impedirent magiſtratûs politici in crimina vindictam. In latum, longum & profundum hìc diſſerendo poſſemus excurrere, niſi limites diſſertationis modicæ manum retraherent. Paucis itaque nos expedimus. Jam temporibus Conſtantini M. hoc aſylorum jus templis datum perhibent autores, licet primæ hanc in rem leges in Cod. Theodoſ. L. 1. tit. 45. & Juſtinianæo L. 1. tit. 12. inveniantur. Non tamen primùm niſi innocentibus vel oppreſſis vel quorum dubia admodum cauſa erat, patebant aſyla hæc, excludebantur debitores publici, Judæi, hæretici, apoſtatæ, homicidæ, adulteri, virginum raptores, &c. & qui in ipsâ eccleſiâ crimina patrâſſent ſua. Sed horrendum in abuſum poſtea aſyla traxere Pontifices, omni-

Digitized by Google

omnibus facinoroſis, ſi fures nocturnos, ſi latrones viæ regiæ exceperis, faventes. Vide de immunitate Eccleſiarum Decretales, itemque c. 5. 6. diſt. 87. c. 8. ſqq. C. 17. qu. 4. c. 3. C. 36. qu. 10. licet ſubinde certæ facinoroſorum ſpecies excipiantur, quod tamen in praxi Romanâ non univerſaliter obtinet. Fundatur iſtud jus aſyli in fictitia Eccleſiarum interna ſanctitate, quæ tamen in extrinſeca ſaltem denominatione conſiſtit. Vide Engelbrechti diſſ. de injuſtâ aſylorum immun. Eccl. ad crimina doloſa extenſione, Bœhmerum in J. E. P. L. 3. tit. 49. & autores à Fabricio in Bibliogr. antiqu. C. 9. p. 307. citatos. Jam verò, ſi facinoroſi, ſi homicidæ aſyli fruantur jure, nec extrahi ex locis queant ſacris, niſi promiſsâ vitæ veniâ, num hoc eſt, ſanguinem non ſitire, cùm potius ſit facere, ut ſanguis impunè effundatur & ſufflaminetur contra Reipublicæ ſalutem juſtitiæ curſus?

§. XIII.

Succedit, ut Eccleſia ſanguinem haud ſitire videatur, quòd pro degradatis vel hæreticis, brachio ſeculari ad pœnam traditis intercedit, ne ſupplicio afficiantur capitali. Vide conſtit. Pontificis Innocentii III. c. 27. x. de V. S. Hinc & Clericis, ſi in foro criminali laicos accuſent, proteſtandum eſt, ſe ad pœnam ſanguinis non intendere c. 2. de homicidio in 6. Nec in cauſâ capitali de ipſo crimine ſed ſaltem de indiciis teſtimonium ferre illis fas eſt c. 19. §. 1. ad ult. x. de homicid. vol. vel caſ. Obſervamus, interceſſionem, cujus formulam exhibet Mareſius ad Cucchi inſtitutiones juris Canonici p. 236. factam quoque eſſe, cùm Jo. Huſſus à Concilio Conſtantienſi condemnatus brachio ſeculari traderetur. Ita enim Ulricus Reichenthal in hiſtoriâ hujus Concilii: *Da nun das vollbracht was, da gaben ſie ein Urtheil über ihn alſo, daß er ein Käzer wäre und ein unſtraffbar unvveiſiger Mann ſeiner Boßheit abzuſteben. Und empfahlen ihn den vveltlichen Rechten, und batben unſern Herrn den König und das vveltliche Recht*, DASS MAN IHN NICHT TÖDTEN SOLLT *und ihn ſonſt behielt und ihm einen evvigen Kerker gebe.* Vide von der Hardt T. 4. Conc. Conſt. f. 449. Mirum huic vel illi videri poſſit, Imp. Sigiſmundum, qui ſalvum conductum, de quo vide, quæ in jure Eccleſiaſtico Proteſtantium Germanico p. 124. ſqq. ſcripſimus, quæ & poſt Kœnigium ſept. Caſ. Conſc. p. 105. Glafejumque ſcripſit Höberlinus, Huſſo dederat, cùm Concilium pro ipſo interceſſiſſet, interceſſioni non dediſſe locum. Sed dare non poterat. Excommunicationi ſubjacent, qui locum dant interceſſioni fictæ, magiſtratus. Vide Limborchium Hiſtor. inquiſ. L. 4. C.

Digitized by Google

42. f. 382. qui tamen & C. 40. f. 365. 366. obſervat, Paulum IV. & Pium V. conceſſiſſe Inquiſitoribus ipſis & tribunalibus eccleſiaſticis, ſententiam dicere ſanguinis. Addatur Thomaſius ad Lancellottum p. 271. 272. 1930. ſqq.

§. XIV.

Jam & ſeculares Judices cauſas, ubi agitur de ſanguinis effuſione & de pœnâ corporali tractatur, in Eccleſiis vel illarum cœmeteriis agere ſub anathematis interminatione prohibentur. Ita quippe Lucius III, c. 5. x. de immun. Eccl. *Cùm Eccleſia Dei ſecundum Evangelicam veritatem domus Orationis eſſe debeat, non ſpelunca latronum aut ſanguinis forum, ſeculares judices cauſas, ubi de ſanguinis effuſione & corporali pœnâ agitur, in Eccleſiis vel cœmeteriis agitare ſub interminatione anathematis prohibemus. Abſurdum enim eſt & crudele, ibi judicium ſanguinis exerceri, ubi eſt tutela refugii conſtituta.* Sed hæc quidem ratio falſa eſt. Contra decorum hoc pugnat & ex eodem manat principio, quòd *Eccleſia ſanguinem non ſitiat.*

§. XV.

Id verò prorsùs ridiculum eſt, ex eodem elicere, quòd Clericis non liceat, Medicinæ & Chirurgiæ operam dare vel vacare. Scilicet Alexander III. & Honorius III. conſtituerunt, ne religioſæ perſonæ ad audiendam phyſicam, quâ voce maximè Anatomica indigitatur, exeant è clauſtris. Et primus quidem contravenientibus hanc dictavit pœnam, ut *reverſi in choro, menſa, capitulo & cæteris ultimi fratrum exiſtant & totius ſpem promotionis amittant.* Alter verò illos voluit ipſo facto excommunicatos, legemque ad omnes extendit Clericos c. 3. 10. x. ne Clerici vel Monachi. Eodem tit. c. 9. exſtat: *Nec ullam Chirurgiæ artem Subdiaconus, Diaconus, vel Sacerdos exerceat, quæ aduſtionem vel ineiſionem inducit.* Veniam tamen nihilominus dandam Clerico, qui mulierem à gutturis tumore liberaturus, factâ inciſione, mortem intulerit, ſi cauſâ pietatis id fecerit, & aliâs Chirurgiæ peritus ſit, monuit Innocentius III. c. 19. x. de homic. vol. vel caſ. Confer hîc Thomaſſinum in vet. & novâ Eccleſiæ diſc. T. 2. f. 227. ſqq. Quæſiverit fortean quis, num ad rerum noſtrarum iſta quadrent præſentiam? Sed noli, temerè hæc & gratis applicari.

§. XVI.

Profanari & templa fuſione ſanguinis conſtat ex eodem axiomate. Unde

Digitized by Google

Unde & conſecranda iterum vel reconcilianda ſunt. c. 19. 20. de conſecr. diſt. 1. c. 4. 7. x. de conſecr. Ritus hujus reconciliationis deſcribitur in Pontificali Romano P. 2. tit. de Eccleſ. & cœmeter. reconciliatione f. 474. ſqq. Vide Bœhmerum in J. E. P. L. 3. tit. 40. §. 49.

§. XVII.

Denique, quòd ſanguinis fuſionem horret Eccleſia, horret & arma, queis illa fit. Noluit certè Theodoſius M. ut quis cum armis Eccleſias ingrederetur ſuoque ipſe præivit exemplo, gladio & diademate foris relictis, cùm Eccleſias ingrederetur. Vide Codices Theodoſianum & Juſtinianæum, tit. de his, qui ad Eccleſias confugiunt. Evanuit hodie ſeverior hæc diſciplina, niſi quòd ad ſacramenta acceſſuris non licet eſſe gladio præcinctis. Decorum eccleſiaſticum hoc poſcit. Vide Concil. Saleguniſt. c. 8. & Capitul. Caroli M. L. 7. c. 202. Calvœrii Rituale eccleſiaſticum P. 1. p. 690. ſqq. de communicantibus palliatis & gladiatis, Chriſt. Tob. Wideburgii diſſ. de gladio in ſacramentorum reverentiam deponendo, & Ludewigii diſſ. de Clerico ſucceſſ. feudorum exule p. 9.

§. XVIII.

Jam verò, ſi Eccleſia ſanguinem non ſitit, quî fit quæſo, ut tanto opere in hæreticos ſæviat, atque tribunal inquiſitionis tanto cum fervore ipſorum ſitiat ſanguinem? Diximus de prolixiſſimo argumento ſententiam in libro, qui ſub manibus ſudat & Lucinam exſpectat, *den Academiſchen Reden über das Kirchen-Recht.* Unicum argumentum pro hæreticis ſine miſericordiâ occîdendis tangimus. Lupi, canes rabidi, fures, latrones illi ſunt ſtylo Chriſti & Apoſtolico. Cur itaque in illos non graſſetur gladius & ignis, cur non deſtinentur ipſis furca & quævis tormentorum genera? Solvit poſt alios argumentum, quod plebem occupare poſſet, ven. Moshemius, de pœnis hæreticorum adverſus Javorskium diſputans. Nervus reſponſionis hùc redit, falſam eſſe conſequentiam, quæ ab eo, quod juſtum ſit contra beſtias verè tales, fiat contra beſtias metaphoricas, vel eos, qui ratione cujusdam tertii cum beſtiis comparentur. Sic Herodem dici vulpem Luc. 13, 32. Apoſtolos ſerpentes, columbas, oves Matth. 10, 16. Joh. 10. Benjaminem & Judæos lupos Gen. 49, 27. Matth. 10, 16. Reges in genere in ſacris literis ſub ſchemate beſtiarum apud Jeremiam 4, 7. 49, 19. Danielem 7. 8. 2. Tim. 4, 17. Apoc. 5, 6. 6, 1. ſqq. &c. &c. venire. Ad oculum hinc apparere, quòd abſurdum ſit, occîdere quemquam ex eo capite, quòd cum beſtiâ compa-

Digitized by Google

retur. Multos vivere belluarum more, qui tamen eapropter ſupplicium capitale non mereantur. Diducere hæc ſummâ cum eloquentiâ Virum celeberrimum videas in ſyntagmate diſſertat. p. 468. ſqq. Si quid eſt ſolidè refutare & ſilentium diſputanti imponere, hoc ſanè eſt. De inquiſitione, qui ſcripſere, autores conglomeravit Fabricius in luce Evangelii propagatâ p. 569. ſqq. Non poſſum, quin heic repetam, quæ hanc in rem in Diario literario Hagienſi ex tabulâ Paparum Romanorum Gallicâ extracta legi: *Sous le regne de Philippe III. deux Cordeliers Eſpagnols condamnés au feu pour avoir prêché publiquement la Religion Proteſtante louoient Dieu en allant au ſupplice de ce qu'il les avoit jugés dignes de ſéeller de leur ſang la verité de l'Evangile. Le Roy, qui les ouït, ne pût s'empêcher de dire:* Voilà des hommes bien malheureux d'être punis pour une choſe, dont ils ſont perſuadés. *Cela fut raporté au S. Office, qui s'en trouva fort ſcandaliſé, & qui par grand menagement voulut bien ſe contenter d'une paléte de ſang qu'on tireroit au Roi & qui ſeroit brûlée par la main du Bourreau.* Quod ipſum latiùs relatum exſtat dans les memoires de Comte de Rouſſi. Vide Journal literaire T. 5. P. 2. p. 288. 289. Jam quid eſt, ſitire ſanguinem, ſi hoc non eſt? De expeditionibus cruciatis adverſus infideles, Albigenſes, Waldenſes &c. videantur autores à Fabricio l. c. p. 518. ſqq. citati. Si ſanguinem horret Eccleſia, cur fundit, cur jubet fundi? Cur expeditiones bellicas, cur bella punitiva in infideles & hæreticos imperat, cur Ordines ſacros militares inſtituit, de quibus idem Fabricius l. c. p. 540. ſqq. & in Bibliogr. antiqu. p. 476. autores dat? Aſt & Epiſcopos ſi militantes, ſi judicia exercentes criminalia conſpexerimus, non arbitrabimur amplius, Eccleſiam tantoperè à ſanguine abhorrere. Certè poteſtatem judiciorum criminalium agendorum ipſis dat Pontifex, ſi per alios id exerceant, quod & Principes faciunt ſeculares. c. 3. ne clerici vel monachi in 6. Res mira. Si ſanguinem ſitire, ſi fundere nefas eſt Clerico ut cauſæ phyſicæ, nefas etiam fuerit ut morali per ſubſtitutum agenti. Forte nimis eſt, quo heic utitur Cragius, ſimile, referente Ludewigio in diſſ. de Clerico ſucceſſionis in feuda ſecularia exule p. 7. ſed demonſtrativum tamen, ubi ait ille, *perinde hoc eſſe, ac ſi quis furem excuſet, quòd non ipſe, ſed ejus ſubſtitutus ex ejus mandato, conſilio & ope furtum fecerit. Et ſanè in jure, qui per ſe facere non poteſt*, ita porrò idem, *per alium poſſe non videtur, &, quod principali, prohibitum eſt & ejus ſubſtituto.* Aſt ſolvat abſtractio nodum. Epiſcopi non quà tales, ſed quà Principes, at verò ſecularis negotii hic titulus eſt, judicia criminalia agunt, ea quippe ſecularia poſſidentes feuda, queis merum imperium adjacet, quicquid etiam reclamet jus Allemannicum

Digitized by Google

mannicum feudale C. 1. §. 4. & jus Saxonicum feud. C. 2. verbis: *Pfaffen die ſullent alle Leben-Rechts darben.* Vide Thomaſſinum l. c. f. 228. & Bœhmerum in J. E. P. L. 3. tit. 1. §. 62. ſqq. & T. 5. p. 63. ſqq. Scilicet, cùm & militant illi, non ut Epiſcopi, ſed ut Principes militant. Scripſit Caſp. Zieglerus, JCtus Wittebergenſis σιδηρόξυλον eccleſiaſticum ſive Epiſcopum militem in veteri Eccleſiâ inviſum, Wittebergæ A. 1718. typis redditum, qui tantiſper conferri hîc poſſit. Poterat hiſtoriam Epiſcoporum militum ampliorem & indicem quoque dare Epiſcoporum, qui in prœliis occubuere. Conſtat hoc de Geroldo, Epiſcopo Moguntino, in quem ita Saxones, quos adortus eſt:

Biſchoff Gerold focht mit dem Schwerd,
Durchs Schwerd kam er auch ab der Erd,
Drum ihm viel nüzer gweſen wär,
Er wär gen Chor gangen, dann ins Heer.

Vide Gerhardum in confeſſ. cath. f. 857. ſqq. Thummium de bello p. 25. Conſtat &, Julium II. Pontificem Romanum in bellum contra Maximilianum I. & ipſius confœderatos, maximè Ludovicum XII. Galliæ Regem abiiſſe, clavi Petrina in Tiberim jactâ his verbis: *Quia clavis S. Petri amplius nil juvat, valeat gladius S. Pauli.* Vide Heideggeri hiſtoriam Papatûs §. 149. Conſtat denique, Ulricum Zwinglium in prœlio Cappellenſi armatum cecidiſſe. Vide Hoſpiniani hiſtor. ſacram. P. 2. f. 124. b. ſqq. Maſſon. anat. univ. triumph. P. 4. C. 38. f. 317. Lœſcheri auſsführ. hiſt. motuum zwiſchen den Evangeliſch-Lutheriſchen und Reformirten C. 2. §. 19. p. 91. ſqq. denique Hottingeri Hiſtorie der Reformation in der Eydgenoſsſchafft T. 1. p. 580. ſqq. Scilicet adjungi Zieglero heic poſſit du Freſne in gloſſario ad ſcriptores mediæ & infimæ Latinitatis, titulo *de hoſte & exercitu Epiſcoporum*, Ludewigius in diſſ. de Clerico exule ſucceſſionis in feuda & Principatus S. R. I. C. 2. J. H. Bœhmerus in J. E. P. L. 3. tit. 1. §. 62. & C. A. Bœhmerus diſſ. de jure Clericorum militari. Jam &, ſi abhorret à ſanguine Eccleſia, cur milites inaugurârunt olim Epiſcopi, cur & benedicunt hodie vexillis & armis? Vide du Freſne l. c. voce *militia.* Novimus, quid ad hæc omnia dicat Chriſtus, quid Paulus. Luc. 22, 26. 2. Cor. 10, 4. 1. Tim. 3, 3. Novimus titulos juris Canonici de Clericis pugnantibus, de Clerico venatore & percuſſore, de exceſſibus Prælatorum. Vide beati Parentis diſſert. de bello p. 6. ſqq. Plura heic ſunt, quæ, ſi praxin ſpectes, inter obſoleta ferè referenda putaverimus. Mutantur tempora, & leges vel conſuetudines ſunt ambulatoriæ.

Nil

Digitized by Google

Nil verò attentione heic dignius eſt, quàm conſtitutio Bonifacii VIII. de majoritate & obedientia L. 1. tit. 8. c. 1. extravag. comm. Damus verba, ut pateat & principiorum & rationum præſtantia. *In Petri ejuſque ſucceſſoris poteſtate duos eſſe gladios, ſpiritalem videlicet & temporalem, Evangelicis dictis inſtruimur. Nam dicentibus Apoſtolis*: ecce duo gladii hîc, *in Eccleſiâ ſcilicet, cùm Apoſtoli loquerentur, non reſpondit Dominus, nimis eſſe, ſed ſatis. Certè, qui in poteſtate Petri temporalem gladium eſſe negat, malè verbum attendit Domini proferentis*: converte gladium tuum in vaginam. *Uterque ergò eſt in poteſtate Eccleſiæ, ſpiritalis ſcilicet gladius & materialis. Sed is quidem pro Eccleſiâ, ille verò ab Eccleſiâ exercendus. Ille Sacerdotis, is manu Regum & militum, ſed ad nutum & patientiam Sacerdotis. Oportet autem gladium eſſe ſub gladio, & temporalem autoritatem ſpiritali ſubjici poteſtati. Nam, cùm dicat Apoſtolus*: Non eſt poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt, *non autem ordinata eſſent, niſi gladius eſſet ſub gladio & tanquam inferior reduceretur per alium in ſuprema.* Specimem hoc eſto infallibilitatis Pontificiæ in interpretandis ſacris literis, quas hîc citat Bonifacius VIII. ut Judæi in Talmude, Innocentium III. heic ſecutus c. 6. x. h. t. niſi quòd illa de duobus gladiis adjecerit, qui ipſi tantoperè arriſere, ut in Jubilæo à ſe A. 1300. inſtituto unà die in Pontificalibus, alterâ in Imperialibus apparuerit, gladioſque duos nudatos ante ſe deferre juſſerit, altâ intonans voce: *Ecce duo gladii hîc.* Vide Kranzium Saxoniæ L. VIII. C. 36. Ita & Baldus, probaturus, Papam feudorum ſecularium capacem eſſe T. 2. Conſ. 275. n. 8. *Dum quis eſt Papa, eſt miles cœli, habet utrumque gladium, ipſius eſt terra & plenitudo ejus, ergò non deſinit eſſe miles ſeculi.* Mirum, quî & verba Rom. 13, 1. ſqq. ex quibus & Clericos jure divino Magiſtratui ſubjectos eſſe demonſtramus, torqueantur. Invertitur quippe argumentum diciturque, duplicem eſſe magiſtratum & duplicem etiam gladium. Illi quemque ſubjectum eſſe debere, qui in ipſum poteſtatem habeat. Sed Clericos nonniſi magiſtratui & gladio eccleſiaſtico ſubjectos eſſe, gladium verò temporalem ſpirituali, quia Jer. 1, 10. dicatur: *Ego conſtitui te ſuper gentes & regna, ut evellas & diſſipes, ædifices & plantes.* c. 6. x. de maj. & ob. Itaque ergò, cùm gladius, qui ſanguinem poſcit, ad nutum & patientiam Sacerdotis exercendus ſit, à ſanguine quî abhorrere dici poſſit Eccleſia, haud pervidetur. Sed & flagellationes illa poſcit & voluntarias & imponit quoque, utrasque pœnales, pœnas temporales peccatis remiſſis debitas abſterſuras. Tanto hæ dorſum ſauciant, dilaniant & ſulcant opere, ut ferè ad talos ſanguis defluat. Hunc ſanguinem ſcilicet Eccleſia non ſitit. Ita Mareſius ad Cucchum

Digitized by Google

Cucchum p. 259. *Mirum est, Pontificios Clericos tantopere cavere, ut suæ pœnæ procedant citra sanguinem, cùm tamen flagellantes & ii, quibus durior imponitur disciplina à* Miserere *usque ad* vitulos, *distringant sibi scapulam usque ad sanguinem.* Sed alius est sanguis criminalis, alius disciplinaris & pœnitentialis. Hunc quidem, sed illum Ecclesia non sitit. Ast flagellationes voluntarias sunt ex ipsis Romanensibus, qui vituperent. Constat eruditis hoc de argumento lis inter Boileauium & Thiersium decertata. Nota est & Flagellantium secta Sec. 13. nata, de quâ pec. comment. dedit Schöttgenius, & contra quam datâ operâ Jo. Gerson scripsit. Qui historiam flagellationum, qui autores hoc de argumento agentes nosse voluerit, adeat Fabricii Bibliographiam antiquariam C. 11. §. 32. p. 411. sqq. & addat Bœhmeri J. E. P. L. 5. tit. 38. §. 10. sqq. p. 780. sqq.

DISSERTATIO DE NUNDINATIONIBUS OFFICIORUM ECCLESIASTICORUM.

PRÆFATIO.

De nundinationibus (*a*) officiorum ecclesiasticorum earumque variis speciebus, turpitudine & vitio, involucris, palliis & larvis evolvendis & detrahendis, repagulis denique & pœnis constitutum nobis est, sub solle hic disserere. Digna, ita opinamur, & necessaria argumenti tractatio est, partim, quòd ex Theologis Protestantibus datâ operâ excussere illud pauci, ex nostris saltem MAURITIUS (*b*) & OSIANDER (*c*), ex Reformatis VOETIUS (*d*), licet ex

(*a*) Eadem vox jam olim obtinuit sub voce χειροτονίας. Vide epist. Alexandri Alexandrini apud Theodoretum in hist. eccl. L. I. C. 4.

(*b*) Caspar Mauritius, Theologus Rostochiensis edidit de simoniâ exercitationem secularem Rostochii A. 1655.

Digitized by Google

ex Pontificiis Moraliſtis, Caſuiſtis & Canoniſtis (*e*), JCtisque Proteſtantibus (*f*) dari hîc autorum phalanx poſſit, partim, quòd labes hæc Eccleſias non ſaltem Pontificias (*g*), ſed & noſtras paſſim inundavit. Turbæ quippe ſpirituales ſuſcitandæ in pravorum animis ſunt, niſi quidem deſperata illorum cura ſit, utpote qui honeſtatem omnem, non dicam pietatem & religionem, prorſus ejuraverint, monendi alii, ne in idem vitii genus ab affectu ſceleſto patiantur ſe pertrahi, omnium verò inſtillanda mentibus eſt abominatio criminis longè turpiſſimi, quod horrere debebant perſonæ & eccleſiaſticæ & ſeculares, cùm in divinis oculis ſit ſummè damnabile, & ſummum præbeat honeſtis quibuscunque offendiculum, ipſiusque religionis exiſtimatio & honor patiatur hîc plurimùm. Scribenda DEUS beet!

(*c*) In Theologiâ Caſuali P. VI. C. 2. p. 40. ſqq.
(*d*) In ſelectis diſputationibus theologicis P. IV. p. 515. ſqq.
(*e*) Laudari heic videas Raymundum de Penna forti, Redoanum, Ugolinum, Bonacinam, Franciſcum de Victoria, Caraffam, Giballinum, Azpilcuetam, Ancillonium, Thomaſſinum, Morellum, Eſpenium, Cienfuegos &c. &c.
(*f*) Eminent inter hos Zieglerus de Epiſcopis L. II. C. 5. Hahnius de crimine ambitûs eccleſiaſtici, ſive de Simoniâ, Amthor in diſſ. de crimine Simoniæ ejusque larvâ politicâ, Wæchtlerus de crimine ſimoniæ, repetundarum & ambitûs & de reſiduis, Thomaſius ad Lancellottum p. 1809. ſqq. Bœhmerus in jure eccleſ. Proteſt. L. V. tit. 3. & Pertſchius in commentatione juris eccleſiaſtici de crimine Simoniæ ejusque involucris.
(*g*) Velim, conferas hîc gravamina rationis Germanicæ adverſus ſedem Romanam, taxam Cancellariæ Romanæ, Launojum de traditione Eccleſiæ Romanæ circa ſimoniam Pariſ. 1675. 8. Operum T. II. P. 2. f. 451. ſqq. & anteceſſoris mei Jægeri diſſ. de ſimoniâ curiæ Romanæ.

DEFINITIO.

NUNDINATIO OFFICIORUM ECCLESIASTICORUM (*a*) EST CONVENTIO EXPRESSA (*b*) VEL TACITA (*c*), QUA ILLA VEL PROMITTUNTUR, (*d*) VEL

(*d*) VEL CONFERUNTUR (*e*), VEL CONFIRMANTUR, VEL RESTITUUNTUR (*f*) PROPTER PECUNIAM VEL PRETIUM (*g*) PROMISSUM VEL DATUM, VEL PROPTER COMMODA, OBSEQUIA ET SERVITIA PRÆSTITA, PROMISSA VEL PRÆSTANDA (*h*) SIVE IPSIS VOCANTIBUS, SIVE ILLIS, QUI EORUM UTUNTUR SUFFRAGIO, FACTA INTER VOCANTEM VEL EIUS MINISTROS (*i*) ET INTER VOCANDUM VEL EUM, QUI CAUSAM EIUS AGIT (*k*), ACTIO TURPISSIMA (*l*) NULLIS EXCUSATIONIBUS (*m*) ET INVOLUCRIS PALLIANDA (*n*), REPAGULIS (*o*) ET POENIS (*p*) EXSTANTISSIMIS COERCENDA.

(*a*) Noli mirari, lector, quòd à voce Simoniæ hîc abstrahamus, quam Canonistæ dicunt esse studiosam voluntatem emendi vel vendendi aliquid spirituale vel spirituali annexum, atque à facto Simonis Magi, quod Act. 8. recensetur, derivant. Nolumus quippe litigare de voce. Tota quæstio scilicet hùc redit, num nundinatio officiorum ecclesiasticorum dici simonia possit ob affinitatem quandam, quam cum facto Simonis Magi habet. Nemo somniavit unquam, hoc cum illâ ex toto convenire. Sed nec affinitatem est, qui inficietur vel inficiari saltem possit. Quemadmodum enim Simon Magus facultatem dona Spiritûs S. extraordinaria & miraculosa conferendi à Petro & Johanne, Apostolis emere voluit, ita, qui cum Simone Mago comparantur, facultatem ambiunt, Evangelium prædicandi & sacramenta administrandi, per quæ gratia Spiritûs S. ordinaria confertur. Quid itaque quæso, paratragœdiamus hîc & ampullas vendimus, quasi magna detegeretur veritas, hactenùs incognita, scilicet, quòd nundinatio officiorum ecclesiasticorum non dici debeat simonia, sed ambitus. Cur, inquam, in verbis sumus tàm difficiles, cùm nomenclationis fundamentum sufficiens analogia præbeat, quæ inter factum Simonis Magi & officiorum sacrorum nundinationem intercedit? Agnovit id ex Anglis Theologus, extra partium positus studia, Danjel Whitby ad Act. 8, 15. ubi: *Because Simon would have purchased this spiritual Gift with money, hence* by analogy *all purchasing of spiritual Offices or Places by such sordid means doth bear that Name.* Idem observavit Hornius ad Schilterum p. 142. & ex illo Zeltnerus in diss. de generibus & repagulis illegitimæ vocationis Ministrorum Ecclesiæ p. 16. & observavimus quoque nos jam in dissert. de criteriis vocationis divinæ p. 17. nulli dubitantes,

Digitized by Google

ea, quæ heic dicimus, sufficere ad diluenda illa, quæ C. H. Amthor, JCtus Kilonienſis in diſſ. ſupra laudatâ, cujus prolixum textum Thomaſius ſuis ad Lancellotum notis p. 1818. ſqq. inſeruit, magno conatu hanc in rem diſſeruit. Uno verbo, Simoniæ alius ſenſus Biblicus eſt, alius eccleſiaſticus, quod judicioſè monuit de jure annatarum Principis Evangelici C. 2. notâ (r) ill. Ludewigius, ſecutus hîc Petrum de Marca de concordiâ ſacerdotii & imperii L. 6. C. 12. §. 1. Sed tamen eſt, quod & heic excipio. Nundinatio officiorum eccleſiaſticorum dici Simonia haud poſſet, ſi Simon Magus credidiſſet, Apoſtolos vi magiæ, ſuperioris illâ, quam calleret ipſe, agere, quæ agerent, adeoque numis ampliorem in arte magicâ informationem petere ab illis voluiſſet. Ita ex antiquioribus Irenæus, Epiſcopus Lugdunenſis L. I. contra hæreſes C. 23. §. 1. editionis Pariſienſis, quam dedit Maſſuetus, & Joh. Chryſoſtomus, Patriarcha CP. hom. 18. in Acta Apoſtolorum. Ita ex recentioribus Tillemontius dans les memoires pour ſervir à l'hiſtoire de ſix premiers ſiécles T. I. P. 2. tit. Saint Pierre, art. 23. p. 434. 435. edit. Bruxell. Whitby, Limburgius, Clericus, Calmetus, Infantius & Belloſobrius ad Act. 8. & Pertſchius de crimine Simoniæ Sect. 1. C. 1. §. itemque in dem Verſuch einer Kirchen-Hiſtorie des erſten Jahrhunderts p. 506. ubi: *Simon wollte diejenige Wunder-Krafft, ſo die Apoſtel vermittelſt der Hand-Auflegung ausſpendeten, vor Geld kauffen. Er meinte, es ſey ſolches ein Kunſt-Stück, ſo man andern lehren könnte. Wie nun er ſeine hocuspocus-Macherey von andern vor Geld erlernet, ſo könnten die Apoſtel dieſes, was ſie verrichteten, auch für Geld und gute Worte ihm zukommen laſſen. Er hat alſo nicht geglaubet, daß Philippus durch übernatürliche Krafft Wunder verrichte, daß GOtt durch ihn würcke, daß GOtt durch die Apoſtel ſeine Gnaden Gaben ausgeſpendet. Er meinte, dieſe Leute wären gröſſere und geſchicktere Magi, als er, ſie verſtünden viel mehr, als er, wollten aber nicht vor hocuspocus-Macher angeſehen ſeyn. Dieſer halben hätten ſie ihre Kunſt eine Gabe GOttes genennet.* Multò minùs nundinatio officiorum eccleſiaſticorum Simonia dici poſſit, ſi Simon Magus peccatum in Spiritum S. commiſerit, & chariſmata Apoſtolica, de quorum divinâ origine perſuaſus fuiſſet, pro arte magicâ & diabolicâ venditârit, quæ mens eſt ill. Crameri in programmate de diverſitate criminis Simoniæ & Simonis Magi Marburgi A. 1734. edito. Quò minùs has in ſententias concedamus, facit & textus Lucæ, qui fert, tantum fuiſſe Simonis Magi ſtuporem, tantam pravitatem,

Digitized by Google

vitatem, ut facultatem, mediante manuum impositione conferendi Spiritum S. numis emere ab Apostolis voluerit, & natura miraculorum per istam extraordinariam virtutem Spiritûs S. patratorum, expulsionis dæmonum & restitutionis paralyticorum & claudorum, nullâ vi magicâ efficiendorum. Sed, quid est hoc, quòd in definitione non determinamus, num in hâc nundinatione spirituale vel spirituali annexum ematur numis vel pretio, porrò, num crimen hoc sit vel publicum ambitûs, vel & hæresis, aut infidelitas, aut sacrilegium, aut læsæ majestatis, quòd Jus Canonicum ait, & quoad posterius l. 31. C. de Ep. & Cler. firmat. Factum hoc, ut partim præscinderemus vitilitigationes & logomachias, partim evitaremus Juris Canonici errores. Prædicationem Evangelii & administrationem sanctissimorum Sacramentorum ad spiritualia pertinere, nemo negaverit, nisi cujus profanum oppidò pectus sit, & qui Christianissimum quidem profiteatur, sed non credat. Salaria verò Ministrorum Ecclesiæ hisce spiritualibus annexa & quidem jure divino annexa esse, nemo ex nostris, Fanaticos enim & Quakeros heic non moramur, inficiatus fuerit, & infra nos ad oculum demonstrabimus. Nec est quoque, qui neget, nundinationem officiorum ecclesiasticorum esse ambitûs crimen, quod publicum est, quia totam communitatem ecclesiasticam lædit. Quòd autem nec hæresis, nec infidelitas, nec sacrilegium sit, puto, ex definitionibus patere. Quod restat, quæritur porrò, num ad officia ecclesiastica hîc referamus etiam Professiones academicas? Occasionem quæstionem hanc movendi præbet nobis Decretalium L. V. tit. IV. *de Magistris & ne aliquid exigatur pro licentiâ docendi.* Non puto, raros admodum casus esse emtarum professionum academicarum. Sed inter illas ecclesiastica utique illa saltem est, quæ Theologica est, non sanè emenda pretio, uti nec reliquæ, quod saltem ἐν παρόδῳ monemus. Vide Osiandri Theol. cas. P. VI. p. 57. sqq.

(*b*) Hæc *conventionalis* Simonia dici solet.

(*c*) Hæc *mentalis* Simonia est, à pœnâ libera.

(*d*) Hæc *imperfecta* est.

(*e*) Hæc *perfecta* & *realis*, quæ dicitur.

(*f*) Non video, quî hæc Simoniæ (liceat, quæsumus, uti vocabulo, cujus notionem jam satis determinavimus, verba enim valent, ut nummi) species alia sit à *conventionali*, quam diximus. Num verò redemtio vexæ hîc excuset? infra dicemus.

Digitized by Google

(*g*) Hæc dicitur *Simonia à manu.*

(*h*) Hæc vocatur *ab obsequio.* Unicum, cùm quàm plurima dare possemus, exemplum damus, si mercatus quis fuerit Pastoratum sub conditione teporis in elencho adversus hæreticos vel in epanorthosi adversus scandala & vitia grassantia stringendo. Forsan & *Simoniam*, quæ *confidentiæ* est, hùc retulerimus, quum Patrono vel resignanti propter beneficium collatum vel resignatum pars fructuum illius vel illi aut salarii minoris acceptatio vel resignatio in favorem amici vel nepotis aliquando facienda ad collationem aucupandam promittitur. Hanc *confidentiæ* Simoniam Pius IV. A. 1564. & Pius V. A. 1568. peculiaribus bullis confixere. Jam verò transactio de minore salario accipiendo ipso jure nulla est. Vide x. L. III. tit. 12. ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, ad quem Hornius peculiarem dissertationem scripsit. Sed restant & aliæ Simoniæ species, quæ verò ad nundinationem officiorum ecclesiasticorum non spectant. *Simoniam à linguâ* indigitamus, quâ fit, ut vel blanditiis & adulationibus, vel precibus importunis & ad nauseam repetitis, vel denigrationibus personæ officio movendæ aut competentis, calumniisque in illam jactis, vel intercessionibus personæ potentis, quam in rem vide c. 1. C. I. qu. 6. vel vocanti percharæ, cujuscunque demùm conditionis vel dexteritatis sit illa, ambitionem, patientiam, facilitatem, meticulositatem, affectus vocantis præposterè occupemus & favorem illius aucupemur. Ita & dixeris *Simoniam à gulâ*, quum epulo dato sollicitatur Patronorum favor, *simoniam Nepotismi, affinitatis, nuptiarum*, quùm ad juvandam suam vel Pastoris defuncti familiam, vel ex favore erga ancillas, lotrices, netrices vel alias mali commatis personas officium ecclesiasticum illi destinat Patronus, qui uxorem hinc sumserit. Pertinent hæc omnia ad curvas vias, queis ambitur sanctum munus, recensitas à nobis in diss. de criteriis vocationis divinæ p. 17. sqq.

(*i*) Facile patet, duo hæc æquipollere.

(*k*) Et hæc æquipollere puto, si nempe conscius sollicitationis, quæ per tertium fit, aliter enim pronunciant canones, si secus, vel si prohibuerit c. 33. x. de sim. sit vocandus. Jam verò &, si postea saltem conscius facti fiat ille, cedere officio, per malas artes emendicato, debet, nisi Patronus, nisi Episcopus, nisi Ecclesia reluctantem retineat, magnaque sit illius capacitas, & animi rectitudo. Conferatur van Espen de Simoniâ circa beneficia P. 1. C. 10. §. 2.

(*l*) Tur-

Digitized by Google

(*l*) Turpitudo negotiationis officiorum ecclesiasticorum facile patet, si consideraverimus I. divinæ illa esse institutionis. Statuit quippe JEsus, Ecclesiæ Fundator & Conditor, ut in illâ continuarent semper, qui ipsius essent operarii, legati & interpretes, qui prædicarent Evangelium, qui administrarent sanctissima sacramenta Matth. 9, 38. 1. Cor. 3, 9. 4, 1. 12, 28. 2. Cor. 5, 20. Eph, 5, 11. qui fidem hominibus instillarent, quæ ad cœlum ducit, moresque illorum formarent ad sanctitatem juxta præcepta, quæ dedisset. Jam, qui II. jure vocandi pollent, cùm non sint, nisi Christi in negotio tàm sancto administri, saltem esse debeant, sine dubio ad ministerium hoc, quo sublimius & majus non datur, quod *pulchrum* eapropter vocat Apostolus 1. Tim. 3, 1. ex intentione supremi Ecclesiæ Magistri vocare debent illos, qui dignissimi sunt, qui doctrinâ & exemplo instituere & ædificare valent sacrum gregem. Unde determinare & figere vocationem, quam moliuntur, debet nonnisi Candidatorum capacitas atque dignitas spiritualis, quæ est Spiritûs S. opus, Ecclesiæque salus, quæ suprema hîc lex est, & ædificatio. Jam si III. mentem illorum determinet vel solitariè, vel primariò, vel concomitanter affectus pravus propriæ utilitatis, cupido lucri & avaritia, turpissima hæc actio est, quâ legem supremi Ecclesiæ Domini ipsis tanquàm voluntatis suæ executoribus latam 1. Tim. 3, 2. sqq. Tit. 1, 6. sqq. violant, & turpi, quo ducuntur, litant affectui, ministerium sanctius pro numis, pro pretio vendituri, & in commercium tracturi res sacras, omni pretio superiores, solo divino munere acquirendas. Unde prono consequitur alveo, eos, qui ejusmodi prava nundinatione se pollunt, pectus habere ab omni timore sancti Numinis remotum, erga Christum, erga Ecclesiam pessimè affectum, impietatis & avaritiæ plenissimum, DEO & piis quibusvis execrabile. Carcinomata hæc sunt Ecclesiæ, καρδίαν γεγυμνασμένην, lege, si placet, γεγεμισμένην πλεονεξίαις ἔχοντες, καταράς τέκνα, viamque Bileami obambulant, qui mercedem iniquitatis amavit 2. Pet. 2, 14. 15. Διψοκερδία hæc est & φιλαργυρία, quam atro carbone sacra notat pagina 1. Tim. 3, 3. Hebr. 13, 5. 1. Pet. 5, 2. Sed nec in generosum pectus cadere ejusmodi turpis nundinatio potest, honestati quoque naturali inimica. Peccant itaque hîc I. vocantes, qui sordido heic lucro inhiant & Ecclesiæ salutem Christique præceptum utilitati suæ privatæ postponunt vel pari saltem passu jubent utramque ambulare, emendicationibus & affectibus pravis

pravis Candidatorum facientes locum. Ad lucrum enim ſuum, non ad dignitatem officii vel vocandi, non ad mentem Domini, non ad ſalutem Eccleſiæ, uti par erat, reſpiciunt, & Homero pauperi, qui nihil attulerit, foràs eundem eſt, licet ſubinde digniſſimo, acceptus verò eſt, qui, ſubhaſtatione quaſi facta, præeunte proclamatione, PLUS OFFERENTI, munus præbet amplius, qui manum implet, non attentâ illius capacitate vel incapacitate, ſaltem non tàm attentâ, ac attento lucro, ex hoc negotio manante. Pudeat honeſtum Virum, conari tàm ſordida. Non eſt hæc auri ſacra, ſed turpis fames, &, ſi ſcapham ſcapham verbo Germanico velimus dicere, *eine recht ſchändliche Hungerleiderey*, famelicorum opus, quo loculi Candidatorum expilantur, & paupertas illorum ſubinde emungitur, actio valde dehonoraria, ut ſtylo Tertulliani utamur, ubi de Patrono dici poteſt, quod de Cancellariâ Romanâ cecinit Nic. de Clemangis:

Illi nemo gratus gratis,
Nulli datur absque datis
Gratiani gratia.

Peccant II. heic Candidati. Hi enim, numos vel pretium offerendo non tàm miniſterio ſacro & ædificationi Eccleſiæ inhiant, quàm ſuſtentationi ſuæ, adeoque impuram prorſus intentionem hîc fovent, eoque ipſo oſtendunt, eſſe ſe homines nauci, qui dignitatem officii, quod ambiunt, haud nôrint, vel haud conſiderent ſatis 1. Pet. 5, 2. numis & largitionibus & obſequiis pravis & blanditiis munus ſacrum emendicaturi. Hypocritas mercenarios, operarios pravos Phil. 3, 2. hæc arguunt, è quorum animis religio & pietas omnis exulet & proſcripta ſit. Si acceſſerit incapacitas naturalis & imperitia, quæ ejusmodi pravis hominibus familiaris eſt, creſcit turpitudo facti. Sed & III. peccat Epiſcopus, qui confirmat tam pravos homines, ad miniſterium ſanctius per curvas iſtas vias currentes. Evadit quippe & hic ejusdem peccati & reatûs particeps, ſive cum Patrono idem ſit vel colludat, vel negligat aliâs officium, vel crabronem Patronum ex meticuloſitate noluerit irritare. Itane ergò DEus non magis timendus eſt, ac homines pravi, in conſortium reatûs & condemnationis nos tracturi? Imò peccat & IV. Ordinator, qui ad juſſa Epiſcopi vel illius, qui jus epiſcopale exercet, notorium ejusmodi ſimoniacum hominem Eccleſiæ Paſtorem ſiſtit ordinatque. Neque enim inſtrumentum ille ἄλογον eſt, ſed nôſſe debet, quod facit agitve Act. 4, 19. Benè novi, profanitatem

ſeculi

Digitized by Google

ſeculi & impietatem tantam eſſe, ut ad veritatum harum jubar caliget paſſim. Res Chriſtianiſmi, ſi à potiori fiat denominatio, Eccleſias reliquit proh dolor! nec reſtat ferè, niſi externum illius ſchema, ſed miſerum & flebile, ſuſpirantibus & dolentibus & flentibus Eccleſiæ vices piis, quos copia, quos vis pravorum opprimit Ezech. 10, 4. ſuſpirantibus maximè ſub ejusmodi miſeriâ Eccleſiis, quæ patiuntur, ſi apud ipſas dormiat Petrus, vigilet & regnet Simon, hoc eſt, ſi vel Patronus vel Epiſcopus illis obtruſerit homines, quorum cor impietate, hypocriſi, avaritiâ, profanitate, morſibus conſcientiæ ſcatet, indignos, minùs idoneos, incapaces tanti officii. Sine magnâ ædificatione haud legimus, quî præeunte Chriſto, in Eccleſiâ olim Apoſtolicâ electi, vocati, conſtituti fuerint Eccleſiarum futuri doctores. Factum id precibus, jejuniis & maturâ eâque ſpirituali vocandorum tentatione & probatione præcedentibus Luc. 6, 12. 13. Act. 1., 24. 6, 3. ſqq. 14, 23. 1. Joh. 4, 1. Adde Tertullianum in Apologetico C. 39. ubi expreſsè: *Præſident probati quique Seniores, honorem iſtum non pretio, ſed teſtimonio adepti, neque enim pretio ullo res DEO conſtat.* Qui ita eligit, vocat, confirmat, eſt ferè jam

Rara avis in terris, nigroque ſimillima cygno.

Beatæ Eccleſiæ, quæ hîc non inveniunt locum querelæ vel ſuſpirii, & quas non vexat tyrannis eccleſiaſtica, Eccleſiarum pernicies. Hinc & tanta olim Simoniacis dica fuit ſcripta ab Imperatoribus, uti vel ex ſolâ l. 31. C. de Ep. & Cler. patet, quam prolixè explicatam in diſſ. Juſtinianæâ de Clerico renitente dedit Zieglerus, bonus ex JCtis Chriſtianus, inſertâ L. II. de Epiſcopis C. 5. Adde Nov. 6. c. 1. §. 9. Nov. 123. c. 1. & Nov. 137. c. 2. Imò tantæ turpitudinis nundinatio ſacerdotii viſa jam fuit Romulo, ut ſacerdotiorum venalitatem proſcripſerit, uti ex Dionyſio Halicarn & Cicerone oſtenderunt fratres Macri in hierolexico ad vocem Simoniæ p. 545. editionis Venetæ nuperæ. Add. ff. de lege publicâ ambitûs §. 1. 2. & ff. l. 11. de pollicitat. Poſſemus hîc congerere veterum Conciliorum & Eccleſiæ antiquioris & mediæ doctorum contra ſimoniam canones & effata, niſi otium nobis feciſſet Jus canonicum in Decreto Cauſa I. totâ, in Decretalibus L. V. tit. 3. in extravag. comm. L. V. tit. 1. Zieglerus l. c. & Launojus in tractatu ſupra laudato, itemque Thomaſſinus in vetere & novâ Eccleſiæ diſciplinâ P. 3. L. 1. C. 49. ſqq. f. 188. ſqq. & Binghamus in Orig. eccleſ. Vol. 2. p. 140. ſqq.

Digitized by Google

& Vol. 7. p. 321. ſqq. Quod reſtat, ad loca Biblica Gen. 23, 13. ſqq. 25, 33. ſqq. Num. 22. 23. 1. Sam. 9, 7. ſqq. 1. Reg. 13, 33. 34. 2. Reg. 5, 19. ſqq. 2. Chron. 13, 9. Mal. 1, 10. Mich. 3, 11. Matth. 21, 12. 13. 26, 14. 15. 46. ſqq. 27, 3. ſqq. Act. 5, 1. ſqq. 2. Cor. 2, 17. 2. Pet. 2, 15. Ebr. 12, 16. Judæ 11. provocare heic nolim. Non agunt enim de Simoniâ, licet in jure Canonico maximam partem ad illam trahantur. Vide Bœhmeri J. E. P. L. V. tit. 3. §. 12. p. 669 ſqq. Magis huc quadraverint exempla Jaſonis & Menelai 2. Macc. 4, 7. ſqq. 23. ſqq. Pontificumque Ebræorum, qui à Procuratoribus Romanis, pecuniâ datâ, fuere conſtituti.

(*m*) Paucis has explicabimus. Ita quippe I. cauſſari quis poſſet, pro ſpirituali ſumi poſſe corporale, pro prædicatione Evangelii ſalaria, mediante conventione inter partes, Patronum & Candidatum, qui hâc ſub conditione acceptet officium eccleſiaſticum, quod conferat, eâdem promiſſâ, Patronus. Licitum hoc eſſe. Gen. 14, 20. Num. 18, 31. 1. Sam. 9, 7. ſqq. 1. Reg. 14, 3. 2. Reg. 4, 42. Jer. 37, 21. Luc. 8, 3. 10, 7. 8. Rom. 15, 27. 1. Cor. 9, 4. ſqq. Gal. 6, 6. Phil. 4, 16. 1. Tim. 5, 8. quicquid contra machinentur Quakeri & fanatici ex Mich. 3, 11. Mal. 1, 10. Matth. 10, 8. Act. 20, 33. 34. 1. Cor. 9, 12. 2. Cor. 11, 9. 12, 13. Ita II. licita omnium confeſſione eſſe accidentalia, quæ vocantur, jura ſtolæ, pro ordinationibus, baptiſmo, abſolutione, quo ſpectent apud Pontificios indulgentiæ, apud nos numus confeſſionarius, der Beicht-Pfennig, pro adminiſtratione S. Cœnæ privatâ, pro concionibus funebribus, pro copulationibus &c. &c. Ita III. jus annatarum vindicare ſibi quoque Principes Evangelicos, ita IV. jura ſtolæ, ædes & prædia parochialia licitè elocari poſſe, jam & V. licitè poſſe vendi jus Patronatûs & VI. Canonicatûs, ſed & VII. ad regalia Principis hoc pertinere, ut ex collatione officiorum eccleſiaſticorum lucrum captet ad rem & publicam & eccleſiaſticam juvandam, unde & VIII. nulla hæc ſimonia ſit, ſi ipſius Miniſtri pro ſuffragio pretium accipiant, quod utrumque ex noſtris affirment Pertſchius & Fleiſcherus, ille quidem in elementis Juris canonici & Proteſtantium eccleſiaſtici L. 4. tit. 2. §. 183. p. 140. hic verò in der Einleitung zum geiſtlichen Rechte L. 2. C. 26. §. 20. p. 1026. ſqq. Laudatur & libellus: Ein Sendſchreiben eines Academiſchen Freundes an einen auſſerhalb der Academie ſich aufhaltenden Freund, betreffend das Recht eines Proteſtantiſchen Fürſten in Einführung eines modi vocandi zum Predigamt.

Digitized by Google

Predigamt. Cölln bey Peter Marteau 1724. 4. §. 52. ſqq. p. 36. ſqq. Imò IX. Patrono competere ut Domino directo jus quæſitum, ad laudemium à futuro Vaſallo & feudatario, qui ſit Eccleſiæ Miniſter ab ipſo alendus & beneficio ſalarii inveſtiendus, accipiendum. Quicquid autem de his omnibus ſit, purgari X. nundinationis hujus accuſatam pravitatem dignitate perſonæ c. 1. 2. C. 1. qu. 5. ſufficere enim hanc ad ſalutem Eccleſiæ curandam, licet officium emendicaverit vel emerit eccleſiaſticum, juxta Fleiſcherum l. c. §. 12. p. 1019. purgari & eandem XI. per redemtionem vexæ & perſecutionum in officio eccleſiaſtico, ad retinendum illud vel ad reſtitutionem illius conſequendam c. 28. x. de ſim. uti doceant Mauritius l. c. §. 23. Oſiander l. c. p. 84. ſqq. & Brunnemannus de Jure eccleſiaſtico L. 2. C. 18. §. 9. n. 3. cum quibus conferri quoad caſus parallelos mereantur Hartungius de redemtione vexæ Jenæ 1692. & Holzmannus de transactione pro redimendâ vexâ Altorff. 1733. Denique purgari & illam XII. ex capite neceſſitatis. Quis diceret, inquis, ſi Eccleſiæ preſſæ liberum religionis & Paſtorum conſtituendorum exercitium, numis quærant, eſſe hoc ſimoniacum? Quis Patriarcham Conſtantinopolitanum ſimoniæ accuſaret, cùm Sultano pretium porrigit idque magnum ſatis pro inſtallatione ſuâ, quæ pedi Epiſcopalis traditione fit. Vide Heineccii Abbildung der alten und neuen Griechiſchen Kirche P. I. p. 47. 48. & Elſnerum in der neueſten Beſchreibung der Griechiſchen Chriſten in der Türckey p. 57. 60. Eadem eſt Patronorum, diverſæ maximè religionis, pecuniæ hanc velillam ſummam, vel hæc illa & ſervitia poſcentium, & ſine his vocationem nunquam impertientium ratio. Neceſſitatis caſui opus eſt, ut cedant heic Candidati. Certè, quantum neceſſitatis contra legem jus, explicavere Fritſchius in diſſ. de præſidio neceſſitatis contra legem ad c. 4. x. de conſuet. & c. 4. x. de R. J. Opuſc. T. 2. f. 386. ſqq. & J. S. Stryckius in commentat. juridicâ de jure neceſſitatis, vom Noth-Recht. Itane ergò melius fuerit, Eccleſias Paſtore orbas videre quàm ornatas eodem, licet ſimoniaco, modò ſit dignùs? Ut taceamus XIII. officia politica ſine detrimento rei publicæ licitè vendi emique poſſe. Paucis has excuſationes diluemus. Et I. quidem non exiſtimen, ſalaria alere quid ſimoniaci. Divinæ enim ſunt, ſi in abſtracto conſiderentur, inſtitutionis, uti decimæ, uti portiones ſacrificiales in V. T. Sacerdotibus & Levitis debitæ. Nec pretium hoc eſt, quo labor ſacer emitur, vel venditur, ſed legitima Mini-

Digitized by Google

ſtrorum Eccleſiæ ſuſtentatio, ad quam II. & accidentalia ſpectant. Quid hoc ad Patronum, qui officium eccleſiaſticum pro pretio vel ſervitio vendit? Itane ergo illi ſuſtentatio debetur à Patronato? Aſt nec numus confeſſionarius, ſponte oblatus, quicquam cum indulgentiis taxatis commune habet, ad ſuſtentationem ſacerdotum haud ſpectantibus. De annatis quid III. dicam, vix habeo. Si beneficium pinguius ſit juſto, & præter annatas quoque pinguior portio tolli de illo legitimè poteſt, ad rem ſacram & publicam aliâs curandam, ut in den Reden übers Kirchen-Recht p. 503. ſqq. docuimus. Hoc ſub titulo, non alio, Inſtrumentum pacis Osnabrugenſis annatas aſſeruit Principibus Proteſtantibus Art. V. §. 19. Jam enim ſummi Magiſtratûs eſt, ex bonis eccleſiaſticis, quod nimium eſt, decerpere & ad pios rei publicæ uſus vertere, id quod ſeculariſationem vocant. Ita purgantur annatæ, non in manibus Pontificis Romani, ſed Principum, quos alio jure, ut Dominos nempe directos beneficiorum, quæ tàm larga ſunt, annatas ad ſe trahere poſſe & retrahere ingeniosè admodùm confecit in diſſ. de Jure annatarum, & de præcipuo Principis Evangelici C. 10. §. 3. 4. illuſtris Academiæ Halenſis Cancellarius Ludewigius, quem poſt Lutherum Stryckius præivit de jure Principum Evangelicorum papali C. IV. §. 7. 8. ſecutus eſt Bœhmerus ad Marcam L. VI. C. 12. obſ. 6. col. 163. ſqq. & in J. E. P. L. 1. tit. 11. §. 46. Jam & IV. jura ſtolæ & ædes paſtorales malè elocantur. Vide Bœhmeri Jus paroch. ſect. 5. C. 2. §. 18. & J. E. P. L. 3. tit. 18. §. 10. ſed benè prædia Paſtoralia, id quod & melius eſt, ut curam animarum eò ampliorem gerere Paſtor poſſit, & ipſa quoque prædia curentur melius, nonniſi tamen probis & induſtriis ruſticis elocanda. Vide Bœhmerum in jure paroch. ſect. 5. C. 2. §. 20. 21. & in J. E. P. L. 3. tit. 18. §. 11. & Willenbergium de officio vocantis & vocati ad miniſterium eccleſiaſticum §. 49. p. 63. Sed quid, quæſo, elocatio hæc affinitatis cum Eccleſiaſticorum officiorum nundinatione? V. venditionem juris Patronatûs prohibet Jus Canonicum c. 6. 16. 23. x. de jure Patronatûs & Conc. Trid. Seſſ. 25. C. 9. Aſt vendi illud cum prædiis videmus quotidiè, ita ut in computum pretii quoque veniat, non quidem in reſpectu juris vocandi præcisè, ſed aliorum jurium, quæ Patronatui annexa ſunt. Non malè hoc, ſi Patronatus ſaltem ejusdem cum Eccleſiâ patronatâ ſit religionis bonusque Vir, ſinceri in Eccleſiam affectûs. Certè enim, ut alibi docemus, jura hæc vel illa ſacrorum in alterum poſſunt

Digitized by Google

poſſunt transferri. Vide Finckelthauſ. de Jure Patron. C. 5. n. 17. Zieglerum ad Lancellottum L. I. tit. 28. §. 13. & Oſiandrum in Theol. caſ. P. VI. p. 80. 81. Ita & VI. licitè venduntur hodiè Canonicatus apud Proteſtantes, reclamante licet c. 1. 2. 3. x. ne prælati vices ſuas &c. Canonicatus enim Proteſtantes in nuda emeritorum vel aliorum benè meritorum beneficia & victalitia degeneravere, malè licet, cùm aliter de illis diſponi, & per ejusmodi diſpoſitionem præſtantiorem nundinationi huic obviari & debuerit & potuerit. Vide, quæ de Canonicatibus ſcripſere Lutherus, Himmelius, Gerhardus & die Acad. Reden übers Kirchen-Recht p. 544. Itaque ergo Canonici hodierni apud nos non ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, nec Canonicatus eſt officium eccleſiaſticum. Accedit, nec venditionem Juris Patronatûs nec Canonicatuum commune quid cum nundinatione officiorum eccleſiaſticorum habere, quod, mediante venditione, noceat Eccleſiæ. Quæſiveris hîc, num ſalvâ conſcientiâ quis Canonicatu & reditibus illius gaudere in mero otio poſſit, qui nîl in bonum publicum Eccleſiæ præſtat? Ita Reinbeck in den kleinen Schrifften, ita cel. Baumgarten in Conſiliis Theolog. Favendum erat, amicis Conſulentibus, quæ humanitatis ſpecies eſt. Nos ſententiam Paulinam ſequimur 2. Theſſ. 3, 10. imò DEI ipſius Geneſ. 3, 19. Ad VII. & VIII. paucis monemus, fingi hîc regale Principis, quod conſiſtat in officiorum eccleſiaſticorum venditione, quam natura illorum, ut oſtendimus, reſpuit. Ad IX. reponimus, nec Patronum dominum directum, nec miniſtrum Eccleſiæ Vaſallum eſſe in ordine ad officium ſacrum, quod gerit. Addo, nec in ordine ad ipſius ſalarium, quod totum huic ut præbeat ille, eſt obſtrictus. Etſi enim munera eccleſiaſtica videas vocari ſubinde *Pfarr-* & *Altar-Leben* apud Schilterum in inſtit. Juris Canon. L. I. tit. 7. §. 11. & Eckardum ad Schilterum p. 282. 708. 760. & ill. Ludewigius in diſſ. de jure annatarum C. 1. §. 6. notâ (*b*) exiſtimet, Principes laicos pro ſacerdotiorum collatione petere pecuniam poſſe, quemadmodum quævis prædia feudalia laudemii aliorumque onerum causâ cenſum præſtent domino, Patrono ſuo, quò & collimant, quæ de nominatore hæretico ad Parochiam C. III. §. 1. notâ (*o*) diſſerit, tamen nec Patronus miniſterii vel beneficii eccleſiaſtici dominus eſt directus, nec miniſter Eccleſiæ ejus vaſallus. Non applicabiles ſunt termini hi in hoc negotio, nec ſeria hæc mens fingere poteſt. Hinc egregiè Facultas Theologica Lipſienſis in dem Bedencken auf die Frage, *obs recht, daß die Kirchen-*

Digitized by Google

Patroni bey erledigten Pfarr-Dienſten eine gewiſſe Summa Gelds anſchlagen, das derſelbe, welcher den Dienſt haben will, erlegen müſſe, und ob er ſolches mit gutem Gewiſſen geben könne, daß er ſich dennoch eines rechtmäßigen Beruffs tröſten möge, apud Dedekennum in theſ. Conſil. T. 1. f. 770. ita: *Zum andern, ob mans wollte ein Leib-Geld heiſſen, ſo von einem neuen Pfarrer gefodert würde, ſo iſt aus den Pfarren und deren Einkommen kein feudum zu machen, ſintemal der Patron derſelben nicht Dominus iſt, und ſind die Kirchen-Güter nicht ſein Eigenthum oder in ſeiner Gewalt, ſondern er iſt mehr nicht, als ein Aufſeher drüber, und ein ſolcher Beſchützer, der da ſoll dran ſeyn, daß ihnen nichts entzogen werde, und daß ſie vermehret, nicht aber einigerley Weiſe geſchmählert werden, viel weniger, daß er ſelber Aufſätze machen ſoll, ſich derſelben zu ſeinem eigenen Nutzen zu gebrauchen. Ein Prediger, ſagt D. Mörlinus, iſt nicht des Junckern Lehmann, die vom Adel aber und Obrigkeit werden von GOtt gerühmt mit dem herrlichen Namen als Nutritores, daher ſie auch nicht haben die Lehnſchafft, ſondern das Patrocinium oder Jus Patronatus über die Pfarren.* Abſit itaque, ut cenſum, ut laudemium à vocando petere poſſit hîc Patronus, qui beneficium eccleſiaſticum ſine diminutione & ſine emendicatione censûs antecedaneâ conferre tenetur. Gæhaſiſmus hic eſt & ars trapezitica ſacra valdè ἀδόκιμος. Ad X. moneo, dignitatem eſſe duplicem, vel naturalem vel ſpiritualem & moralem. Malè ſupponitur, primam ſufficere, poſterior verò ex ſupra deductis in nundinatorem non cadit. Jam & XI. de redemtione vexæ dicendum eſt, diſpiciendumque, num nundinatio ſacra illâ purgetur? Quæſtionem hanc paſſim Canoniſtæ movent, reſpondentque, ne quidem, ubi injuſta ſit vexatio, ſine labe ſimoniacâ eandem pretio redimi poſſe. Videatur ſaltem van Eſpen in tractatu de ſimoniâ circa beneficia C. 2. §. 5. f. 235. 236. Noſtrates vero, qui caſum hunc tractârunt, licitum hoc putant eſſe, ſi injuſta ſit vexatio, cæteris tamen paribus. Ponamus Titium, qui officio motus eccleſiaſtico ſummam ſibi putet injuriam factam, clametque, ſe ſpoliatum ſpartâ divinitùs ſibi concreditâ, licetne huic dare pretium, quo redimat vexam, quo emat reſtitutionem? fueritne etiam, per quem hanc quærit, mortalium ſceleſtiſſimus, concuſſor & emunctor populi, imò planè Apella, hoſtis Eccleſiæ Chriſti? Non exiſtimârim. Suſcitavit ante aliquot annos diabolus apud nos ejusmodi furciferum Süſſium, qui è patibulo in colle prope Stuttgardiam caveæ ferreæ incluſus ſuſpenſus fuit, hujus quoque criminis & nundi-

nationis

Digitized by Google

nationis reus. Itane ergò parare licet ad ſacra viam, hoc hodego, hoc introductore & mediantibus quidem aureis, qui divini muneris nos reddant compotes? Si viis legitimis, ſi viis juſtis nîl obtineri hîc poſſit, non movendus eſt Acheron, & tàm terribile dandum Eccleſiis, ſcandalum, quod cauſat patrocinium pravorum, quod imploramus, & quod nos cathedræ reſtituit ſacræ, non manus DEI, perpetuo poſthac futuros offendiculo gregi ſacro. Alia heic conſilia, alia præcepta Chriſti ſunt, nobis & data & obſervanda, ſi injuſtè vexemur. Matth. 5, 10. ſqq. 10, 14. 23. 1. Pet. 4, 14. ſqq. Non cauſam DEI, quæ ante omnia ſpectanda eſt, hîc promovere, non Eccleſiæ conſulere intendit, qui hoc facit, ſed ſibi, ſed utilitati propriæ, ſed vindictæ, quâ ardet. In parentheſi moneo, quærere & Theologos, num Judæi patrocinio uti quis poſſit, Patrono ut commendetur? Id quod inficiantur, non ſine ſtringentiſſimis rationibus. Vide Andr. Keſsleri manuale mille quæſtionum illuſtrium Theologicarum Cent. IV. qu. 11. p. 156. Sed quid XII. de capite neceſſitatis dicendum hîc eſt, num nundinationem pravam excuſat vel purgat illud? Reſpondeo cum diſtinctione. Si totius Eccleſiæ ſalus periclitetur, niſi huic vel illi Cerbero aurum præbeatur devorandum, ut libertatem redimamus profitendæ religionis & conſtituendorum miniſteriorum eccleſiaſticorum, qui caſus eſt Conſtantinopolitani Patriarchæ, porrò, ſi certum pretium à Patronis potentibus, ſed Eccleſiæ perperam patrocinantibus ſit conſtitutum, ſine quo nunquam nominant, Eccleſias aliâs vacuas relicturi & ſalaria, ad quæ præbenda obſtricti ſunt, retenturi, Candidatus, conſentiente Epiſcopo, conſentiente Eccleſiâ, injuſtitiæ huic & rapacitati ſuccumbere, ſalvâ conſcientiâ, poteſt, ſi ſincera ipſius ſit ad Eccleſiam curandam mens, quam premit Patroni adverſarii avaritia, ſi ſpectata ſit & Eccleſiæ Epiſcopoque probata illius & capacitas & virtus. Confer hîc & Leyſerum Med. ad Pand. T. 9. p. 926. Si verò intercurrat licitatio, ſi deſit juvandæ ſaltem Eccleſiæ ſtudium, ſi deſit hujus & illius, qui confirmandi jus habet, conſenſus, approbatio vel acquieſcentia, ſi Candidatus affectu feratur pravo, quo proprium ſaltem heic quæratutile, pronunciandum erit in contrarium. In primo caſu Eccleſiæ, quæ patitur, quæritur ſalus, quæ verò intervertitur, ſi licitationi detur locus. Id quod in Patronis diverſæ religionis ſubinde, ſunt enim, queis generoſus & honeſtus in pectore ſanguis bullit, qui & commendationes ab Eccleſiis, à magiſtratibus, epiſcopali jure gaudentibus, à Viris ſpectatis & probis

Digitized by Google

probis, Ecclesiæ curam benè agentibus accipiunt, & turpitudinem facti abominantur, videre est. Conferri heic meretur ill. Ludewigius in diss. de nominatore hæretico ad Parochiam, quam opusculis quoque miscellis T. 2. col. 811. sqq. inseruit, ubi ita ille C. 3. §. 12. notâ (s) col. 838. 839. *Penes ipsos* Patronos scilicet Pontificios *in mores ivit, nominatione parochorum exercere simoniam & tantùm non publicam nundinationem. Igitur omnem nunc pudorem se exuere posse credunt in vendendis Evangelicis parochiis. Et, quò quisque caput novit hominis perditissimi & omni flagitiorum colluvie polluti, eò promtiòr est ad nominandum eum parochiis Evangelicis Pastorem. Quid miseri hoc rerum statu Evangelici? Alii à Catholicis Patronis omma patrocinii jura redemerunt numis, exemplum habes in Noribergensibus, quibus Episcopus Bambergensis omnia Patronatûs jura vendidit, alii usi sunt repressaliorum, talionis cæterisque adversus hæreticos juribus. atque Patronos Pontificios destituerunt expuleruntque ex Ecclesiis Evangelicis*, id quod ante pacem Westphalicam factum, *infirmiores qui fuerunt, à Pontificiis Patronis solas nominationes aut commendationes redemerunt, aliis sacri patrocinii eisdem juribus relictis, aliqui etiam nominandi jura Pontificiis Patronis indulserunt, verùm nominatos ab illis, quâ Episcopi, postea repudiârunt ex insciticæ, malitiæ, simoniæ, suspicionis de hæresi causisque aliis* &c. Mira res, in Instr. pacis Westphalicæ jus Patronatûs etiam diversæ religionis patronis, prout illud in anno regulativo exercuere, relictum fuisse art. 5. §. 26. ubi quidem de Aug. Conf. addictis agitur saltem & *jus præsentandi*, imò & *confirmandi* ipsis. *in bonis Catholicorum mediatis* vindicatur ita quoque, ut, *si & electiones debito tempore & modo à Catholicis non fiant, &* tùm quoque *præbendarum vacantium collatio*, sed *in ejusdem religionis personas, cujus decedens fuit, ex jure devoluto ad eosdem pertineat.* Jam, cùm *exacta* inter utriusque religionis socios in I. P. stabilita fuerit *æqualitas* Art. 5. §. 1. ex capite analogiæ & Patronatûs jus in Ecclesiis Evangelicis Catholici exercent, quod in anno exercuere decretorio. Miror hinc, ill. Ludewigium l. c. §. 12. affirmare, quòd *res hæc* quidem *inter Lutheranos & Reformatos pace Westphalicâ* Art. 7. §. 1. *definita* fuerit, *nec quicquam verò, si evangelica parochia Patronum habeat Pontificium, aut eveniat res contra*, etsi mox C. 4. §. 1. col. 840. 841. aliter ex I. P. Art 5. §. 31. pronunciare videatur, ubi verò de jure Patronatûs in Ecclesiâ diversæ religionis exercendo non agitur. Addit idem l. c. notâ (s): *Nullius hodie exempli memini parochiæ Pontificiæ, quæ habeat nomina-*

nominationem Evangelicam. Exempla dare Wirtembergia potest, imò & Universitas nostra Tubingensis, quæ jus Patronatûs exercet in parochiâ Ringingensi Pontificiâ, exemplum & præbet in viciniâ parochia Müringensis Pontificia, in quâ Domini jus Patronatûs exercent. Quæri per parenthesin hîc possit, quî, salvâ conscientiâ, Patronus nominare ad parochiam possit hæreticum? cùm & Patronatûs jure excidat juxta Canonicum jus, qui hoc facit. Quæstionem negavimus in diss. de criteriis vocationis divinæ p. 15. Sed salva res est. Non enim nominat hîc Patronus hæreticum, quà talem, sed quà suis sustentandum sumtibus, ita tamen nominare debet, ut Ecclesiæ, cui datur, approbari possit & Episcopo. Jam, cùm reciprocum hoc jus Pontificiorum in Evangelicos & horum in illos sit, cùm & semper nominandus sit, qui fidem Ecclesiæ patronatæ profitetur, facile patet, pravum hoc esse facinus & turpe, si homines nauci, vitiis immersi, simoniaci nominentur, queis, ut faveamus, naturalis prohibet honestas. Sed &, si nominentur illi, nec alii nominari velint, abusus hic juris est Patronatûs, ob quem, qui illo gaudet, ab eodem dejiciendus est. Vide diss. nostram citatam p. 16. Si verò ob cessantem justitiæ administrationem, quam differt superior, vel denegatam illam, vel præpotentiam Patroni id fieri nequeat, & Episcopus jus devolutionis hîc non exercere nec Patronus ullâ ratione, ullo pacto, tentandum enim hîc est possibile omne, conciliari possit, ut honestè agat, Ecclesiis sanè vel nostris quoque sumtibus providendum est per constitutionem Pastoris honesti & idonei, vel saltem Vicarii. Salus enim Ecclesiæ suprema lex est, quam & hîc sequi par est, nec unquam descendendum in partem reatûs, quem Patronus turpiter contrahit. De acceptabilitate verò legitimâ Pastoratûs à Patrono hæretico collati in diss. de criteriis vocationis divinæ p. 15. diximus. Ad ultimam excusationis speciem, quæ à venditione officiorum politicorum depromitur, hæc habe. ℵ Ab officiis politicis ad sacra non valere sequelæ filum. Jam & ב nundinatio & venditio officiorum politicorum legibus civilibus prohibita olim fuit, uti Sigonius de judiciis populi Romani L. 2. C. 30. & Civilistæ ad ff. de lege Juliâ ambitûs, quam peculiari diss. de vetitâ officiorum venalitate diduxit van Espen suisque adjunxit opusculis, latiùs tradidere. Sed invaluit ב & subingruit semper contraria legibus consuetudo, referturque ך hujus nundinationis jus ad Principis regalia, saltem in causâ necessitatis exercendum publicæ,

Digitized by Google

ad rem publicam, quæ ob defectum rerum gerendarum patitur, hâc ratione tantiſper juvandam. Argumenta pro approbativâ & reprobativâ latiùs deduxit Albertus Willebrandus, JCtus Roſtochienſis in diſſertat. de venditionibus officiorum, vulgo, *von verkauffung der Aemter*, Roſt. A. 1693. datâ. Nos ita exiſtimamus. Vendi utique poſſe titulos, & dignitates politicas, in nudis honoribus & miniſteriis & ſervitiis conſiſtentes, licet non vendi poſſint, niſi perſonis dignis & honeſtis, ſed non poſſe vendi officia magiſtratuum vel adminiſtrationum ſive politiæ, ſive juſtitiæ, ſive redituum publicorum, ubi malverſatio committi poteſt. Vadit hoc in perniciem reipublicæ, juſtitiam hoc reddit venalem, pauperes, vel illi, quorum minutæ ſunt facultates, licet digniſſimi & rei publicæ utiliſſimi eſſe ſubinde poſſint, repelluntur, & via ſic paratur ad emungendos ſubditos, maximè, ſi magnum, ſi nimium ſit, quod datur pretium, quod deinceps avari Judices & Adminiſtratores contra Ex. 18, 21. à ſubditis extorquent rurſus, vel arte furtivâ & pravâ adminiſtratione reſtituunt ſibi, imaginarium domini lucrum, quod ex iſtâ venditione captat, eludentes. Non licet, excuſare factum, prætextu, quòd tamen digniſſimus poſſit eligi, licet electio ematur. Reſponſio ex jam dictis peti poteſt. Addi poteſt Kettwigius de ambitu antiquo & hodierno, & anonymi diſcurs *von Beſtellung Geiſt- und Weltlicher Aemter* 1708. 4.

(*n*) De involucris & palliis Simoniæ egere varii. Quosdam ſaltem dabimus. Explicavit hæc pallia Lud. Montaltius ſive Blaſ. Paſcalius dans la douxiéme lettre provinciale, ubi verò macilenta ſanè argumenti exhibetur tractatio, refutatus à Gabriele Danjele, Jeſuitâ Pariſienſi dans les Entretiens de Cleandre & d'Eudoxe Entr. 6. p. 497. ſqq. T. 1. du recueil de ſes divers ouvrages, Ancillonius de Simoniâ C. 7. ſqq. Morellus ſive Moreau, Canonicus Leodienſis dans le traité de la Simonie, particuliérement des voiles, dont on la couvre aujourdhuy à Liége 1689. 8. C. 13. ſqq. & van Eſpen in tractatu de Simoniâ circa beneficia, qui opuſculis ipſius inſertus eſt f. 233. ſqq. ut ipſum Jus Canonicum, ut noſtrates heic taceamus. Sunt verò pallia hæc 1. ſi quis, pecuniâ officium eccleſiaſticum qui emit, non intendat tàm officii ipſius, ſed primariò ſalarii conſecutionem, 2. ſi non intendat dare pecuniam, tanquam pretium pro officio, ſed ſaltem tanquàm motivum, quod alliciat Patronum ad officium conferendum, 3. ſi det pecuniam, ut honorarium ſaltem, adeoque 4. ex

ex capite gratitudinis, id quod prorsus adprobat Mauritius in diss. de Simoniâ §. 19. valetque sanè in Patrono, bona officia vocandi sic realiter agnituro, vel 5. liberalitatis & generositatis, offerendo sponte, non ex pacto c. 17. x. de sim. quæ virtutes in futuro Ecclesiæ Ministro prorsus laudandæ, nec exercitium illarum impediendum est, cùm 6. is sic Mamona injusto amicum sibi faciat Patronum, ut hic recipiat illum tanquàm Pastorem in tabernaculum Ecclesiæ Luc. 16, 9. vel 7. & ex capite compensationis debitæ & recognitionis pro collatâ præbendâ & pro operâ à Patrono præstitâ, vor die Mühwaltung, id quòd 8. legitimet consuetudo, itemque c. 18. x. de sim. ubi permittatur offerre electuarium aut de vino, aut de aliis hujusmodi, quæ modici pretii fuerint, vel & caballum &c. quemadmodum, si pro beneficio suffragii dederit competens gallum Calecuticum, qui in apud Megalopolitanos forsan & alibi, eapropter nuncupatur ein *Consistorial-Vogel*, non sit hæc ejusmodi remuneratio, quæ in censum venire possit, imò 9. dubitare neminem, quòd pro collatione officii ecclesiastici legitimè solvatur taxa, subinde & major, nullâ simoniæ accusatione oneranda, saltem 10. Patrono deberi epulum, certâ pecuniæ summâ redimendum. Ligneum esse ingenium, plumbeumve, turpemque & sordidam Candidati avaritiam, si hîc tergiversetur. Jam &, si 11. collatio officii ecclesiastici fiat sub conditione nuptiarum, quam approbent & hi & illi ex Theologis & JCtis, uti videre est ex nostrâ diss. de criteriis vocationis divinæ p. 19. & ubi Spartæ Martha adnectitur, concurrere hîc cum casu gratitudinis & casum misericordiæ & consolationis personæ in jure miserabilis, & unâ sic fideliâ duos dealbari parietes & duplicari, imò triplicari subinde beneficium atque toti prospici familiæ, pro Patrono tàm benefico preces ardentissimas ad DEum fusuræ. Nec 12. tanti rem esse, si & Martha hujus & illius convictûs turpioris suspecta sit. In promtu esse exemplum Hoseæ C. I. 2. sqq. Denique aliam prorsus esse rationem Patroni, cui alia sit religio à religione Ecclesiæ patronatæ. Hunc enim, cùm non existimet, verum esse DEI Ecclesiæque ministrum, quem eligere, nominare & præsentare necessum habeat, sed falsæ, sed hæreticæ præconem religionis, officium, ad quod illum vocet, pseudo-ecclesiasticum, profanum, impium, hæreticum reputare, & salarium, quod ut Patronus præstet, pro nudo victalitio habere, personæ odiosæ, imò odiosissimæ conferendo, ex cujus collatione vel cum vel sine transactione jure summo lucrum capere possit.

Digitized by Google

Paucis has larvas, hæc pallia pravæ ſimoniæ detrahimus. I. Abſonum eſt, dicere, quòd nundinatio illa nulla ſit, ubi promittitur daturque pretium, ſaltem, ut motivum, quod invitet Patronum, ad conferendum officium. Motivum gloriæ DEI & ſalutis Eccleſiæ ſolum illud eſt, quod Patronum movere debet hîc, vel prævalere ſaltem honeſtum debet turpi & indecoro, quùm proprii lucri cauſâ beneficium dat idem, in caſu, quo pro Candidato non orat dignitas, ſed orant thaleri, vel, major enim horum effaſcinatio eſt, Ducati. II. Parvum honorarium, quod largiuntur ſubinde Ordinationes eccleſiaſticæ, concedentes unum vel alterum numum argenteum vel aureum, e. g. *einen Roſenobel*, qui permittitur in receſſu religionis Hildesheimenſi de A. 1643. citato in dem Unterricht von den Straffen der Simonie im Stifft Hildesheim f. 4. in teſtimonium gratitudinis & recognitionis, ex proprio motu & ſincerâ mente, tranſeat hactenùs, tranſeat & munus leve, gallus calecuticus, niſi vinculum hîc injici velit, quod Patronum, quod ſuffragatorem ſaltem aliquatenùs liget, niſi quærat talia poſtuletve vel Patronus vel qui ſuffragium fert agatque turpiter perſonam famelici, tranſeat & gratitudo vel liberalitas Patroni in Candidatum, qui officia bona præſtitit, ſi dignior ſit competentibus. Ita detur vel tandem & pace meâ epulum, ſed in voracitatem & ebrietatem nolim ut degeneret Eph. 5, 18. 1. Tim. 3, 3. vel pro eodem poſcatur, quod nimium eſt, & crumenam Candidati, pauperioris maximè, vexet. Quid quòd Gregorius IX. c. 44. x. de Sim. conſuetudinem iſtam convivii & prandii reſpuit, quemadmodum & taxas memoratas IV. licet ad ſumtus Cancellariæ præſtandos & ſuſtentandos Notarios & ſcribas rectè applicentur, atque eatenus facilè legitimari poſſint, rejicit idem c. 1. x. de Sim. Certè non debent eſſe nimiæ hæ taxæ, nec vel bis vel ter poſci, quod in hoc caſu pulchrum non eſt, valetque & hîc proverbium, *ne quid nimis.* Quin nec V. conſuetudo purgare poteſt factum in ſe turpe. Ita Innocentius III. Cantuarienſi Archiepiſcopo c. 36. x. de Sim. præcipit, ut pravam conſuetudinem de ſuâ provinciâ ſtudeat abolere, per quam pro inveſtiturâ Archidiaconi marcham argenti, minores verò Decani vaccam albam ſibi poſtulent. Ita Honorius III. rejicit quoque donationem ſcyphi argentei tanquam turpitudinem manifeſtam, & Congregatio Concilii Tridentini rejicit quoque chirothecarum inter Canonicos diſtributionem à novo factam. Vide van Eſpen l. c. P. I. C. 2. §. 6. f. 238. 239. Quid valeat conſuetudo cæteroquin, vi-

de

Digitized by Google

de x. de conſuet. De conditione nuptiarum, quod V. monemus, ſententiam noſtram jam diximus in diſſ. noſtrâ citatâ p. 19. Ad Hoſeæ Prophetæ exemplum verò perperàm provocari in diſſ. de prædeterminatione divinâ ad peccata phyſicâ p. 18. ſqq. oſtendimus. Ejusmodi Delilæ & Marthæ profecto polluunt & inquinant ſpartam, faciuntque in intentione id, quod eſt principale, ſcilicet ratione Patroni. Denique ſine peccato, ſine læſione honeſtatis etiam naturalis, Eccleſiis quoque, hæreticas quas fingimus, vel quæ tales ſunt, obtrudi non poſſunt perſonæ turpi vel ſimoniæ vel aliorum vitiorum laborantes contagio, hominesque pravo exemplo offendiculo & ſeductioni futuri aliis, vel victalitia concedi hominibus, undique indignis. Si non licet hæreticis conferre beneficium ſub pœnâ excommunicationis, quam inferunt canones, cur non tranſigitur de hoc Patronatûs jure & ſumitur pecunia, uti fecit Bambergenſis Epiſcopus, jure Patronatûs Norimbergenſibus ſic ceſſo? Per latus verò hoc vexare Evangelicos & promovere Eccleſiarum Evangelicarum perniciem contra Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ militat, quod & Clericos dubio procul ſtringit Catholicos, qui ſanè dedignarentur Proteſtantis Patroni facinus, ſi eâdem viâ vexaret Eccleſias Catholicas. Valet hîc & ſacrum oraculum illud naturale: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Sed ſurdis credo narrari veritatem.

(o) Ad repagula ſimoniæ ſpectant quàm maximè exaſperationes legum contra ſimoniam, & exacta illorum executio, inquiſitiones in ſimoniacos omnium ſpecierum, & pœnæ, queis plectendi ſunt illi. Sed de his deinceps. Præter hæc celebrari videas juramentum Simoniæ, quod præſtandum eſt novo Paſtori in Conſiſtorio, & quo aſſeverat ille, ſe per ſimoniam pravasque largitiones vocationem non adeptum eſſe. Antiquum hoc juramentum eſt, & obtinuit ſubinde in officiis quoque politicis. Vide l. 6. C. ad legem Jul. repetund. & Nov. 123. c. 1. Nov. 137. c. 2. Concil. Tolet. XI. c. 9. Conc. T. VII. col. 567. ed. Ven. epiſtolam Calliſti II. ad Gaufridum Carnotenſem apud Launojum l. c. f. 483 cui adjici velim formulam juramenti Simoniæ in Eccleſiâ Carnotenſi receptam, relatam à Joh. Bapt. Soucheto ad Ivonis Carnot. ep. 133. Concil. Oxon. de anno 1222. can. 17. Conc. T. XIII. col 1073. & in Conciliis Britanniæ à Wilkinſio editis Vol. I. f. 588. Concilium Moguntinum de A. 1225. can. 11. Concil T. XIII. col. 1098. Reginaldum Polum de reformatione Angliæ decreto IX. Concil. T. XX col. 1028. & apud Wilkinſium l. c.

Digitized by Google

Vol. IV. f. 124. 125. & Concil. Mediol. I à Carolo Borromæo celebratum Conc. T. XXI. col. 27. 28. ubi formulæ hujus juramenti prolixæ recenſentur. Ita & juramentum Simoniæ injunctum videas in ordinatione Jo. Friderici, Ducis Brunsvicenſis & Lüneb. de anno 1675. *Wie ſich Patroni mit Verleybung der Pfarren zu verhalten haben* apud Bœhmerum in jure parochiali ſect. 3. C. 1. §. 22. p. 111. Maximè verò pertinet hùc Friderici I. Regis Boruſſiæ Conſtitutio A. 1699. edita, quâ Candidatis Miniſterii Boruſſicis hoc injunxit juramentum: *Ich* N. *ſchwöre zu GOtt dem Allmächtigen einen Eyd, daſs ich wegen der Pfarr-Amts zu* N. *niemanden ichtwas gegeben, verſprochen, noch zu geben gedencke, auch keiner Perſon, die mir occaſione dieſer Beförderung zur Heyrath hätte können vorgeſchlagen und recommendirt werden, die Ehe verſprochen, noch ihr Hoffnung dazu gemachet, als wahr mir GOtt helffe und ſein heiliges Wort.* Vide Bernh. von Sanden inſtruct. Miniſtrorum verbi ſect. 3. p. 315. ſqq. & Reinholdi Frid. Sahme tract. de juramento Simoniæ §. 9. 10. itemque Zieglerum de Epiſcopis L. II. C. 5. §. 70. Pertſchium de crimine Simoniæ ſect. 1. C. 6. §. 7. & Bœhmerum in J. E. P. L. V. tit. 3. §. 27. 28. ubi & allegat formulam juramenti Simoniæ Salisburgenſem ex Lünigii Spicil. eccleſ. Contin. III. f. 808. depromtum. Aſt quæri & hîc poſſit, num conveniat, ipſis quoque Patronis vel ſaltem ſuffragantibus Simoniæ juramentum imponere? Imò quæri & poſſit, num in genere conveniat juramentum ſimoniæ imponere, propter metum perjurii, facilè enim jurat ſimoniacus, & quòd cum injuriâ vocandi, qui honeſtus eſſe ſuo jure præſumitur, videatur eſſe conjunctum, quæ mens eſt Leyſeri med. ad Pand. T. 9. p. 921.

(*p*) De pœnis Simoniæ vel potiùs nundinationis realis & perfectæ, mentalis enim & conventionalis pœnæ non ſubjacent, officiorum eccleſiaſticorum pauca reſtant dicenda L. 31. C. de Epiſcopis & Clericis, quæ ſanè memorabilis eſt, videas perpetuam huic crimini inuri infamiam, & Nov. VI. c. 1. perpetuum exilium dictari delinquentibus. Canones eccleſiaſtici, id quod & ex Jure Canonico, locis ſupra allegatis patet, mox ſuſpenſionis, mox degradationis, mox excommunicationis infligunt pœnam, & hanc maximè laicis. Nulla porrò per ſimoniam electio & ordinatio fit, & Patronus, qui ſimoniam committit, jure excidit Patronatûs. Prius ex c. 5. 15. C. 1. qu. 3. c. 59. x. de elect. c. 27. x. de ſim. extrav. comm. L. V. tit. 1. c. 2. poſterius ex c. 1. x. ne Prælati vices ſuas, patet. Vide

Fin-

Digitized by Google

Finckelthauſ. de Jure Patronatûs C. VII. n. 27. p. 326. Lyncker. reſp. 122. n. 4. & Stryck. in uſu mod. tit. de lege ambitûs §. 2. & ad Brunnemannum L. 2. C. 8. §. 28. Fateor, pœnas haſce apud nos non eſſe ſuetas, uti deberent. Vix enim locum invenit, pro pravitate ſeculi apud nos reſtitutio & quidem dupli juxta c. 2. C. 1. qu. 3. c. 41. X. de ſimon. quæ Eccleſiæ læſæ facienda eſt Nov. 6. cap. 1. §. 9. niſi aliter jubeat Princeps, atque mulcta pecuniaria. Vide Reſcriptum Electorale Saxonicum de A. 1680. ad Conſiſt. Lipſ. apud Beyerum ad Carpzov. L. 1. def. 40. Velim conferri hîc Conſilium Fac. Juridicæ Heidelberg. in dem nöthigen Unterricht von den Straffen der Simonie in dem Stifft Hildesheim 1732. f. Aſt & caſſanda electio ſimoniaca novæque locus dandus & à voto excludendus vel planè ab officio movendus ſimoniacus, &, ubi Patronus hoc vitio ſe polluit, ad Epiſcopum jus devolvitur nominandi ſaltem hunc quoad actum, vel planè jure nominandi privandus ille, ſi poſſit, ut ſupra jam innuimus. Sed leves utique ſunt in foro ſoli hæ pœnæ, ſi comparentur cum gravitate pœnarum, quæ forum poli nundinatoribus ſacris infligit, cujus hæc eſt ſententia. PECUNIA TUA CONDEMNAT TE, TU TRAPEZITA PRAVE, QUI PUTAS, COELESTE MUNUS ACQUIRI NUMIS, FAC ERGO POENITENTIAM ET PRECARE DEUM, UT CONDONET TIBI, QUOD COMMISISTI, SCELUS, IMPIE NUNDINATOR, QUI EMTIONE ET VENDITIONE TUA DOMUM DEI POLLUERE HAUD VERERIS Matth. 21, 12. 13. Act. 8, 20. ſqq. Certè ad expiandum crimen hoc magnâ pœnitentiâ & magnâ converſione eſt opus. Claudimus hæc carmine, quod ex reliquiis MSS. & barbarie medii ævi ſervavit nobis Mabillonius in vet. Analectis f. 470. edit. novæ Pariſ

Pellit ab Eccleſia cunctos hæreſis Simonia,
Qui ſunt vendentes in eâ quicquam vel ementes.
Gratis præbenda gratis ſunt accipienda,
Quæ ſunt Eccleſiæ, pulſo trivio ſimoniæ.
Quisquis in hâc hæreſi defungens invenietur,
Inferni nunquàm de pœnis eripietur,
Non etiam, durum ſi martyrium pateretur. (*)

Eſt

(*) Ejusmodi verſuum Leoninorum ſive rythmicorum, ſed barberorum infimul & confragoforum maléque tornatorum, ut ait Horatius, in ſimoniam compoſitorum copiam exhibet collectio Flaciana poëmatum de corrupto Eccleſiæ ſtatu Baſileæ A 1556 edita, ſed Rittero in vitâ Flacii haud memorata, ubi p. 234. legitur de ſimoniâ vetuſtum carmen

Eſt hoc, quod Juſtinianus Nov. VI. c. 1. dicit: *Habebit* Simoniacus *à DEO pœnam & ſuccedent ei de cœlo ſupplicia.*

ADDITAMENTUM I.

SÆpiùs in mentem nobis lapſa jam eſt quæſtio: Num inmuratio Monachorum Proſelytorum, perpetua maximè, cum Inſtrumento pacis Osnabrugenſis & reciproco Reſervato eccleſiaſtico conveniat, & num, hæc enim præjudicialis eſt quæſtio, Clerici Catholici pace hâc teneantur? Prima neganda, poſterior affirmanda eſt, cùm pacis Osnabrugenſis inſtrumentum libertatem conſcientiæ adeoque religionem mutandi illibatam, ſartam, tectam, inviolabilem præcipiat Art. 5. §. 34. 48. art. 7. §. 1. maximè Art. 5. §. 15. cùm & de perſonis rebusque eccleſiaſticis validè diſpoſuerint ſummi Paciſcentes, nullaque & invalida ſit prorſus Innocentii X. contra pacem Weſtphalicam proteſtatio, quam & ante annum Francofurti eâdem cum nullitate repetit Nuntius Pontificius, Georgius ab Auriâ, Archiepiſcopus Chalcedonenſis in partibus, Benedicti XIV. Prælatus domeſticus. Multa quippe in hâc rerum mortalitate fiunt dicis ſaltem gratiâ, effectu omni orba. Vide ſermones noſtros academicos de jure publico Eccleſiaſtico Proteſtantium in Germaniâ p. 295. 296. 438. ſqq. Gravis per conſequens delicti rei fiunt & fractæ pacis rei, qui Monachos ad religionem Proteſtantium abeuntes ex capite fractæ obedientiæ & apoſtaſiæ per abuſum ſic dictæ monachalis inmurant, ſive carceri perpetuo cum carenâ mancipant, digni &, qui puniantur ob fractam pacem, contra quam nulla jura canonica vel Conciliorum decreta unquam allegari, audiri aut admitti debent Art. XVII. §. 3. Non valent itaque, quæ diſponuntur c. 5. x. de Apoſt. itemque in ſexto c. 3. de jud. c. 1. de hæret. ubi perpetuam inmurationem ſtatuit Gregorius IX. ibidemque c. 3. de pœnis & ſi quæ Statuta Monaſtica incarcerationem perpetuam cum carenâ injungant. At verò cottidianis exemplis contra pacem Oſnabrugenſem heic delinqui videmus. Dignæ ſunt hæ quæſtiones, quas largâ expoſitione diducat ſolidus & rerum oppidò gnarus Publiciſta.

ADDITAMENTUM II.

QUæritur, num liceat, contra ſtatum anni decretorii ita religionem introducere ſuam, ut diverſæ addictis religioni decedentibus ſufficias

men hexametrum in Loſingam, Epiſcopum Anglum ſimoniacum, quod & exſtat in Goodwini Epiſcopis Norvicenſibus & cujus initium: *Crevit in Eccleſiâ monſtrum, genitore Loſingâ*, itemque p. 415 apparent dactylici Leonini in Romam, quòd ſit inſatiabilis, incipientes: *Eccleſiaſtica Roma negotia cùm moderetur.* Vide Lyſeri hiſtoriam Poëtarum & poëmatum medii ævi p. 2127. ſqq. Hoc eſt ſaltare cum grallis.

Digitized by Google

cias ſemper addictos tuæ, donec tota communitas ad tuam redierit? Diximus jam in den Reden übers Kirchen-Recht p. 382. 383. non raros eſſe hujus doli, qui manifeſtus ſit & totum negotium vitiet, caſus, diſſenſimusque hîc à Moſero, contrarium ſtatuente. Nec ſanè vel qualitas feudalis vel ſubfeudalis, vel territorii jus, verum, controverſum vel prætenſum, vel criminalis aut baſſa jurisdictio dolum iſtum purgant, vel jus reformandi annum regulativum tribuunt. Vide Inſtr. pacis Osnabr. art. 5. §. 42. 43. 44.

ADDITAMENTUM III.

Tertiam, ne vacet pagina, quæſtionem adjungimus. Valentne pacta inter Principem ſubditosque facta, adverſa paci Weſtphalicæ? Reſpondeo cum diſtinctione. Vel enim pacem Weſtphalicam præceſſere, vel condita demùm fuere poſt eandem. Si præceſſerint, abolita ſunt, quatenùs adverſantur illi Vide Art. II. V. §. 2. 25. 33. 44. XV. 1. Si paci demùm ſucceſſerint, valent, ſive adverſa ſint, ſive non ſint. Vide Art. V. 31. ubi expreſsè diſponitur: *Hæc omnia obſerventur eousque, donec inter ſtatûs immediatos eorumque ſubditos aliter erit conventum*, & §. 33. ubi: *ab obſervantiâ dicti anni 1624. mutuo conſenſu recedere liceat.* Aſt ſi hoc, cur ergò dicitur Art. XVII. §. 3. *contra transactionem* Weſtphalicam *ullumve ejus articulum aut clauſulam nulla pacta ſeu dedititia, ſeu alia ſive præteriti ſive futuri temporis unquàm alleganda, audienda aut admittenda eſſe.* Reſpondeo, ſi ſponte jure ſuo, quod dedit Pax Weſtphalica, ceſſerint, eo qui pollent, ſive Princeps, ſive ſtatus Provinciales aut ſubditi, non largitur ſaltem hoc, ſed & firmat pax Weſtphalica, à cujus hanc in rem conſtitutione non licet recedere. Neque enim generales pacis Weſtphalicæ conſtitutiones ullis pactis abolere vel caſſare licet. Hinc, quæcunque pacta exceptionem iſtam, quâ juris fit ceſſio, non admittunt, paci Weſtphalicæ adverſa, ipſo jure ſunt nulla, valida autem, quæ admittunt illam, ita, ut, cùm confirmatione antecedaneâ pacis Weſtphalicæ munita ſatis ſint, nullâ quoque confirmatione egeant, niſi quæ executionem, ſi contraveniatur, faciliorem reddant ſaltem. Nolim tamen trahere hùc reverſales illas literas, quas ſtatibus provincialibus Wirtembergicis de religionis Catholicæ exercitio in terras has nullatenùs & nunquàm introducendo dedit glorioſæ hinc memoriæ Princeps CAROLUS ALEXANDER, cùm nihil heic exſtet, quod non legitimâ prorſus conſequentiâ ex Inſtrumento fluat pacis Weſtphalicæ, quo ſimultaneum religionis catholicæ exer-

Digitized by Google

citium, anno 1624. adversum, proscriptum esse penitùs in sermonibus academicis de jure ecclesiastico publico Protestantium in Germaniâ ad oculum demonstravimus. Jubar hoc veritatis est, ad quod caligare non possunt, quorum pectus studio partium haud tenetur. Si pacta, si privilegia, queis recedere aliquis de jure suo potest, pax firmat Westphalica, uti ostendimus, multo magis firmabit illa eadem, quæ prono alveo ex eâdem fluunt, maximè, si à Consilio aulico Imperiali & Cæsareo ratihabeantur simpliciter, ab Augustissimo vi Capitulationis novissimæ Art. XVI. §. 12. 14. 15. firmanda prorsus. Liceat veritatem dicere, in aprico positam solis, & hujus radiis scriptam.

ADDITAMENTUM IV.

Pacta, transactiones, privilegia circa religionem data, ante pacem Westphalicam facta, data, concessa, autoritate Cæsareâ firmata valere, si dictæ haud adversentur paci, atque in hâc confirmata esse, ex locis Instrumenti pacis citatis patet, nullumque est dubium, illa, si novis actibus & instrumentis repetantur, firmenturque, miris modis & ita quidem consolidari, ut, nisi mutuo Principis & statuum provincialium consensu, solvi planè nesciant. Exemplum præbuerint eædem illæ reversales literæ, quas in additamento priore laudavimus. Medulla illarum est simultanei diversæ religionis exercitii proscriptio, jam in transactione Pragensi de A. 1599. sub auctoritate Rudolphi II. Imperatoris facta, per anni regulativi 1624. in pace Westphalicâ determinationem factam confirmata, in reversalibus hisce nonnisi explicatiùs repetita & solenniora reddita, summis modis omni tempore spontanea, nullis technis, nisi, quæ ipsam elidant pacem Westphalicam, quæ est Palladium Statuum Imperii, elidenda.

ADDITAMENTUM V.

Mirum, tantoperè succensere mihi potuisse clariss. Bannizam, JCtum Herbipolitanum, in diss. de subsidiis interpretationis doctrinalis pacis religiosæ & Westphalicæ p. 4. 5. quòd in dissertatione de Zizaniis non evellendis p. 10. Pontificem Romanum vocaverim Æolum atque ad ipsum applicaverim hos Virgilii versus:

Illâ se jactet in aulâ &c. &c.

Nullum

Digitized by Google

Nullum planè hinc odium præpoſterum vel in Romanam Eccleſiam vel Pontificem ejusdem maximum exſculpi poteſt. Fuit certe Æolus Rex Æoliæ, olim pietate & juſtitiâ, magnâque rei nauticæ peritiâ clarus, in numerum deorum poſt fata receptus, atque ſorte imperium in ventos, ſed, quod probe notandum, in terrâ ſaltem firmâ obtinuit. Hinc, cùm ventis in mare Tyrrhenum emiſſis claſſem Trojanam disjiceret, à Neptuno, maris deo, objurgatus fuit, quòd limites imperii ſui migraret. En tertium illud, in quo comparavimus eum Æolo Pontificem Romanum. Qui cùm Monarchiam univerſalem in totam Eccleſiam Chriſtianam prætendat, migrat limites in Concilio Nicæno poſitos, quod ipſius jurisdictionem ad Patriarchatum vel Diœceſin Romanam reſtringit. Conſtat, quî poteſtatem ejus limitatam velint doceantque & Conciliorum Canones, & Eccleſia Orientalis tota, & Gallicana, & Hiſpanica, & Germanica quoque, quarum libertates notæ ſunt, in Comitiis publicis ab Imperatoribus, Regibus, Epiſcopis & Statibus Pontifici Romano oppoſitæ, cujus jurisdictionem ſacram in Eccleſias Proteſtantes ſuſpenderunt, imò abolerunt ſummi Paciſcentes in pace Weſtphalicâ. Hi ſunt Neptuni illi, qui contra Pontificem egere, non ego, his ſuccenſendum eſt, quorum ego ſaltem mentem interpretor. Sed nec in Concilio Nicæno, quod Banniza putat, Can. 39. Pontifex Romanus dicitur *Caput & Princeps omnium Patriarcharum.* Nec Can. 6. Nic. dicitur: *Eccleſia Romana ſemper habuit primatum.* Etſi enim de primatu *ordinis*, non *jurisdictionis*, quo gaviſa eſt jure humano olim, nolimus diſputare, tamen & hæc verba & ille Canon ſuppoſititia ſunt, quicquid cantet heic Eugenius Lombardus, ſive Cæleſtinus Sfondratus, quem noviſſimæ quoque Conciliorum editiones, Harduini Pariſienſis & Coleti Veneta, itemque actio XVI. Conc. Chalced. ubi ex authentico Codice legati Romani de ſuppoſitione iſtâ convicti fuere, refellunt, id quod & contra Scheffmacherum diximus & demonſtrârunt Spanhemius, Basnagius, Binghamus, alii. Sed de his quidem alibi in genere dicemus prolixius, non in ſpecie contra cl. Bannizam, quem, cùm nos quidem contra ipſum dulcem inflâſſemus tibiam, audire porrò diſplicet, cùm agreſtem jam ille inflet, quod oppidò miramur.

Digitized by Google

DISSERTATIO
IN VERBA CHRISTI:
REGNUM MEUM
NON EST
EX HOC MUNDO.

§. I.

VIdeas, in oraculo, quod explicatum imus, Christum sibi adscribere regnum primò κατὰ θέσιν & affirmativè, sed & secundò κατ' ἄφεσιν negativè declarare, quale illud non sit, *regnum meum*, inquit, *non est ex hoc mundo.* In tabulis N. T. frequentissimè occurrit ἡ βασιλεία, ἡ βασιλεία θεοῦ, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἡ βασιλεία Χριστοῦ. Qui inspexerit loca in Concordantiis evolvenda, facile perspexerit, his vocibus innui mox regnum Messiæ & Ecclesiam N. T. idque tùm in statu exinanitionis per prædicationem Evangelii cœptum, tùm in statu exaltationis exercendum, tùm ante judicium extremum, idque sive gratiæ, per propagationem Evangelii mirabilem in toto mundo & effusionem Spiritûs S. miraculosam, sive iræ, per judicium in urbem Hierosolymam, tùm post judicium extremum, quod dicitur regnum gloriæ, rursusque duplex sive gratiæ sive iræ est. Nolim, ut, quùm dicitur βασιλεία τῶν οὐρανῶν, vocem postremam inconsultè premas. Jam enim certo certius est, his vocibus, ut regnum gloriæ, ita & gratiæ, regnum Messiæ in his terris erigendum ejusque rationem innui. Constat, penes Judæos eum dici suscepisse in se מלכות השמים *regnum cœlorum*, qui legibus divinis sese submiserit. Vide Schöttgenii diss. de regno cœlorum, quæ prima est horis hebraicis & Talmudicis in N. T. T. 1. adjecta. Quicquid de cœlis est, à Deo est Jac. 1, 17. & ἐπουράνιον est Eph. 1, 3. 2, 6. cœleste, inquam, est, etsi & in terris sit. Vide lectiones nostras germ. in Theol. Dogm. p. 289. 290. Estque hæc denominatio regni cœlorum, quod idem Christi dicitur & est, eò notanda magis, quòd innuit, regnum Christi mundanum & corporale haud esse, per jurisdictionem coactivam exercendum, & per arma carnalia stabiliendum, sed divinum & spirituale, regnum in animas magis quàm corpora, erigendum per prædicationem Evangelii & per Spiritum S. hujusque

Digitized by Google

jusque charismata in fideles effundenda. Atque hoc est, quod Salvator in textu nostro dictum vult. Accusârant illum Judæi coram Pilato, quòd diceret se Judæorum Regem populumque ad rebellionem contra Cæsarem incitaret vetaretque illi tributum pendi Luc. 23, 2. Hinc Pilatus ad ipsum: *Esne igitur Rex Judæorum?* Respondit Christus: *Esse se Regem quidem sed non ex hoc mundo*, non ex mundanis Regibus, quorum jurisdictionem prorsus non adfectet, alius planè & cœlestis & divini ordinis. Quo responso sopitus Pilatus ipsum absolvit Joh. 18, 38. *Mundus* igitur *hic* est mundus præsens, qui constat ex hominibus, quatenus magistratibus politicis subjecti sunt. Mundus verò futurus ille est, qui omne imperium humanum & civile respuet 1. Cor. 15, 24. & sub imperio DEI immediato stabit.

§. II.

Textum ita explicantibus obviant nobis I. Judæi, causantes, hoc ipso, quòd fassus sit Christus, regnum non esse ex hoc mundo, fassum & esse illum, quòd non sit verus Messias. II. Chiliastæ, qui statuunt, hæc de statu exinanitionis suo saltem pronunciâsse Christum, qui ante judicium extremum venturus adhuc visibiliter sit ad regnum mundanum in his terris erigendum, III. Romanenses illi, qui affirmare sustinent, Christum re verâ esse Regem mundanum, cui in specie regnum Judææ jure quoque humano competierit, imò regnum totius mundi divino competat, ex quo sequatur, & Pontifici Romano, qui ipsius in terris sit vicarius, competere jus sive directum sive indirectum in regna hujus mundi sive fidelium sive infidelium, inque temporalia, ut ajunt, IV. Anabaptistæ, Sociniani, Quakeri, qui ex textu nostro probare contendunt, non licere Christianis, magistratum capessere, bella gerere, judicia capitalia exercere, V. Manichæi, qui ex h. l. contendunt, mundum hunc non esse à DEO, sed ab Angelis malis creatum, VI. Benjamin Hoadly, Episcopus Anglus, qui ex h. l. dicitur arguisse, quòd Ecclesiæ nulla competat prorsus sacra jurisdictio, nulla hierarchia. Agamus, ita placet, primò cum Judæis.

§. III.

Hi verò putant, se non invenisse hîc, quod pueri in fabâ. Jam enim ex V.T. constare ajunt, promissum à Deo Judæis in captivitatem sive Assyriacam sive Babylonicam omnemque aliam abducendis atque inter gentes dispergendis fuisse Regem ex stemmate Davidis oriundum Jes. 9, 6. 11, 1. sqq. Jer. 23, 5. 6. 30, 21. 33, 15. sqq. Ezech. 34, 23. 24. 37, 24. Mich. 2, 13. 4, 7.

Digitized by Google

4, 7. 5, 1. Zach. 9, 9. 14, 9. Pſ. [illegible] 6. 45, 2. ſqq. 47, 3. ſqq. 72, 1. ſqq. 89, 5. 30. 37. 38. 93, 1. 2. 96, 10. 110, 5. ſqq. qui & nomen Davidis geſturus ſit, tanquàm alter David, David II. Jer. 30, 9. Ezech. 34, 23. 24. 37, 24. 25. Hoſ. 3, 5. cujus regnum futurum ſit longè ampliſſimum, ſuper totum mundum, ab oriente usque ad occaſum, à mari ad mare, usque ad fines terræ Pſ. 2, 8. 22, 28. 29. 72, 8. Jeſ. 49, 6. 59, 19. Mich. 7, 12. Zach. 9, 10. 14, 9. Mal. 1, 11. pacificum Jeſ. 2, 4. 9, 6. 7. 32, 17. 18. 52, 7. 60, 17. 66, 12. Ezech. 34, 25. 37, 26. Hagg. 2, 10. Zach. 9, 10. Pſ. 72, 3. 7. ſine fine & æternum 2. Sam. 7, 16. 1. Reg. 8, 25. Pſ. 45, 7. 72, 5. 7. 17. 89, 5. 29. 30. 34. 37. 38. 132, 12. 145, 13. Jeſ. 9, 7. Jer. 33, 17. 21. 25. 26. Ezech. 37, 24. 25. Danj. 2, 44. 7, 14 18. 27. Mich. 4, 7. coll. Luc. 1, 33. 2. Pet. 1, 11. Apoc. 11, 15. quo imperante omnes Judæi ſint convertendi olim Levit. 26, 40. ſqq. Deut. 4, 30. 31. 2. Chron. 15, 2. ſqq. Jeſ. 10, 20. ſqq. 29, 22. ſqq. 49, 5. 52, 8. 59, 20. 21. Ezech. 20, 40. ſqq. Hoſ. 2, 14. ſqq. 3, 4. 5. Zach. 10, 10. ſqq. 12, 10. ſqq. 13, 9. coll. Rom. 11, 25. 26. ita quidem, ut ex meris piis & ſanctis conſtet dein populus Judaicus Jeſ. 4, 3. 4. 11, 9. 27, 9. 33, 24. 45, 25. 59, 20. 21. 60, 18. 21. 62, 12. Jer. 3, 17. 31, 34. 32, 39. 33, 8. L. 20. Ezech. 36, 27. 29. 37, 24. 28. Danj. 7, 18. & reducendi ex omnibus gentibus in terram ſanctam Deut. 30, 3. ſqq. Jeſ. 35, 10. 43, 5. 6. 49, 8. 9. 51, 11. 52, 12. 56, 8. 61, 1. 66, 20. Jer. 3, 14. 23, 3. 29, 14. 30, 3. 10. 18. 32, 37. ſqq. 33, 26. Ezech. 28, 25. 34, 13. 36, 24. 37, 21. ſqq. Joël 3, 6. Amos 9, 14. Zeph. 2, 7. 3, 19. 20. ſpeciatim ex Aſſyriâ Jeſ. 10, 20. ſqq. 11, 11. ſqq. 27, 13. Jer. 3, 14. ſqq. 31, 1. ſqq. 23. ſqq. Ezech. 16, 53. ſqq. 37, 16. ſqq. 39, 25. ſqq. Zach. 10, 10. id quod tamen negari videtur Hoſ. 1, 6. 6, 11. 9, 15. Amos 5, 2. 8, 14. & Babele Jeſ. 14, 1. ſqq 45, 1. ſqq. 46, 11. 48, 20. Jer. 3, 14. ſqq. 24, 6. 31, 8. ſqq. 33, 7. 11. 26. L. 19. punitis & deſtructis vel ſubjectis gentibus quibuscunque, Judæorum maximè hoſtibus & perſecutoribus Gen. 22, 17. Deut. 32, 43. Pſ. 2, 9. 110, 6. 149, 7. Jeſ. 2, 4. 10, 12. 13. 24. ſqq. 13. ſqq. 14, 4. ſqq. 24, 21. 25, 2. 26, 11. 29, 8. 30, 28. 31. ſqq. 31, 8. 9. 33, 1. ſqq. 34, 1. ſqq. 47, 1. ſqq. 49, 7. ſqq. 54, 3. 60, 7. ſqq. 61, 5. ſqq. 63, 6. 66, 12. ſqq. Jer. 3, 9. 30, 11. 16. 46. ſqq. Ezech. 25. ſqq. 38. 39. Joël 3, 7. ſqq. Obad. 15. Mich. 4, 3. 13. 5, 5. 14. Zeph. 2, 1. ſqq. 3, 8. Zach. 9, 10. 12, 3. ſqq. 14, 2. ſqq. Pſ. 111, 6. convertendis tamen & ad hunc Regem Meſſiam Gen. 22, 18. 49, 10. Pſ. 2, 8.

Digitized by Google

2, 8. 22, 28. ſqq. 47, 10. 72, 8. ſqq. 86, 9. 87, 4. ſqq. 96, 3. ſqq. 102, 16. 117, 1. Jeſ. 2, 3. 5, 26. 9, 1. ſqq. 11, 10. 19, 23. 25. 25, 6. ſqq. 40, 4. 5. 42, 1. 6. 11. 12. 45, 22. 49, 6. ſqq. 51, 4. 52, 10. 15. 54, 1. ſqq. 55, 5. 56, 3. ſqq. 60, 3. ſqq. 62, 2. 65, 1. 66, 21. Jer. 3, 17. 19. 4, 2. 16, 19. Ezech. 37, 28. Amos 9, 11. 12. Mich. 4, 2. Zeph. 2, 11. 3, 9. 10. Hagg. 2, 8. Zach. 2, 11. 8, 22. 23. 14, 8. ſqq. & ad cultum Judaicum Jeſ. 19, 21. 56. 6. 7. 66, 20. 21. Zach. 14, 16. ſqq. Mal. 3, 11. æternâ quippe lege conſtitutum Gen. 17, 7. 13. Exod. 12, 17. 21, 16. 17. Lev. 6, 13. 16, 34. 23, 14. Deut. 29, 29. 30, 2. 8. 10. Pſ. 78, 5. 6. 109, 152. Jeſ. 59, 21. Jer. 33, 18. atque ita vaticinari Prophetas, reſtitutum iri regnum Iſraëlis in ſtatum longè glorioſiorem, ac fuit unquàm Jeſ. 30, 18. ſqq. 32, 1. ſqq. 33, 12. ſqq. 35, 1. ſqq. 45, 17. 49, 6. ſqq. 51, 3. ſqq. 54, 11. ſqq. 61, 3. ſqq. 62, 1. ſqq. 65, 9. 10. 17. ſqq. 66, 12. ſqq. Jer. 33, 7. Ezech. 28, 26. 34, 23. ſqq. 36, 8. ſqq. 37, 3. ſqq. Amos 9, 11. ſqq. Zach. 10, 6. ſqq. 12, 8. reædificatis Hieroſolymis & templo Jeſ. 24, 23. 49, 17. ſqq. 58, 12. 61, 4. ſqq. Jer. 30, 18. 31, 38. ſqq. 33, 10. ſqq. Ezech. 40. ſqq. Joël 3, 25. Zach. 1, 17. 2, 12. Crediderunt hinc & diſcipuli Chriſti, JEſum Nazarenum Iſraëlem liberaturum Luc. 2, 38. 19, 11. 24, 21. & regnum Iſraëliticum reſtituturum Matth. 20, 21. Act. 1, 8. Jam vero ajunt Judæi, hæc omnia in JEſu Nazareno haud impleta fuiſſe, qui edixerit ipſe, *regnum ſuum non eſſe ex hoc mundo.* Magnum hoc impedimentum converſionis Judæorum eſt, qui literæ Propheticæ inhærent nimis. Scrupulus & hîc Deiſtarum eſt, qui cauſantur, falſa iſta vaticinia omnia eſſe, quæ, cùm dudùm impleri debuerint, impleta ſint nondum.

§. IV.

Digna ſunt hæc, quæ diluantur. Obſervamus autem I. vaticinia hæc, quæ dudùm impleri debuerunt, quoad literam impleta non fuiſſe. Complementum clavis prophetiarum eſt. Si hoc, recedendum ab illâ & ad metaphoram confugiendum, ſi complementum aliud jubeat. Agnovere hoc, qui ſapientiores inter Judæos fuere, dicterio communi, quod eſt: כל ענין המשיח אלהי ולא גשמי *Omne negotium Meſſiæ divinum eſt, non corporale.* Quis e. g. quæ de feris beſtiis tempore Meſſiæ feritatem ſuam depoſituris Jeſ. 11, 6. 7. 8. 65, 25. Hoſ. 2, 18. de montibus & collibus in planitiem vertendis Jeſ. 40, 4. aliaque hujus generis vaticinia craſſè & ad literam explicârit? Quis, quæ de templo novo & Hieroſolymis novis & terrâ

ſanctâ

ſanctâ edixit Ezechiel, juxta literam intellexerit, quæ impleri neſcit? Et quis quæſo de Rege terreno, Judæis civiliter imperaturo & glorioſe regnaturo oracula prophetica expoſuerit, cujus exinanitionem, paſſiones, mortem, paupertatem tàm clarè deſcribunt Prophetæ, cui non armis Jeſ. 2, 4. 9, 5. Hoſ. 1, 7. Mich. 4, 3. Zach. 4, 6. 9, 10. ſed ſpiritu oris ſui Jeſ. 11, 4. & judiciis θηλάτοις agendum erat? cujus reſurrectionem, aſcenſum in cœlos & ſeſſionem ad dextram Patris, atque regimen ſic de cœlis in terras gerendum tam perſpicuè deſcribunt Prophetica oracula? Obſervamus II. Oracula prophetica indigitare ſubinde ſaltem deſtinationes divinas ſive gratioſas, ſive judiciales, à certâ conditione pendulas, quâ non impletâ, nec implentur ipſæ, vel ſaltem ex parte implentur. Vide Raymundi Martini pugionem fidei P. 2. diſt. 1. C. 15. Sunt hæc vaticinia ſcientiæ in DEO mediæ & decretorum conditionatorum, de quibus in diſſ. de rectâ Theologiæ propheticæ conformatione p. 27. 32. diximus, & ubi dedimus exemplorum farraginem. Scilicet & magna pars vaticiniorum allegatorum de reductione ſaltem ex captivitate Babylonicâ, quæ contigit, agit, nec dubium eſt, fuiſſe & quàm plurimos Judæos, qui ex Aſſyriacâ aliisque terris, in quas diſperſi erant, in Palæſtinam tùm & pòſtea quoque redierint. Quòd autem totalis & ſimultanea reductio Judæorum ex omnibus terris, in quas diſperſi fuere, haud facta fuit, quòd vaticinia de eâdem lata cum conſectariis haud impleta fuere, in promtu eſt ratio, quam & allegat Paulus 1. Theſſ. 2, 15. 16. Scilicet hoc beneficio ipſi ſe reddiderunt indigniſſimos, non ſaltem rejiciendo, ſed & ad diriſſimam mortem tradendo Meſſiam, quem venerari, quem ambabus ulnis recipere debebant, ſanguinem ipſius ad vindictam ſuper ſe advocantes. Matth. 23, 34. ſqq. 27, 25. Act. 3, 13. ſqq. 1. Cor. 2, 8. Quæ itaque corporaliter & ad literam in Judæis impleri non potuere, implentur ſpiritualiter in Zione ſpirituali ex Judæis & gentibus converſis conſtante, quæ & Jeruſalem cœleſtis audit, hîc militans, ibi triumphans, ſplendorem ſuum glorioſum, quem heic nanciſci haud potuit, olim in cœlis nactura. Gal. 4, 26. Eph. 2, 21. 22. 1. Pet. 2, 5. Ebr. 11, 22. Apoc. 3, 12. 11, 2. 20, 9. 21. 2. ſqq. Rejecto nempe populo Judaico & ad τέλος usque 1. Theſſ. 2, 16. rejecto gentes in locum ejus adoptatæ fuere Act. 13, 46. ita, ut, quæ Judæis datæ erant promiſſiones gratioſiſſimæ, implendæ fuerint in his, id quod ex Jer. 31, 31. ſqq. coll. Ebr. 8, 8. ſqq. clariſſimè liquet. Unde, donec plenitudo gentium intraverit, intrabit autem illa usque ad tempus judicii extremi, induratio Judæis contingit, ita tamen, ut his & illis crediturus janua Eccleſiæ

Digitized by Google

siæ Christianæ semper maneat adaperta, & vel tandem omnis Israël & corporalis, & spiritualis, hic ex gentibus constans, uterque successiva conversione salvetur. Luc. 21, 24. 25. Rom. 11, 25. 1. Cor. 3, 14. sqq. ubi: *Si verò converterit se ad Dominum.* Observamus III. incassum exspectari reædificationem templi, & Hierosolymæ pristinæ. Ne minima quidem tanti eventûs apparentia est. Nec enim unquàm vel templum vel Jerusalem reædificabitur 1. Reg. 9, 7. 8. Danj. 9, 26. 27. Matth. 23, 38. Luc. 21, 24. 25. & quæ de reædificandis templo & Hierosolymis legitur in sacris, ad templum secundum & Hierosolymas secundas, vel cœlestes spectant aut metaphoricas, Ecclesiam N. T. militantem aut triumphantem, quæ hâc facie, hoc emblemate pingitur in locis supra allegatis. Ast & de visionali & metaphoricâ agunt saltem loca Apocalyptica citata. Observamus IV. quemadmodum duæ saltem dantur reductiones ex exilio Ægyptiaco & Babylonico factæ Jes. 11, 11. Jer. 16, 14. 15. 23, 7. 8. ita unicam saltem restitutionem fuisse promissam à Prophetis populo Judaico, non duas, & quidem tanto seculorum intervallo inter se distantes & unicæ huic affixum esse novum illud & glorioſum regnum Davidis ll. æternum illud. Certè inchoari illud dudùm debuit, nec inchoari potuit, nisi republicâ Judaicâ ad secundum interitum prorsus inclinante Gen. 49, 10. Danj. 9, 24. sqq. Quod si ita est, est hoc, quod V. observamus, regnum spirituale Messiæ, per prædicationem Evangelii plantatum, quod æternum est, ita, ut regnum civile stirpis Davidicæ abierit in regnum spirituale Messiæ, Davidis ll. quem in JEsu Nazareno veneramur. Repræsentatur itaque captivitas ista spiritualis, cui peccatum nos mancipavit, captivitate Judæorum exilioque corporali, uti restitutio Israëlis resuscitatione mortuorum Ezech. 37. & restitutio Israëlis corporalis emblema est, quod spiritualem erectionem regni Messiani per Evangelium significat, uti ex Amos 9, 11. sqq. coll. Act. 15, 16. 17. liquet. Ita & magnifica illa promissio Joel 3, 1. sqq. ex parte saltem quoad literam impleta est Act. 2. in Apostolis, in omnibus fidelibus N. T. adimplenda per illuminationem eorum ordinariam, quæ per verbum Evangelii fit. Et quod in hoc ævo non impletur in Ecclesiâ militante Messiæ splendoris & magnificentiæ, implebitur, uti jam innuere cœpimus, in triumphante, in ævo felici illo, quod exspectamus. Apoc. 21. 22. Hoc est conspicillum illud Propheticum, quod visum per ea, quæ in hoc tempore fiunt, in æternitatem ducit & quod complementum vaticiniorum, quod in hoc ævo saltem partiale est, in altero totale monstrat & plenarium. Non est, quòd causentur Judæi, torqueri sic literam propheticam, quæ

Digitized by Google

tota est ænigmatica, emblematica & metaphorica, nec, ut diximus, monstrari potest adimpleta, cùm dudùm adimplenda fuisset. Certum enim VI. est ex oraculis antiquis, dudùm jam venire debuisse adeoque & venisse Messiam, cujus tempore mox omnia ista magnifica, quæ de restitutione Israëlis dicta fuere, adimplenda fuerant. Certum & VII. hostes à Messiâ debellandos esse hostes Ecclesiæ, nec VIII. restituendum unquàm cultum Judaicum, sub cujus schemate cultus N. T. repræsentatur, ut aliâs docuimus.

§. V.

Judæis missis ad Chiliastas pergimus, qui contendunt, magnificas hasce promissiones divinas, quæ nondum impletæ quoad literam sint, adhùc adimplendas esse, Christum quippe visibiliter rediturum è cœllis in has esse terras ad regnum millenarium cum sanctis gerendum Hierosolymis, capropter reædificandis, destructo priùs Antichristo & judiciis in infideles gentes effusis, conversis Judæis & in terram sanctam reductis. Provocant verò ad omnia illa Oracula vetera, quæ jam adduximus, glorioſissimum Ecclesiæ N. T. statum, qui nondum sanè adparuerit, pingentia, in specie ad Danj. 2, 44. 7, 8. sqq. Apoc. 11, 15. 19, 6. 20, 4. Urgent, nondum factam esse conversionem Judæorum in ultimis temporibus, tàm clarè Hos. 3, 5. prædictam, nondum apparuisse duos illos testes Apoc. 11. nondum destructum esse Anti-Christi regnum Apoc. 17. 18. & quæ ejusmodi sunt. Familiare hoc Prophetis esse, eventus futuros in vaticiniis conjungere, licet magno temporum intervallo à se distantes, iisque, qui conversionem Judæorum universalem & simultaneam adhùc exspectandam statuant, ea quoque statuenda esse, quæ à Prophetis cum illâ connectantur. Non officere sibi porrò nostrum textum. Christum verba sua ad statum exinanitionis saltem per voculam νῦν *nunc*, restringere, nec dicere, regnum suum non esse *hîc*, sed saltem non esse *hinc*, in statu verò exaltationis longè aliter habere rem, eodem præsagiente Matth. 16, 27. 26, 29. 64. Marc. 9, 1. Luc. 12, 32. 22, 30. Depingi hoc regnum Hierosolymis novis, nota benè, de cœlo in has terras descendentibus Apoc. 21.

§. VI.

Non licet nobis hîc esse prolixis. Observamus paucis I. Si ejusmodi regnum Christi in his terris adhùc erigendum foret, Christum hoc prædicturum fuisse, quùm de novissimis Matth. 24. 25. est vaticinatus. II. Si totalis

Digitized by Google

totalis & ſimultanea Judæorum converſio adhùc exſpectanda eſſet, Johannem in Apocalypſi, quæ poſtrema Eccleſiæ fata pandit, hoc dicturum fuiſſe. III. Duplicem ſaltem juxta Ebr. 9, 28. eſſe adventum Chriſti in has terras, in carnem & ad judicium extremum, nullum intermedium, ad erigendum regnum in his terris corporale. IV. Dici quidem in Apocalypſi, animas Martyrum regnare cum Chriſto, ſed non addi, in his terris, in cœlis eas regnare vidit Johannes, per millennium, ſed ſaltem viſionale. Regnum cœleſte æternum eſt, quod conſtat. V. Regnum Sanctorum, de quo Daniel Propheta agit, eſſe regnum partim gratiæ & ſpirituale in his terris, partim gloriæ in cœlis, judicii extremi pediſſequum. VI. Apocalypſios, quæ tota ex viſionibus emblematicis conſiſtit, literam non poſſe premi. Vetant id leges interpretandorum emblematum & viſionum, quæ jubent, inveſtigare tertium, generale illud, quod innuunt viſionum emblemata, & ſeparanda ab hoc eſſe earundem involucra & decorationes. VII. Hoſ. 3. prædici quidem converſionem Judæorum, ſed quæ ſtatim ſub initium N. T. contigit Act. 2, 41. 21, 20. & per totum N. T. decurſum contingit. VIII. In locis ex Evangeliis allegatis innui regnum Chriſti exaltati, partim, quod in exaltatione gerit in has terras, tùm iræ, tùm gratiæ, partim gloriæ. IX. τὰ νῦν quod in noſtro textu exſtat, non eſſe notam temporis, ſed ſignificare *jam*, in genere enim Salvator dicit, regnum ſuum non eſſe ex hoc mundo, nec tale, qualia ſint regna mundana. X. Cœlum novum, terras novas, Hieroſolymas novas, vitam æternam in Apocalypſi deſignare, judicium extremum, quod ſub finem Apoc. 20. deſcribitur, ſubſequentem. Repetenda hîc ſunt, quæ adverſus Judæos diximus. Abſit tamen, ut poteſtati divinæ terminos figamus, Eccleſiæ N. T. majorem adhùc ſplendorem, majus incrementum, ſi ita conſtitutum ſit, daturæ. Docebunt hoc futura tempora, quæ nôſſe res noſtra non eſt Act. 1, 7.

§. VII.

Succedant jam Eccleſiæ Romanæ filii, qui cauſantur, Chriſto competere regnum terrenum, quod in Judæam habuerit jure ſingulari, in totum orbem habeat vi Deitatis & ut homo ex donatione paternâ. Agnoviſſe hoc Angelos Luc. 1, 32. 33. 2, 11. Zachariam Luc. 1, 69. ſqq. Magos orientales Matth. 2, 2. 11. Nathanaëlem Joh. 1, 49. populum Judaicum Matth. 21, 9. 15. Joh. 12, 13. Petrum Act. 2, 36. 10, 36. Paulum 1. Cor. 8, 6. 15, 47. Eph. 4, 5. Phil. 2, 9. Johannem Apoc. 1, 5. 12, 10. 17, 14. 19, 16. Judam comm. 4. cui Pater omnia in cœlis & in terris ſubjecerit in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ Pſ. 2,

Digitized by Google

8. 9. 8, 7. ſqq. coll. Hebr. 1, 2. 2, 7. 8. Matth. 11, 27. 28, 18. Joh. 13, 3. 17, 2. 1. Cor. 15, 24. 27. Eph. 1, 21. 22. 1. Pet. 3, 22. cui & imperia ſua accepta ferant Reges terreni Apoc. 4, 10. jurisdictionem delegatam ſic ſaltem poſſidentes. Ita ſanè Thomas Aquinas, Turrecremata, Antoninus, Armachanus, Vaſquez, Suarez, Petrus Hurtadus, Alphonſus de Mendoza, Nazarius, Tannerus, Sanderus, Coninck, aliique magno numero. Vide hîc Oſiandri Theol. acroamat. P. 2. p. 381. 382. Error hic alium protruſit, competere Pontifici Romano, Vicario utpote Chriſti in his terris, poteſtatem vel directam vel indirectam, h. e. talem, quæ ſaltem extra ordinem ſe exerat, quùm Eccleſiæ ſalus hoc poſcit, in hunc mundum omniaque illius regna & provincias. Directam ſtatuerunt veteres, Canoniſtæ maximè, indirectam recentiores, quorum anteſignamus Bellarminus eſt, qui fautores utriusque ſententiæ enarrat L. 5. de Rom. Pontifice C. I. Factum hinc, ut Pontifices Romani jus ſupremum in Imperatores, Reges, Principes & magiſtratus quoſvis politicos tanquàm Vaſallos adeoque & ipſorum ſubditos & provincias ſibi arrogarent, imperia transferrent, Imperatores & Reges crearent, &, mediante excommunicatione, ſubditis ab homagii vinculo liberatis, deponerent, leges civiles in toto orbe Chriſtiano obſervandas conderent, cauſas civiles ad forum Nunciaturæ ſuæ & ad Rotam Romanam traherent, &, quæ ejusmodi ſunt. Conſtat &, Papas de totis regnis, maximè infidelium diſpoſuiſſe, in ſpecie Hadrianum IV. Clementem VI. Alexandrum VI. notante Bœhmero in Jure eccl. Proteſt. T. 4. diſſ. præl. §. 68. ſqq. Conferri hîc poſt c. 1. diſt. 22. velim famoſos illos dictatus Gregorii VII. praxi hujus Pontificis ſatis congruos, licet eorum ἀνθεντίαν negent Launojus L. XII. ep. 13. opp. T. V. P. 2. f. 309. ſqq. Natalis Alexander in hiſt. eccl. ſec. XI. XII. diſſ. 3. Ant. Pagi in criticâ hiſt. Chronol. in annales Baronii ad A. 1077. §. 8. f. 265. Ellies du Pin dans la Bibliotheque des Auteurs eccleſiaſtiques T. VIII. ſec. XI. p. 69. & Boſſuetus in defenſ. declarationis Cleri Gallicani P. II. L. 7. C. 5. p. 255. reclamantibus tamen Chriſtiano Lupo, qui amplo commentario hos dictatus illuſtravit, & Franc. d'Enghien in autoritate ſedis Apoſtolicæ pro Gregorio VII. adv. Natalem Alex. vindicatâ p. 356. ſqq. aliisque. Sed & conferri hîc poſſit tantus de poteſtate Papæ temporali Scriptorum numerus, qui plauſtra implere poſſit. Facilè cogitari poteſt, quî Pontifici Romano poteſtatem ſecularem ſibi arroganti & à Germanis tempore Henricorum, Fridericorum, Ludovici Bavari aliorumque, à Gallis, qui præcipuam hanc libertatem Eccleſiæ ſuæ exiſtimârunt, quòd à poteſtate Papæ in temporalibus

Digitized by Google

libus libera esset, tempore Philippi IV. Pulchri aliorumque Regum, maximè & occasione Regicidiorum in Henricis patratorum, ab Anglis occasione excommunicationum Romanarum & conspirationis pulverariæ, aliisque contradictum fuerit. Autores ex utrâque parte post laudatum Bellarminum recensuere Voet. select. disp. theol. P. 2. p. 791. sqq. ubi exstat inventarium controversiarum de temporali potestate Papæ, Gerhardus in Confess. Cath. f. 634. sqq. Sagittarius in introd. in hist. eccles. C. 27. p. 713. sqq. & Schmidius in supplem. p. 634. sqq. Thomasius in historiâ contentionis inter imperium & sacerdotium, Ludewigius in næniis Clem. XI. de jure Reges adpellandi, quæ exstant in opusc. miscellis T. I. ubi col. 143. sqq. scripta amœbæa in causâ excommun. Venetæ edita recenset, Bibliotheca juris imperantium C. 2. pos. 8. p. 177. sqq. & Hoffmannus in Bibliothecâ juris publici p. 485. sqq.

§. VIII.

Scilicet provocant, qui Pontifici Romano jus in temporalia asserunt, I. ad illa oracula, quæ ferant Christi imperium in secularia. Ita ajunt, Christum tanquàm Regem secularem sententiam dixisse in casu adulteræ Joh. 8, 4. sqq. ejecisse autoritate regiâ & flagello emtores & venditores è templo Joh. 2, 15. sqq. maledixisse ficui Matth. 21, 9. immisisse dæmonas in gregem porcorum & hos per illos præcipitâsse in mare Matth. 8, 31. 32. jussisse asinam abduci, quòd esset Dominus Matth. 21, 3. jussisse Apostolos emere gladios, cùm versarentur in periculo capturæ, & dixisse, duos, qui adessent, sufficere Luc. 22, 35. 38. II. ad illa dicta sacra, quæ ostendant, Pontifici Romano, ut Christi Vicario & Petri successori competere potestatem in secularia. Datum enim fuisse Petro gladium à Christo, tùm spiritualem, tùm corporalem, vi verbi Christi ad verba Petri: *Ecce, duo gladii hic*, dati: *Sufficit*. Jam verò & ex re ipsâ patere, quòd gladius corporalis esse debeat sub spirituali, uti Bonifacius VIII. extrav. comm. c. 1. de majoritate & obedientiâ ajat, quem & Kranzius Saxon. L. VIII. C. 36. referat, in Jubilæo Romano hâc die apparuisse in Pontificalibus, aliâ veste imperiali amictum gladiosque præferri jussisse dixisseque: Ecce duo gladii hîc. Nec sequi, quoniam Christus Petro dixerit, *reconde gladium tuum in vaginam* Joh. 18, 11. gladium corporalem ad Petrum haud pertinuisse. Eadem dixit & jam Gregorius IX. in ep. ad Germanum, Patr. CP. vide Waddingi annales Minorum T. II. f. 321. Non enim dixisse Christum, *abjice gladium*, sed jussisse potiùs, ut illum retineret, eodemque saltem hâc vice non uteretur. Porrò non esse saltem

Digitized by Google

dictum Petro, *pasce oves meas* Joh. 21, 16. 17. sed & *occide* Act. 10, 13. imò pascere & subinde in sacris idem esse ac contundere, confringere Ps. 2, 9. coll. Apoc. 2, 27. 12, 5. 19, 15. Imò Prophetæ Jeremiæ, quo Papa longè sit major, dictum fuisse à DEO: *Ecce constitui te super gentes & regna, ut evellas illa & dissipes* Jer. 1, 10. Ita Innocentius III. c. 6. x. de major. & obedi. qui & jurisdictionem Pontificis Romani in temporalia ex Deut. 17, 8. sqq. Ezech. 44, 24. probare contendit, ubi Leviticis Sacerdotibus injuncta legitur c. 13. x. qui filii sint legitimi, id quod & Bonifacius VIII. l. c. urget additque, juxta 1. Cor. 2, 15. *spiritalem hominem*, qui κατ' ἐξοχὴν sit Papa, *judicare omnia* adeoque & temporalia. Scilicet, si sanctis liceat & injunctum sit, de temporalibus judicare, uti ex 1. Cor. 6, 1. sqq. constet, si hanc ob rem & sancti sint Reges in terrâ 1. Pet. 2, 5. Apoc. 1, 6. 5, 10. si Ecclesiæ sit, judicare & in civilibus Matth. 18, 17. multò magis hoc pertinere ad Pontificem Romanum, Ecclesiæ & sanctorum caput. Ita Eli & Samuelem fuisse Sacerdotes & Judices. Ita & à Pinchaso Sacerdote trucidatum cum scorto Midianitico scortatorem Israëlitam Num. 25, 6. sqq. à Samuele Agagum, Regem Amalekitam 1. Sam. 15, 33. & ab hoc creatum Regem Saulem 1. Sam. 10, 1. & Davidem 1. Sam. 16, 13. Ita Jojadæ, Sacerdotis summi jussu interfectam reginam Athaliam & Joasum Regem constitutum 2. Chron. 23. Ita & Usiam Regem exauctoratum fuisse ab Asariâ Sacerdote summo 2. Chron. 26, 16. sqq. Ita Eliam trucidâsse Sacerdotes Baaliticos 1. Reg. 18, 40. & constituisse Regem Syriæ Hasaëlem, & Regem Israëlis Jehu 1. Reg. 19, 15. 16. Ita & Esram & Nehemiam & Maccabæos Sacerdotes imperium gessisse politicum in Judæos. Adde loca Paulina 1. Cor. 4, 21. 5, 5. 2. Cor. 10, 8. 13, 18. Nolumus cumulare plura. Discussæ penitiùs hæ quæstiones fuere, omni illo tempore, quo curia Romana in Imperatores & Reges gladium strinxit, maximè verò, cùm Paulus V. Rempublicam Venetam Anno 1606. excommunicaret & Clerus Gallicanus A. 1682. declarationem de ecclesiasticâ potestate ederet, cujus hæc prima est propositio, *Petro ejusque successoribus, Christi vicariis ipsique Ecclesiæ rerum spiritualium & ad æternam salutem pertinentium, non autem civilium ac temporalium à DEO traditam potestatem, dicente Domino*: Regnum meum non est de hoc mundo, quem locum & 7. Theologi Veneti, Petrus Antonius, F. Paulus, Bernhardinus Giordanus, Michael Aynolus, Marc. Ant. Capellus, F. Camillus & Fulgentius nel trattato dell' interdetto composto dalli sottoscritti Theologi &c. in Venetia 1606. 4. & quem Goldastus Monarchiæ S. R. I. T. III. f. 325. sqq. inseruit, urserunt plurimùm, & ante hos

Digitized by Google

hos jam Ludovicus Bavarus Imp. in edicto A. 1328. contra Pontificem edito, quod Aventinus exhibet, & ex doctoribus quàm plurimi.

§. IX.

Operæ pretium est, nosse ante omnia, quid & VII. his Theologis Venetis & Clero quoque Gallicano ad h. l. responsum fuerit. Loquatur omnium loco Paulus Comitolus, Jesuita Perusinus. Ait hîc in libro contra VII. Theologos Venetos, probè notandum esse, quòd Christus non dixerit, regnum suum non esse *in* hoc mundo vel *de* hoc mundo, sed saltem, non esse *ex* hoc mundo, non esse *binc*, quo ipso significare voluerit saltem 1. se illud non possidere titulo vel jure humano, successionis, electionis, emtionis, occupationis sive justæ, sive injustæ, violentæ, dolosæ, fraudulentæ, 2. regnum suum non esse dependens, limitatum, instabile, caducum, revolutionibus obnoxium, uti regna mundana, esse enim independens, absolutum, illimitatum, firmum, æternum. 3. Regnum suum non esse certis quibusdam finibus circumscriptum, uti regna mundana, sed esse universale in totum mundum, 4. regnum suum non saltem esse mundanum, sed & cœleste & pro objecto habere & corpora & animas, quod de regnis mundanis dici nequeat, 5. regnum suum esse longè potentius & præstantius ac regna mundana, quæ opibus, divitiis, armis, fortalitiis, ministris omnium specierum opus habeant, queis ipse non habeat opus, 6. regna hujus mundi esse utplurimùm tyrannica & injuria in subditos, regnum suum non item. Non igitur negâsse Christum in totum, regnum suum esse mundanum, sed saltem in tantum, remotis imperfectionibus. Imò, si & Christus simpliciter negâsset, regnum suum non esse de hoc mundo, negâsse saltem ipsius in statu exinanitionis exercitium, dicere enim illum, *NUNC verò regnum meum non est HINC*, non jus, cujus exercitium plenarium in statu exaltationis adierit. Matth. 28, 18. Phil. 2, 10. 11. Vide & Eugenium Lombardum in regali sacerdotio Romano Pontifici asserto L. I. §. 18. n. 5. p. 253. sqq. &, qui idem est, Cœlestinum Sfondratum, Card in Galliâ vindicatâ dissert. 2. §. 3. n. 2. p. 469. sqq.

§. X.

Objectiones hasce §. 1. cùm textum nostrum explicaremus, præoccupavimus sub finem. Prorsus negavit hâc confessione, quæ καλὴ *pulchra* dicitur Paulo 1. Tim. 6, 13. Christus, regnum suum mundanum esse, quale est Imperatorum, Regum, Principum, magistratuum politicorum, qui

qui visibiliter per leges, quas ferunt, subditos gubernant, qui vi externâ adhibitâ, pœnisque civilibus & capitalibus, quas irrogant delinquentibus, formatisque judiciis justitiam administrant, queis in bona subditorum dominium eminens competit, qui armis adversus hostes sumtis securitati publicæ & civili prospiciunt. Nisi hîc verborum sensus sit, Pilatus haud absolvisset Christum, qui his ipsis verbis innuit, se Cæsaream, se regiam potestatem nullatenùs affectare & Regem saltem spiritualem esse, qui corda hominum veritatis prædicatione subjuget. Joh. 18, 37. Hinc & Domitianus, cujus dira olim fuit in Christianos, quòd crederet, homines esse majestati suæ infestos, persecutio, cùm à cognatis Christi quæsivisset, quodnam esset ipsius regnum, responsumque tulisset, esse illud cœleste & angelicum, in fine seculorum manifestandum, cùm venturus esset ad judicium mundi, persecutionem compescuit, id, quod ex Hegesippo refert Eusebius hist. eccl. L. III. C. 20. Jam & Christus hoc ipso facto demonstratum dedit. Cùm enim Joh. 6, 15. rapere ipsum vellent, ut facerent Regem, secessit in montem solus. Cùm unus è populo ipsum adiret tanquàm Judicem, rogans, ut fratrem ad dividendam hæreditatem urgeret, respondit: *Quis me constituit judicem aut divisorem inter vos?* Luc. 12, 13. 14. Cùm Pharisæi ipsum interrogarent, num tributum Cæsari pendendum sit, dixit: *Date Cæsari, quæ Cæsaris sunt* Matth. 22, 21. Imò cùm intraret Capernaum, solvit didrachma per miraculum Matth. 17, 27. ita, ut longè falsissima sit Judæorum accusatio Luc. 23, 2. 3. Hinc & regna & magistratus mundi tanquàm alienum quid à se suisque respexit idem Matth. 20, 28. Luc. 22, 25. 26. reservando tamen sibi cœleste regimen, quod maximè in extremo manifestandum esset judicio comm. 30. in cujus partem, sed delegatâ saltem eâque longè inferiore potestate & venturi essent fideles Matth. 17, 28. Luc. 12, 32. 22, 29. 1. Cor. 6, 2. 3. Apoc. 1, 6. 3, 21. 5, 10. 20, 4. Quin imò, quàm alienus fuerit Christus à dignitatis regiæ affectatione, totus exinanitionis status clamat, clamat & Luc. 17, 20. ubi Salvator, regnum Dei, quod & suum est, regnum Messiæ non venire μετὰ παρατηρήσεως. Adde 2. Cor. 10, 4. 1. Petr. 5, 3. Nescio, num & ad illa verba Christi hîc provocare liceat, quæ ad Pilatum dixit: *Potestas, quam habes contra me, ἄνωθεν tibi data est* Joh. 19, 11. Jam enim sunt, qui τὸ ἄνωθεν per *anteriùs* explicant, ut sensus sit, nîl contra me agere posses, nisi Judæi me tibi tradidissent antecedenter, unde & mox addit Salvator, *qui verò me tibi tradidit, majus peccatum habet.* Sed & sunt, qui verba non de potestate morali, sed physicâ, non de potestate legitimâ, sed illegitimâ, ad crucem

Digitized by Google

cem quippe damnandi, non de potestate à DEO acceptâ, sed saltem permissâ Christi oraculum explicant, uti Gerhardus de magistratu politico §. 37. quia de potestate *contra* Christum sermo est Act. 4, 27. 28. Vide sermones nostros Germanicos in jus ecclesiasticum p. 137. 138. Nescio, cur hæc ad h. l. non observârit Lampius, diffusus Evangelii Johannæi interpres. Quas verò vindicias textûs nostri damus hîc, dare easdem videas ex Romanensibus, tùm, qui indirectam Pontifici potestatem in temporalia concedunt saltem, uti Bellarminus, Becanus, Gotti aliique infiniti, tùm, qui planè nullam concedunt illi, ut M. A. de Dominis de republ. Eccl. L. I. C. 1. §. 35. sqq. fol. 506. sqq. & post Richerium, Maimburgium, Natalem Alex. alios Lud. Ellies du Pin de antiqua Eccl. disc. diss. 7. C. 1. §. 1. p. 436. sqq. ubi & veterum Ecclesiæ doctorum expositiones hùc collimantes adfert, atque Bossuetus in defens. declarat. Cleri Gallicani P. II. L. V. C. 18. p. 146. sqq. Ex nostris verò vide Osiandrum in Grotium p. 1227. sqq. in Coll. System. P. 4. p. 188. 189. & in Theol. Cas. P. 3. 4. p. 20. sqq. & adde de hâc controversiâ Gerhardum in confess. cathol. foliis citatis, Hoë in Apoc. f. 12. sqq. Balth. Meisneri diss. de fictâ Pontificis Rom. potestate in rebus temporalibus, & Drejeri disp. adv. Pontificios XV. XVI. itemque ex Reformatis Chamierum in Panstrat. cath. T. 2. L. 15. C. 4. 5. f. 312. sqq. atque Voet. in diss. cit. ex JCtis nostris Bœhmerum in Jure eccl. Prot. T. 4. p. 600. sqq.

§. XI.

Jam diluenda nobis sunt argumenta, quæ pro regno Christi temporali & mundano, tùm in Judæam singulari, tùm in totum orbem universali §. 7. allata sunt, vel adhùc afferenda restant. Primò enim sunt ex Romanensibus, qui contendunt, fuisse Christùm Regem Judææ mundanum, idque vel jure successionis hæreditariæ, vel ex consensu & voto populi Judaici. Priorem sententiam tenent Burgensis ad Matth. 1. add. 2. concl. 3. Armachanus L. IV. de quæst. Armen. C. 15. 16. Seraphinus à Porrecta in elucid. P. 3. artic. 7. qu. 35. alii, posteriorem maximè Alb. Pighius L. V. de eccles. hierarch. C. 3. Argumenta prioris sunt 1. Mariam juxta Luc. 1, 27. 3. descendisse in lineâ rectâ à Davide, jam verò ex Num. 27, 8. constare, & fœminas succedere, quùm mares deficiant, Mariæ itaque jus devolutum fuisse in ipsius Filium JEsum, qui & 2. in sacris prædicetur Filius Davidis Matth. 1, 1. 9, 27. 12, 23. 15, 22. 20, 30. 31. 21, 9. 15. Marc. 11, 9. 10. Luc. 1, 32. 33. 69. 2, 11. 3, 23. sqq. Rom. 1, 3. 2. Tim. 2, 7. Apoc. 5, 5. 22, 16. & Rex Zionis & Israëlis Ps. 2, 6.

Digitized by Google

Mich. 5, 1. Zach. 9, 9. alibique. Argumenta posterioris petita sunt ex Luc. 24, 21. Joh. 6, 15. Act. 1, 6. 1. Macc. 14, 41. ubi dicatur Simon, Sacerdos summus in Principem electus, donec DEus verum Prophetam excitet, qui sit JEsus noster. Exsibilat hæc argumenta cum aliis Card. Gotti in Theol. scholastico-dogmaticâ T. XI. p. 129. partim eapropter, quòd regnum Davidis, corporale desierit per captivitatem Babylonicam Jer. 22, 30. post quam, qui principatum gesserint in Judæâ, non fuerint ex Davidis stemmate, partim, quòd sceptrum temporale à Judâ dicatur auferendum tempore Messiæ Gen. 49, 10. partim etiam ex hoc, quia, etsi jus regium adhùc pertinuisset ad posteros Davidis, tamen masculi ex stemmate Davidis, qualis erat Joseph, quales sine dubio alii tùm adhùc fuerint superstites, præferendi fuissent Mariæ & ipsius Filio. Sed nec ex consensu populi Christum fuisse Regem Judæorum mundanum contendit idem Cardinalis, quia 1. populus vel plebs non possit creare Regem, quem ordines regni constituere saltem possint, jam verò Christum à Sacerdotibus summis & Synedrio nunquàm fuisse Regem agnitum, quia 2. ipse populus planè contrarium professus fuerit coram Pilato Joh. 19, 15. 3. quia Christus regnum hoc acceptare noluerit. Joh. 6, 15. Transeant hæc.

§. XII.

Sed nec argumenta supra §. 7. allata probant, regnum Christi, quod vi Deitatis & unionis personalis in totum mundum possidet, sive potentiæ sive gratiæ, esse tale, qualia regna terrena sunt, supra §. 1. 9. descripta. Est enim regnum Christi in has terras, quod nemo negârit, non visibile, non civile, non politicum, nec administratur potentiâ & mediis civilibus in sensus incurrentibus, sed virtute omnipotente, eâque invisibili de cœlis, quâ ratione & Patri competit. Regnante enim Filio, regnat & Pater. Opera enim SS. Trinitatis ad extra, ut constat, sunt indivisa.

§. XIII.

Haud probatur regnum Christi civile in totum orbem ex oraculis sacris §. 7. allegatis, quorum vindicias paucis expediemus. Ad Joh. 8. respondeo, invertendo argumentum. JEsus sententiam in adulteram non dixit, id quod ex comm. 11. patet. Ad Joh. 2, 15. sqq. nolim quidem dicere, quòd Christus saltem boves & oves è templo expulerit, quod dici utique potest, vocem πάντας saltem ad sequentia referendo, mox enim addi-

Digitized by Google

additur, quòd & mensas numulariorum subverterit, nolim & dicere, Christum jure Zelotarum, autoritate Magistratûs agentium, quod divinum non erat, atque ad certos casus saltem restrictum, quo & ad justificandam actionem suam non habebat opus, hîc usum, nolim & dicere, Christum ex præsumto jussu Sacerdotis summi vel Synedrii Judaici hoc, quicquid est, egisse, sed dico saltem 1. non esse magistratûs politici, propriâ manu adhibere vim, & flagello exigere è templo bestias, custodum templi hoc opus est, qui vi officii & expellere mercatores ex templis & exigere bestias e. g. canes possunt, imò deficiente ipsorum industriâ, positis ponendis, privati cujusvis, facto à Magistratu approbando prorsus. Dico ergò 2. Christum, quicquid hîc egit, egisse, non quòd Rex Judæorum esset mundanus, sed ut Filium DEI, autoritate, quâ pollebat, divinâ, instinctu divino eoque & Prophetico, actu planè extraordinario. comm. 16. 17. Ad Matth. 8, 31. 32. 21, 19. respondeo, miracula hæc fuisse judicialia. Jam quæro: num magistratûs politici sit, ejusmodi patrare, ut puniat? Jam & ex Matth. 21, 3. patet, Christum vi spirituali & verticordiâ hîc egisse in animum possessoris asini. Vis hæc spiritualis, non civilis erat. Ad Luc. 22, 36. moneo 1. jussum de emendis gladiis præcisè non involvere autoritatem magistralem. Si quis jubeat viatorem, ut emat gladium, quo se defendere possit contra aggressorem injustum, contra latrones publicos, peregrinantibus infestos, num involat, quæso te, in Magistratûs politici jura? Sed & diximus dudùm 2. Christum hâc jussione suâ non præcisè voluisse, ut discipuli gladios emerent, sed innuere saltem, instare tempus summi periculi, ad quod repellendum gladio aliâs opus sit. Id quod cùm non intelligerent discipuli, jussum Christi ad literam sumentes, responso dato: *ecce duo gladii hîc*, satis ostendit 3. Christus, mentem suam ab illis captam malè, voce: *sufficit*, quod idem est ac *tacete*, nolite, ejusmodi misellis responsionibus amentiam vestram testatam facere. Ebræi dicunt דיי. Exempla protulit, quibus hunc vocis sensum demonstravit, Schœttgenius in horis Hebraicis & Talm. in h. l. T. 1. pag. 314. sqq. Id verò prorsus siculneum est, ex hoc dicto Christi arguere, Petro datum esse gladium utrumque & spiritualem & corporalem. Significationem verborum planam & obviam jam dedimus. Sermo est non de gladio spirituali, de quo Eph. 6, 17. Ebr. 4, 12. Apoc. 1, 16. 19, 15. sed de gladiis materialibus, qui ne quidem dati Petro fuere à Christo, sed saltem monstrati Christo à discipulis, pèrtinentes forsan ad patremfamiliâs, in cujus domo agnum comederant paschalem, & de gladiis, non Magistratûs, sed privatorum, ad

Digitized by Google

vim injuſtam repellendam. Explicationem noſtram probant, quæ ſequuntur de Petro, qui ſumto gladio, non ſanè cultro, quo mactâſſe vel diſſecuiſſe agnum paſchalem recens comeſtum conjicitur, & qui aliâs lanionum eſt, nec, quo meti ſolent agelli, falx quippe meſſoria non eſt μάχαιρα, ſunt ſanè interpretes, etiam ex antiquis: quia ita hariolantur, auriculam Malchi abſcidit, ſed à Domino eapropter increpatus, inquiente, *reconde gladium tuum in vaginam*, ubi notamus 1. ſenſum manifeſtum eſſe hunc, à Petro non evaginandum gladium corporalem, 2. gladium unicum ſaltem Petro hîc adſcribi, non duos, &, ſi miſera iſta explicatio de duobus gladiis valeat, ſpirituali uno, altero materiali, illud potiùs & quidem privativè adſcribendum Petro, non hunc. Obſervavit hoc Nicolaus III. c. 6. qu. 2. cauſâ 33. ubi: *Eccleſia non habet, niſi gladium ſpiritualem*, & poſt hunc Joh. de Pariſiis in tr. de poteſtate regiâ & papali edito C. 19. p. 120. edit. Richer. & ante hunc Henricus IV. Imp. in ep. ad Annonem, Archiep. Colon. quam Aventinus exhibet, 3. ſi & gladius materialis jure competierit Petro, competiiſſe ſaltem illi contra injuſtos in viâ aggreſſores, in totum mundum ad prædicandum Evangelium profecturo ut ad h. l. ſunt, qui putent, queis verò locus Matth. 5., 39. ſqq. contradicit, moderamini quidem inculpatæ tutelæ haud, ſed nec martyrio infeſtus. Mireris hîc acumen Bernhardi, Abbatis claræ vallis, qui L. IV. de conſideratione ad Eugenium III. C. 3. ita de gladio Pontificis materiali: *Quem tamen qui tuum negat, non ſatis mihi videtur attendere verbum Domini dicentis ſic*: Converte gladium tuum in vaginam. *Tuus ergò, & ipſe tuo forſitan nutu, etſi non tuâ manu evaginandus. Alioquin, ſi nullo modo ad te pertineret & is, dicentibus Apoſtolis*, ecce duo gladii hîc, *non reſpondiſſet Dominus*, ſatis eſt, *ſed: nimis eſt. Uterque ergò Eccleſiæ & ſpiritualis & materialis, ſed is quidem pro Eccleſiâ, ille verò ab Eccleſiâ exerendus eſt. Ille Sacerdotis, in militis manu, ſed ſanè ad nutum Sacerdotis & juſſum Imperatoris.* Et ep. 256. ad eundem Papam: *Exerendus nunc eſt uterque gladius in paſſione Domini, Chriſto denuò patiente, ubi & alterâ vice paſſus eſt. Per quem autem, niſi per vos? Petri uterque eſt, alter ſuo nutu, alter ſuâ manu, quoties neceſſe eſt, evaginandus, & quidem, de quo minùs videbatur, de ipſo ad Petrum dictum eſt*, converte gladium tuum in vaginam. *Ergò ſuus erat & ille, ſed non ſuâ manu utique educendus.* Verbis his tantoperè preſſum ait Franciſcus d'Enghien, Dominicanus Lovanienſis in autoritate ſedis Apoſtolicæ pro Gregorio VII. adv. Natalem Alexandrum vindicatâ p. 368. Barclajum de poteſtate Papæ C. 19. ut variè quidem tentârit evadere, ſed aditus omnes præcluſiſſe Bellarminum, quem refellerit. Quaſi verò

Digitized by Google

verò in verbis Bernhardi, quæ ab ipso mutuatus est Bonifacius VIII in bullâ extravagante *unam sanctam*, reperiretur quicquam, quod demonstrationem saperet. Nuda hæc accommodatio eaque oratoria est literæ sacræ, quâ Bernhardus utitur, non, ut probet quid, sed acutè efferat saltem, ostendatque, quî consilio & nutu Pontificis, sed jussu Imperatoris materialem hujus gladium adversus infideles stringere conveniat. Id quod docet & id, quod L. II. de conf. ad Eugenium III. C. 6. scripserat: *Accingere gladio tuo, gladio spiritus, quod est verbum DEI* & postea, *domabis lupos, sed ovibus non dominaberis.* Ipse Bellarminus hoc fatetur de Romano Pontifice L. 5. C. 5. Jam & sunt, qui dicant, Christum, cùm dixit, *satis est* ironicè locutum fuisse dicereque voluisse, si res gladiis agenda sit, ne centum quidem suffecturos, sufficere itaque duos, quia ne hi quidem sint necessarii. Vide Gerhardi confess. cathol. L. II. artic. 3. C. 9. fol. 660. 661. Ad Joh. 21, 16. 17. paucis dicimus, ne quidem cogitâsse heic Salvatorem de contundendo & conterendo sacro grege. Boni Pastoris est, tondere gregem, non deglubere. Sed ais, exprimi tamen vocem תרעם *contundes* Ps. 2, 9. per ποιμανεῖ αὐτὰς *pascet eos* in locis Apocalypticis allegatis, abigendas porrò esse oves scabiosas à gregè, h. e. excommunicandos quosvis impios, his & illis criminibus ligatos, adeóque & Imperatores arcendos, occidendosque lupos, gregibus infestos. Demandatum hoc esse Petro omnibusque illius successoribus. Haud terrent me hæc κρησφύγετα. Loca illa apocalyptica versionem Græcam receptam sequuntur, non adprobant. Vide, quæ hanc in rem contra Capellum in introd. in hist. Theol. lit. P. III. p. 137, 549. diximus. Porrò excommunicatio gladio non corporali, sed spirituali verbi fieri debet, qui & solus contra lupos spirituales stringendus est ab Ecclesiarum Pastoribus. Jam verò miror oppido, Card. Baronium in annal. ad A. 800. n. 15. & in epist. ad Paulum V. quo hunc ad excommunicandos Venetos excitavit, apud Jægerum in hist. eccl. T. 1. f. 92. ad Act. 10, 13. provocare heic, ut gladium corporalem Petro vindicet. Scilicet dicitur hîc quidem Petro θῦσον *macta* immunda ista animalia, quæ magno panno inclusa de cœlo demissa inque visione ipsi oblata fuere, ut hinc intelligeret, & gentiles per Evangelium, non mactandos sanè & devorandos, sed vocandos & salvandos esse. Quid hinc? Ergo Papæ competit quoque materialis gladius in refractarios stringendus? Hæc tussim cient. Sed pergimus ad argumenta, quæ restant.

§. XIV.

Urgetur enim porrò locus Jer. 1, 10. quem citavit jam Petrus Cluniacen-

Digitized by Google

niacenſis L. VI. ep. 29. ad Eugenium III. citant & recentiores alii, extenditque Clemens IV. etiam ad legatos Pontificis c. 2. de officio legati in 6. Sed quomodo, quæſo, evulſit & diſſipavit regna Jeremias? Num gladio materiali, miſer ille Sacerdos miſellæ Anatot Jer. 1, 1. Jeſ. 10, 30. quò tanquàm ad locum pœnitentialem relegatus & translocatus à Salomone Rege fuit Sacerdos ſummus Abiatar 1. Reg 2, 26. Clariſſimum eſt, dici evellenda & diſſipanda regna à Jeremiâ, quod evulſio & diſſipatio eorum ab ipſo ſaltem præſagienda & annuncianda erat. Vide Jer. 12, 14. 15. 46. ſqq. Verba enim activa ſubinde annunciationem eventûs ſignificare juxta phraſeologiam ſacram Glaſſius in Philol. ſacrâ L. III. tr. 3. can. 15. multis exemplis, queis & plura adjici poſſent, demonſtravit. Vide ſaltem Jeſ. 6, 10. Miror, hæſiſſe hîc Seb. Schmidtium, magnum aliâs Exegetam & prolixum in Jeremiam Commentatorem, atque ex hoc loco deduxiſſe periculoſum poriſma. Præſtantiora ſunt, quæ Gerhardus in confeſſ. cath. f. 673. tradit, ubi & Jo. de Pariſiis, Bellarminum & Maldonatum allegat, textum, ut fecimus, interpretantes. Aliter paulò gloſſa ordinaria ad h. l. *ut evellas regnum Satanæ, ut plantes bona, ut ædifices Eccleſiam*, quæ & interpretatio eſt Gregorii I. in paſtorali P. 3. admon. 35. aliorumque. Ad Deut. 17, 8. ſqq. Ezech. 44, 24. moneo 1. non Sacerdoti ſummo, ſed ſacerdotibus tribui hîc judicium & quidem 2. juſſu divino ex ſtatu populi Iſraëlitici theocratico oriundo, qui cùm 3. deſierit in N. T. non capi poteſt, quî à ſtatu theocratico, juxta quem Deus ipſe Iſraëlis olim erat magiſtratus politicus ſupremus, ſaltus ad N. T. & ad Pontificem Romanum valeat. Alia munia erant præſcripta Sacerdotibus V. T. alia doctoribus N. T. Nimium probat argumentum, quod, ſi valeret, argueret, Clericos in N. T. quatenùs tales, judices quoque in ſecularibus eſſe debere, quod tamen nolunt adverſarii & prohibet Jus canonicum. Patet ex his, & ea, quæ de conjunctione ſacerdotii & imperii in unâ perſonâ ex V. T. allegantur, quæ vel Prophetæ vel Sacerdotes V. T. ex peculiari vel juſſu vel inſtinctu divino egere, nullam habere probandi vim. Jam & Uſias Rex regno ab Aſariâ motus non fuit, ſed ob impedimentum lepræ à DEO immiſſæ, paſſus, ut filius Jotham illud ſuo adminiſtraret nomine, Athalia verò regina erat illegitima, idololatrica, tyrannica, digniſſima, quæ & ob neces regiæ familiæ illatas trucidaretur. Latiùs hæc diducit Ellies du Pin de antiquâ Eccleſiæ diſciplinâ diſſ. 7. C. 3. §. 479. ſqq. Sed nec de judicio in ſecularia agit 1. Cor. 2, 15. ſed hujus judicii objectum ſunt τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ juxta comma 14. de quibus dicit Paulus, quod ea non dijudicet, niſi homo πνευματικὸς, qui

qui Spiritûs S. lucem & ductum ſequatur, atque, quùm hoc facit, à nemine, qui ψυχικὸς ſit, & nonniſi carnis pravæ ductum ſequatur, judicari poſſit. Immane hoc ſuppoſitum eſt, Papam per *ſpiritalem* hîc intelligi. Nec ſanctis 1. Cor. 6, 1. ſqq. tribuitur in temporalibus judicium magiſtrale & coactivum, ſed ex compromiſſione liberâ, quæ fratrum & Chriſtianorum eſſe debebat, oriundum. Sunt quippe hi reges ſaltem ſpirituales, qui ſceptro Spiritûs, quo reguntur, pravas concupiſcentias & tentationes mundi vincunt per fidem 1. Joh. 5, 4. Apoc. 2, 7. 11. 17. 26, 3, 12. & per ſanguinem agni Apoc. 12, 11. queis & promiſſum eſt imperium & judicium in mundum Apoc. 5, 10. ut aſſeſſoribus judicii extremi Apoc. 2, 26. 27. 3, 21. coll. Matth. 19, 28. Luc. 22, 30. Apoc. 4, 4. 20, 4. & hæredibus poſſeſſoribusque novæ terræ Matth. 5, 5. 2. Pet. 3, 13. Jam & Matth. 18, 17. ſaltem dicitur, querelas privatorum vel tandem eccleſiæ fratrum denunciandas, quam, ſi quis audire noluerit, non puniri quidem ab Eccleſiâ poſſit civiliter, ſed evitari tamen debeat, & reſpici, ut publicanus, ut ethnicus, ut à conſortio fratrum alienus. Vide diſſ. noſtram ad h. l. p. 13.

§. XV.

Antequàm ad alia calamum promoveamus, pauca ſaltem addimus de bullâ Alexandri VI. quâ A. 1493. Ferdinando & Eliſabethæ, Regi & Reginæ Caſtellæ & Arragoniæ Inſulas Oceani recens inventas & adhuc inveniendas donavit, itemque de Nunciis Pontificiis, cauſas civiles in Germania ad ſe trahentibus. Quod prius attinet, Bellarminus de Rom. Pont. L. V. C. 2. ſub finem ait, ſaltem hâc Bullâ poteſtatem fuiſſe datam, Evangelium ibi plantandi & defendendi. Inſpectio bullæ, quam Bzovius ad A. 1493. n. 20. Raynaldus T. XIX. ad eundem annum n. 18. f. 421. Cherubinus in Bullario magno ad A. 1493. Leibnitius in codice diplomatico T. I. f. 472. Bœhmerus in jure eccl. Proteſt. T. IV. diſſ. prælim. §. 71. exhibent, docet contrarium. Sed medelam rebus adhibuit Paulus V. qui infideles veros & legitimos regionum ſuarum poſſeſſores eſſe, nec jure ſuo privandos poſtea definivit, uti refert Card. Gotti Theol. Schol. dogm. T. 13. p. 141. cui addendus prorſus Grotius C. 3. de mari libero, ubi & ex noſtro textu probat, Pontifici Rom. ſi & eſſet Vicarius Chriſti, jus in regna mundi non competere. De Nunciis Pontificis in Germaniâ cauſas civiles ad forum ſuum devolventibus vide Rec. Imp de A. 1654. §. 164. Capitulat. Ferdin. IV. art. 17. Leopoldi art. 19. Joſeph. art. 18. Caroli VI. art. 14. Caroli VII. art. 14. §. 4. ubi valde hoc prohibitum legitur.

Adde

Digitized by Google

Adde Bœhmerum l. c. L. I. tit. 30. de officio legati §. 13. ſqq. Kemmerichii diſſ. de Judiciis Nunciaturæ Apoſtolicæ in Germaniâ ad Capitul. Cæſ. art. 14. Eſtoris diſſ. de appellationibus ad Legatos Pontificios & Rotam Romanam Sect. II. ſqq. & Moſeri Teutſches Staats-Recht P. 4. p. 1. ſqq. P. 8. p. 423. ſqq.

§. XVI.

Jam & occaſione textûs noſtri quæri poſſit, num quis eſſe poſſit Princeps eccleſiaſticus & politicus ſimul? Movet hanc quæſtionem Bellarminus de Romano Pontifice L. 5. C. 9. atque affirmativam ita probat 1. primogenitos in veteri lege fuiſſe Reges & Sacerdotes ſimul Gen. 49, 3. 2. uti & Melchiſedechum Gen. 14, 18. Ebr. 7, & 3. Moſen, qui Princeps fuerit populi atque etiam Sacerdos, conſecraviſſe enim eum Aaronem in Sacerdotem, ſanctificâſſe tabernaculum & altare, obtuliſſe ſacrificia & holocauſta Ex. 40, 9. ſqq. Lev. 8, 2. ſqq. itemque 4. Eli & Samuelem ſimul fuiſſe Sacerdotes & Judices & 5. Maccabæos ſimul fuiſſe Sacerdotes ſummos & Principes populi Judaici. Addit idem Cardinalis 6. non pugnare ſecum invicem poteſtatem ſpiritualem & ſecularem. Eum, qui poſſit majus, poſſe etiam minus, quod facilius ſit. Porrò 7. ſedi Romanæ donationes ſeculares factas eſſe quàm plurimas, poſſidere itaque illam provincias ſibi ſubjectas juſtiſſimo titulo. Opponere his liceat I. Chriſtum ipſum fuiſſe pauperrimum, nec habuiſſe, quò caput reclinaret Zach. 9, 9. Luc. 9, 58. 2. Cor. 8, 9. ita quoque, ut, cùm ſolvendus fuiſſet cenſus, nec ipſe nec Petrus haberent, quod erogarent, ſolverint illum mediante miraculo Matth. 17, 24. ſqq. Mirum, Pontificem Joh. 22. paupertatem Chriſti contra decreta Nicolai III. & Clementis V. negaſſe & Dominicanorum ſumſiſſe partes hîc contra Franciſcanos, diriſſimè quos perſecutus eſt. Licet enim hi in exceſſu peccarent, ajentes, hoc demùm eſſe perfectionis evangelicæ, ſtatum paupertatis eligere, tamen & ipſe in alterum lapſus eſt extremum cum ſuis Dominicanis, qui ita negabant paupertatem Chriſti, ut Chriſtum in cruce pendentem pingerent, unâ manu & brachio affixum, alterâ denarios tractantem & burſis de cingulo ſuo pendentibus inſerentem, vel & pauperibus erogantem. Scilicet divitiarum quàm maximè appetens erat hic Pontifex, quas verò nec appetebat Paulus Act. 20, 33. queis nec gaudebat Petrus Act. 3, 6. ubi hic ita: *Argentum & aurum non habeo.* Novi effugium, Pontificem quidem Chriſti vicarium & Petri ſucceſſorem eſſe in favorabilibus, ſed non in odioſis. Sed nec Chriſti vicarius, quem ſacræ paginæ nullæ nôrunt, nec;

Digitized by Google

nec Petri succeſſor eſt. Et, qui odioſa reſpuerit in officio, reſpuat & favorabilia, opus eſt. Opponimus II. Luc. 22, 24. ſqq. Vanum & heic effugium eſt, ponendum eſſe in verbis *vos autem non ſic* poſt *non* ſignum interrogationis, ut legatur: *vos autem non? Sic!* ut inverti argumentum poſſit. Id quòd contra totum contextum militat. Vanum eſt & illud, haberi Matth. 20, 25. in origine Græcâ vocem κατακυριεύειν, quæ ſignificet tyrannicè imperare, quod ſolum prohibitum hîc fuerit Apoſtolis. Omne enim dominium civile, ut contextus dòcet, ipſis prohibitum hîc fuit à Chriſto. Et ſufficit, quòd Luc. 20, 25. vox κυριεύειν adhibeatur. Sed nec κατακυριεύειν eſt ſimpliciter, dominari tyrannicè. De Chriſto dicitur Pſ. 22, 8. κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης & ad illum Pſ. 110, 2. κατακυρίευε, & DEus ipſe Gen. 1, 28. protoplaſtis noſtris dicit: πληρώσατε τὴν γῆν καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς. Ita & θνήσκειν & καταθνήσκειν idem eſt, ut alia exempla taceamus. Et nonne III. ipſi Romanenſes 2. Tim. 2, 4. legunt: *nemo militans DEO implicat ſe negotiis ſecularibus*, unde & Clericos à conjugio arcent. Accedit IV. ipſum Jus Canonicum, quod Clericos à curis ſecularibus arcet, diſt. 88. c. 5. ſqq. qu. 1. causâ 12. qu. 3. causâ 21. Hinc nec militare ipſis licet, uti in diſſ. de Eccleſiâ ſanguinem non ſitiente oſtendimus. Imò peculiaris in decretalibus habetur titulus, *ne clerici vel monachi ſecularibus negotiis ſe immiſceant* L. III. n. 50. Adde c. 15. 16. x. de vitâ & honeſtate Clericorum. Non eſt, quòd dicas, quæ Clericis inferioribus prohibita ſint, licere Epiſcopis, Pontifici. Vide ſaltem Luc. 22, 26. & c. 8. diſt. 10. c. 6. diſt. 96. c. 6. qu. 2. causâ 33. c. 7. x. qui filii ſint legitimi. His præmiſſis ad argumenta Bellarmini reſpondemus ſub folle, à V. T. ad N. T. non valere conſequentiam, eapropter, quòd aliam diſpoſitionem hîc fecit Chriſtus Luc. 22. quam & agnovit Paulus 2. Cor. 1, 24. 10, 4. & in ſpecie quoque Petrus 1. Pet. 5, 3. Hinc & ex eâdem conſtitutione ea, quæ conjuncta eſſe noluit Chriſtus, jungi non debent, nec donationes totarum terrarum debebant Clericis fieri, factæ autem cùm ſint, vel præſcripta hæc poſſeſſio, valet utique hæc in foro ſoli. De foro poli diſpiciant, quorum intereſt. Unde & ex noſtro textu liquere putamus, nimia bona, Eccleſiæ olim data, in detrimentum rei publicæ vergentia, licitè ſeculariſari poſſe. *Regnum enim Chriſti ex hoc mundo non eſt.* Omiſimus, neſcio quo fato, hoc argumentum in ſerm. Acad. in Jus eccleſiaſticum, ubi de hâc ſeculariſatione datâ operâ egimus, ejusque juſtitiam demonſtravimus. Quod reſtat, fanaticum hoc ſomnium eſt, in regno Chriſti Chiliaſtico Sacerdotium cum imperio unitum iri rurſus, uti olim in ſtatu Theocratico V. T. ſubinde

Digitized by Google

fuerit, quod ſtatuit in dem Melchiſedekiſchen Prieſterthum Jo. Chriſtianus Seizius. Scilicet contendit hic, regnum Chriſti olim futurum eſſe ex hoc mundo, de hoc mundo, in hunc mundum, eſſe enim Chriſtum Sacerdotem ad modum Melchiſedeci Pſ. 110, 4. qui fuerit ſimul Sacerdos & Rex Gen. 14, 18. id quod & ex Zach. 6, 13. ad oculum pateat, unde & Sacerdotium regium erecturus eſſe legatur Jeſ. 61, 6. 62, 3. Matth. 19, 28. 1. Pet. 2, 9. Apoc. 1, 6. 5, 10. 10, 10. 20, 6. Itane ergò, quando adſcribitur regnum Chriſto & ſanctis, de regno civili, politico, mundano ſtatim cogitandum eſt? Videatur alius Seizii tractatus, qui titulum fert *Chriſti Reich, kein Welt-Reich*, in cujus parte alterâ & Alb. Riperi, Moſen, Deum Aaronis refutat, oſtenſurus, nulla magiſtratui jura circa ſacra juxta textum noſtrum competere.

§. XVII.

Jam verò, cùm, quæ de poteſtate ſeculari Pontificis Romani dicuntur, aſſerto, quod negamus, ſuperſtructa ſint, eſſe illum Vicarium Chriſti c. 2. x. de transl. Epiſc. imò veri DEI l. c. C. 3. imò DEum ipſum in his terris c. 7. diſt. 96. (quod poſterius cùm nuper Londini negâſſet in jure canonico exſtare Sacerdos quidam Romanenſis Anglus, publicè convictus & in ruborem datus fuit, juxta Biblioth. Britann. T. 5. p. 307. ſqq. T. 6. p. 49. ſqq.) patet, ſublato fundamento, & corruere hypotheſin, illi & malè quidem ſuperædificatam. Qui poſtremum titulum ex Ex. 4, 16. 21, 6. 22, 28. Pſ. 82, 1. 6. Joh. 10, 34. explicant, viderint, num rem tangant acu. Addi poſſent floſculi Oratorum Concilii Later. V. queis Leonem X. ſine ullis meritis ſuis in cœlum evexere aliæque laudes ad blasphemiam usque Pontificibus daræ olim. Videas, quùm de depoſitione & excommunicatione Regum quæſtio eſt, Pſ. 2, 8. 9. 8, 7. 72, 1. Apoc. 2, 27. 19, 15. allegari. Quaſi verò omne Jus Filii DEI ejusque Judicis ſupremi ad Papam pertineret, &, quæ de fidelibus vincentibus dicuntur, Judici gentes condemnanti olim aſſeſſuris, judicibus & ipſis, ad illum ſpectarent, & quidem privativè.

§. XVIII.

Jam cum Anabaptiſtis, Socinianis & Quakeris, qui ex textu noſtro arguunt, illicitum eſſe Chriſtianis, magiſtratum & bella gerere, judicia capitalia exercere, & quæ ejusmodi ſunt, agi poſſet. Cùm enim Chriſti regnum, quod utique conficiant, qui Chriſtiani audiant, de hoc mundo non ſit, ad quem verò iſta omnia ſpectent, facilè patere, & hæc in Chriſtianos

Digitized by Google

ſtianos haud quadrare. Si Chriſtus ipſe ab omni humano regimine & ab omni vindictâ abhorruit, venitque non ad homines judicandos, ſed ſalvandos Joh. 3, 17. veſtigia ſanè ipſius & diſcipulis calcanda ſunt. Sed ſufficit, ex locis exſtantiſſimis demonſtrari, magiſtratum civilem & gladium, quem gerit, eſſe inſtitutionis divinæ. Ex quo ſequitur, diverſos eſſe & Chriſtianorum ſtatus, darique inter ipſos & imperantes, & parentes, & ab imperantium ſtatu diverſum quoque eſſe eccleſiaſticum, qui cum laicis parentes efficit. Ita cibus & potus quoque ad hunc mundum ſpectant, probatne igitur & textus noſter, iis abſtinendum eſſe Chriſtianis? Vah miſella ratiocinia! Forſan hæc latiùs in diſſ. de Evangelio politias non abolente, quod dicterium repetunt libri noſtri ſymbolici, diduxerimus.

§. XIX.

Manichæos haud moramur, qui ineptiſſimè ex h. l. concluſere, mundum à bono DEO non factum, quod Theophylactus ad h. l. ſcribit. Cùm Chriſtus ſaltem dictum à ſe velit, regnum ſuum ſpirituale eſſe, cujus objectum ſanè & mundus eſt, non, qualia terrena ſint, facilè patet, abſurdum eſſe Manichæorum ratiocinium, maximè, cùm Scriptura ſanctior in tot locis ingeminet, mundum hunc à DEO factum. In eodem errore verſati fuere alii hæretici antiqui, cauſati, mundum ab Angelis vel bonis vel pravis eſſe factum. Vide l'hiſtoire de Manichée & du Manicheiſme de Beauſobre T. 2. p. 7. 10. ſqq. 92. ſqq. qui verò p. 360. 361. putat, male hunc errorem Manichæis tribui ab Athanaſio, Ruffino, Epiphanio, Jobio, Damaſceno, cùm Auguſtinus contrarium ajat.

§. XX.

Claudat agmen celeberrimus Vir Benjamin Hoadly, Epiſcopus Anglus primùm Bangorienſis, Salisburienſis, poſtea Wintonienſis. Hic ultimo Martii A. 1717. coram Rege verba ſacra in noſtrum textum dixit. Homilia hæc, quæ Londini quindecies parvo tempore recuſa, & in linguam Gallicam Germanicamque deinceps verſa fuit, immanes turbas excitavit, ita, ut Clerus quoque Anglicanus, edito ſcripto, illi ſe oppoſuerit atque Epiſcopum accuſaverit, quòd contra Confeſſionem Anglicanam & Eccleſiæ Anglicanæ conſtitutiones jura Cleri Epiſcopalis & diſciplinam Eccleſiaſticam Anglicanam impetierit. Ingenuè fateor, me in homiliâ hâc inveniſſe nîl cenſurâ dignum, niſi quod videatur innuiſſe Vir Reverendiſſimus, Patri adorationem præ Filio exſtantiorem com-

Digitized by Google

petere, cùm dixit, *in multis Ecclesiis Christianis nomen quidem adorationis divinæ retentum, sed Patrem re ipsâ postpositum fuisse, aliumque ipsi adjunctum magis ac illum adorari.* Nolim existimare tamen, Episcopum hunc Arianum esse in pectore. Nolim & credere, hanc esse ipsius sententiam, quòd Ecclesia nullas leges ecclesiasticas conventionales ad gradus in ministerio sacro & ordinem externum servandum condere possit. Crediderim potius, quæcunque dixit, Ecclesiæ Romanæ opposita fuisse & tyrannidi in conscientias, à quâ Ecclesia Anglicana abhorret, quam textus quoque noster jugulat. Nihilominùs non saltem ipsa Cleri minoris convocatio Censuram homiliæ edidit, sed & alii, in specie Sherlockius & Snapius contra Episcopum scripsere, donec jussu regio controversia sopita atque silentium disceptantibus injunctum fuit. Exstat scriptum illius judiciosissimum, quo se defendit, sub titulo: an answer to the Representation drawn up by the Committée of the lower house of Convocation concerning several dangerous positions and doctrines contained in the Bishop of Bangor's preservative and sermon, by Benjamin, Lord Bishop of Bangor London. 1718. 8. cujus contenta vide dans la Bibliotheque Angloise de Mr. de la Roche T. III. P. I. art. 7. p. 248. sqq. P. 2. art. 1. p. 289. sqq. T. IV. P. I. art. 9. p. 260. sqq. Episcopus hic variis libellis & controversiis se celeberrimum reddidit. Vide Menzeri Vorrede über Benthems Englischen Schul-und Kirchen-Staat §. 21. n. 10. Haud ita pridem verò nova lis de sacra cœnâ ipsi intentata fuit, utpote quam in meram cærimoniam vertere visus fuit. Historiam hujus controversiæ cum multitudine libellorum ultro citróque editorum hauries ex Bibliothecâ Britannicâ atque ex Pauli Schaffshausen diss. de vera notione vocabuli **κοινωνία** Lipsiæ A. 1738. editâ p. 1. sqq. 64. sqq. Plura non addimus.

§. XXI.

Placet tamen, ad textum nostrum sub finem quædam adjicere porisмata. I. Competit Christo Domino nostro regnum potentiæ, gratiæ, gloriæ, eminentissimum, idque II. spirituale Act. 5, 31. 32. Ebr. 2, 10. 12, 2. divinum, theanthropicum, cœleste, non mundanum & civile sed infinities præstantius. Imò competiit III. illud ipsi jam in statu exinanitionis, sed IV. in statu exaltationis apparet jam glorioſius & V. gloriosissimum olim apparebit. Ex quo consequitur VI. eos, qui Christo nomen dedere, debere ipsum venerari tanquàm Regem suum & mandatis illius obsequi, & quascunque volitiones & actiones suas ad nutum ejus accommodare plenumque in animâ suâ regimen Christo & ipsius Spiritui tradere

Digitized by Google

tradere Ebr. 12, 28. & à DEO expetere, ut regnum ipsius tàm gratiæ ad se & ad alios in hâc vitâ, & gloriæ in alterâ veniat Matth. 6, 10. & uti hoc, ita illud in & extra nos existanter manifestetur & appareat, & VII. vitare cane pejus & angue *hujus mundi* concupiscentias vanas, pravas, damnosas. VIII. illam Ecclesiam veram esse Ecclesiam, in quâ Christus regnat, quæ ex veris, non saltem nominetenùs talibus, subditis ipsius constat. Ea enim, in quâ Satanas & mundus regnat, Christi Ecclesia non est. IX. Nec ea Christi Regnum est, in quâ autoritas humana regnat & conscientias legibus à Christi doctrinâ alienis vincit, vel X. armis humanis & vi coactivâ religionis gerit rudera.

DISSERTATIO
DE
REGIBUS TEMPORE MESSIÆ
AD ZIONEM CONGREGANDIS
VI ORACULI Jes. 49, 23.

AD SUPRA pag. 184.

Textus, quem explicaturi sumus, hic est:

והיו מלכים אמניך ושרותיהם מינקותיך אפים ארץ ישתחוו לך ועפר רגליך ילחכו׃

Versio nostra hæc esto:

Et erunt Reges, O Zion, *nutritores tui*, & *fœminæ illorum Principes nutrices tuæ*, *facie in terram* demissâ *prosternent se coram te*, & *pulverem pedum tuorum lingent.*

Oraculum hoc propheticum diversis modis explicari videas.

Prodeant primò in scenam Pontificii, qui existimant, sequi hinc I. Regum & Principum officium esse, nutrire Ecclesiam, eamque suis beneficiis, suâ munificentiâ ornare, II. Reges & Principes Ecclesiæ esse subjectos atque Pontifici Romano competere absolutam in eos jurisdictionem,

Digitized by Google

quam & agnoſcere ipſos conveniat per oſculum, quod ipſius infigant pedibus. Hoc oſculum pedum, hoc dominium in Imperatores, Reges & Principes fundari vel maximè in noſtro hoc oraculo. Recte itaque habere, quæ in dictatibus Gregorii VII. exſtent, recte, quæ in Conſtitutionibus Innocentii III. & Bonifacii VIII. quarum verba allegavimus in jure eccleſiaſtico publico Proteſtantium p. 138. ſqq. Intelligunt itaque per Zionem Eccleſiam Romanam, atque phalangem Imperatorum e. g. Conſtantini M. Caroli M. Ottonis I. &c. &c. Regum & Principum, imò & numerum Reginarum & fœminarum illuſtrium aliorumque in aciem producunt, qui Eccleſiam ſuâ munificentiâ ornârint, qui & pedes Pontificis Romani fuerint oſculati, quæ ſumma non ſaltem venerationis, ſed etiam ſubjectionis ſpecies eſt. Vide ſaltem ad h. l. CORNELIUM à LAPIDE & EMANUELEM SA. Miror, nimium illis acceſſiſſe CAMPEGIUM VITRINGAM, Theologum Reformatum in comment. ad h. l.

Secundo loco ſententiam ſuam dicat GROTIUS, qui, cùm per Zionem intelligat Judæos ex captivitate Babylonicâ reverſuros, per nutritios indigitari putat Cyrum, Darium, Artaxerxem, Eſræ memoratos, Alexandrum M. ſucceſſores ejus, maxime Demetrium, qui utpote in populum & templum plurima beneficia, immunitates, dona, Joſepho narrante, contulerint, & per Reginas, Eſtherem, Cleopatram &c. Quod in Hebræo exſtat אפים ארץ, poni putat pro אפי ארץ, quod vertit, *ſpectabiles in terrâ*, applicatque ad principes Idumææ, Moabitidis & aliarum terrarum, quas Judæi ex captivitate reverſi ſubegerint, additque, pulverem pedum lingere non eſſe Regum, ſed hoſtium ſubactorum Pſ. 72, 9. Jeſ. 60, 14.

Tertius ordo eorum, qui hîc in cenſum veniunt, Chiliaſtarum & illorum eſto, qui glorioſum Eccleſiæ ſtatum, qui univerſalem Judæorum converſionem, adhùc exſpectant. Eminet ex illis PETERSENIUS ad h. l. qui putat, Zionem Prophetæ eſſe Eccleſiam Judaicam, ad Meſſiam olim convertendam, ad quam deinceps advolaturi ſint Reges & Reginæ gentium cum muneribus ſuis, ad cultum ſubmiſſiſſimum exhibendum. Vide Pſ. 72, 9. 10. 11. Jeſ. 60, 6. ſqq. maximè comma 16. quod noſtro textui admodùm parallelum eſt.

Jam conſulamus quartò noſtrates. Hi per Zionem Eccleſiam N. T. intellectam volunt, ex Judæis credentibus primùm compoſitam, ad quam deinceps gentes credentes acceſſerint, quorum Principes Eccleſiam miris modis beneficiis & munificentiâ ſuâ ornaverint, quam in rem & textum

Digitized by Google

tum hunc *in dem Grund-Riß der Chriſtlichen Lehren* p. 110. allegavimus. Imò conſtat, ex hoc oraculo & jus Magiſtratuum Chriſtianorum circa ſacra deduci ſolere. Curator quippe pupilli, at verò Nutritius & Curator pari paſſu ambulant, ſalutem ejus non tantùm temporalem, ſed & æternam curare, informatores ipſi dare, en originem vocationis Miniſtrorum Eccleſiæ, Magiſtratui politico competentis, bona ipſi præcepta dare, en originem legum eccleſiaſticarum à Magiſtratu politico ferendarum, illum, ſi peccârit, objurgare & caſtigare, en originem diſciplinæ eccleſiaſticæ à Magiſtratu exercendæ, debet, ut alia taceamus. Patere itaque ajunt ex h. l. juris circa ſacra, quod Magiſtratus ſibi vindicant, originem eſſe divinam, Deumque ipſum hoc jus poteſtati ſummæ politicæ alligâſſe. Videri poſſunt GERHARDUS, MEISNERUS, KOENIGIUS, complures alii.

Neſcio, num jam addendi ſint increduli, qui cauſantur, tot in Prophetis inveniri vaticinia, quæ nec impleta ſint, cùm dudùm implenda fuiſſent, nec quoque implenda adhùc ſint, quale & ſit oraculum de reſtitutione Iſraëlis ſive ex captivitate Babylonicâ ſive ex præſenti. Certè magnifica iſta promiſſa non impleta fuiſſe in Judæis ex Babylonicâ reverſis, conferri ſaltem debere Jeſ. 60. Futuram verò eorum reſtitutionem eamque tàm magnificam eſſe ſomnium. Ita maximè COLLINUS.

Extremum locum occupet Judæorum ſcabies, exiſtimantium, ſe, ſolutâ captivitate, in quâ adhùc detineantur, redituros eſſe in Palæſtinam, reſtauraturos templum & Hieroſolymas, tunc omnes gentes ad ſuam religionem acceſſuras eſſe, Regesque & Reginas gentium apportaturas eſſe dona ſua & profundiſſimam Eccleſiæ Judaicæ venerationem & ſubmiſſionem exhibituras. Allegant hanc in rem oracula parallela, quæ cumulavimus in diſſert. ad Joh. 18, 36. p. 4.

Poſtremi in refutatione primi, agedum, fiant, Judæi nempe, qui incredibilem ſuperbiam ſuam hoc ſomnio miris modis alunt. Jam verò, quid primò de captivitate ſuâ querulatur inepta gens? Gens nuper in Angliâ naturaliſata, gens, quæ Chriſtianos emungit, gens, quæ hîc & illic divitias corraſit & adhùc corradit, terribiles. Optandum eſſet, ut Chriſtianas terras relinquerent Judæi & abirent in Indias, in imperium illud, quod ſe tenere fingunt ultra flumen Sabbation. Vana illorum exſpectatio eſt redeundi in Palæſtinam, quæ, cùm olim lacte & melle abundâſſet, & fertiliſſima eſſet, nunc maledicta & ſterilis eſt. Ne minima quidem ſpes affulgere ipſis poteſt, ſe Turcas debellaturos & terras has recuperaturos, minor adhùc & longè minor, Reges & Principes, ſive Chriſtianos,

Digitized by Google

Christianos, sive Mahumedanos, sive Gentiles advolaturos & religionem Judaicam adoptaturos esse unquàm. Magnificæ promissiones ipsis per Prophetas in formâ vaticiniorum factæ sunt hypotheticæ. Conditione, sub quà datæ fuere, non impletâ, nec implendâ unquam non implentur promissiones, non implentur vaticinia, ob Messiam ab ipsis rejectum & in crucem actum.

Dèistas planè non moror. Sunt homines reprobi, qui non capiunt, quæ sunt Spiritûs. 1. Cor. 2, 14. Unum hoc dico, complementa vaticiniorum esse subinde successiva. Ita vaticinium hoc ex parte impletum fuit, cùm Judæi ex captivitate Babylonicâ reverterentur, uti non malè GROTIUS, impletum & fuit in Principibus Christianis, Ecclesiæ nutritiis. Capisne tu fœcunditatem vaticiniorum ex typis & antitypis manantem? lector.

Nostrates in thesi rectè, sed juxta systema illud, quod in originibus juris ecclesiastici, in diss. de juribus sacrorum absolutis & collegialibus, in jure eccles. Germanico alibique explicavimus.

Num ad probandum jus Principum circa sacra ad nostrum oraculum sine formidine oppositi provocari possit, ediximus de originibus juris ecclesiastici p. 194. Videas opponi, 1) magnam esse distinctionem inter *nutritorem* & *curatorem*, licet in versione germanicà vox *Pfleger* habeatur. אמנים hîc nonnisi nutritores significat & ne quidem *educatores*, ut alibi. Jam & 2) tales nutritores hîc intelliguntur, qui pulverem pedum illius lingunt, cui dona sua, cui munera sua offerunt, qui tàm non hoc modo jus in Ecclesiam affectant, ut illi potiùs se subjiciant, BRENTIO ad h. l. monente: *Nec tantùm promittitur, Reges & Principes fore Ecclesiæ nutritores, verùm etiam, fore eos Ecclesiæ subjectos.* Hoc in curatorem non cadit, qui non lingit pulverem pupilli curandi, ut in textu habetur. Multò minùs hoc 3) in magistratum civilem cadit. Hic, quamvis nutritor Ecclesiæ, ad tantam subjectionem non procedet unquàm, quæ potestatem suam in sacra prorsus jugularet. Taceo 4) nec curatori ullam competere jurisdictionem, neque civilem neque ecclesiasticam in curandum, quæ nec competit Nutritori, nec 5) beneficia, quæ in Ecclesiam conferuntur, & nomine *lactis* veniunt, jus sacrorum operari, nisi ad summum jus Patronatûs. Sed & quæritur 6), num etiam Reginis, quatenùs Ecclesiæ nutricibus, vi hujus tituli adjudicandum sit jus sacrorum? & 7) num & Regibus & Reginis gentilibus, de his enim agitur Jes. 49, 22. 60, 12. 16. beneficia in Ecclesiam conferentibus? Talis fuit Regina Austri, quæ lac suum præbuit templo Zionis 1. Reg. 10, 10. Non credo, futurum, qui

Digitized by Google

qui ſtatuat, illam jus ſacrorum in Zionem ita acquiſiviſſe ſibi, prout nec in Jeſulum Magos orientales dona ipſi afferendo Matth. 2, 11.

GROTIUS bis peccat, quòd oraculum hoc ſaltem exponit de Judæis ex captivitate Babylonicâ reverſuris, & quòd אפים ארץ contortè explicat, unde rectè vapulavit VITRINGÆ.

Contra Chiliaſtas ſufficiant, quæ in diſſ. ad Joh. 18, 36. & in Theol. dogm. Germ. diximus.

Aſt, quid reponemus Pontificiis? Largimur, Principes ſuâ munificentiâ Eccleſiam benè locupletâſſe olim, imò ditâſſe nimis. Vide noſtrum jus eccl. publ. German. p. 505. ſqq. Hoc verò ridiculum eſt, ex noſtro oraculo deducere velle podolatriam Pontificibus Romanis etiam ab Imperatoribus, Regibus & Principibus præſtandam. Itane ergò Pontifex Romanus eſt Zion illa, de quâ noſter textus agit? Itane ergò locutionum adagialium litera tantoperè premenda eſt, uti Pontificii premunt? Olim idola, olim Imperatores & Reges hoc oſculo fuere culti. Abjectæ ſubmiſſionis iſtud facinus eſt. Vide SAUBERTI opera poſthuma p. 267. ſqq. MAYERI diſſert. de oſculo pedum Pontificis Romani & BROWERIUM de vet. & recent. adorat. C. 25. in ſupplem. Antiqu. Rom. Poleniano Vol. 2. f. 1019. 1020. Hinc & oſculum pedum Pontifici Romano denegârunt Patriarcha CP. in Concilio Florentino, CHRISTOPHORUS & FRIDERICUS Duces Wirtembergiæ aliique, memorante ex autoribus BUCKIO in diſſ. de ποδολατρείᾳ Rom. Pontificis §. 6.

DISSERTATIO
DE
CRITERIIS VOCATIONIS DIVINÆ
AD
MINISTERIUM ECCLESIASTICUM.

PRÆFATIO.

Cum nihil communius ſit, quàm vocationis ad miniſterium eccle-

Digitized by Google

ſiaſticum divinitatem gratis jactare (*), adeóque neceſſarium, de criteriis vocationis divinæ ſolidam inſtituere tractationem, id quod datâ operâ hactenùs à paucis factum (**), cùm & ſint, qui putent, de divinitate vocationis certa criteria dari haud poſſe, quæ demonſtrationem ſecum vehant (***), conſtitutum nobis eſt, in uſum & ad πυρασμον ſpiritualem tùm vocantium tùm vocandorum (****), imò & eorum, qui miniſterio eccleſiaſtico actu funguntur, noſtra hanc in rem cogitata in has chartas effundere. Id quod ut, DEO benedicente, ad ædificationem Eccleſiæ vergat, ardentibus precibus vovemus. Dicenda conflabimus in unum aphoriſmum (*****), notis deinceps illuſtrandum.

(*) Spiritualis hæc impoſtura eſt vel ſaltem paralogiſmus, quo ex philavtiâ, defectuque ſolidæ & maturæ rerum conſiderationis judicium homines præcipitant adeòque ſe & alios miſerè decipiunt.

(**) Sparſim hanc in rem plura tradidit Spenerus, quæ in unum fudit Willenbergius in tr. de officio vocantis & vocati ad miniſterium eccleſiaſticum p. 80. ſqq. ubi & p. 83. 84. J. F. Mayeri, Theologi Gryphici ſententiam hanc in rem exhibet, cujus Muſæum Miniſtri Eccleſiæ P. 1. C. 1. de Miniſtri Eccleſiæ vocatione p. 3. ſqq. conferendum eſt. Diximus & nos, quæ hùc pertinent, in diſſ. de vitiis eorum, qui ſacris operantur, ſect. 1. §. 9. inſtit. Theol. p. 621. ſqq. & inſtit. juris eccl. p. 115. ſqq. Adde cel. Canzii poſitiones de vocatione miniſtrorum Eccleſiæ C. 3. p. 89. ſqq. & Heſſiſches Heb-Opfer, 4. Stück. n. 8. p. 463. ſqq.

(***) Ita Bœhmerus de jure parochiali ſect. 3. C. 1. §. 4. p. 100. & in jure eccleſiaſtico Proteſtantium L. 1. tit. 7. §. 8. ſqq. p. 333. ſqq. itemque Pertſchius in elem. juris eccleſ. L. 1. tit. 23. §. 359. n. 4.

(****) Vide Speneri Natur und Gnade p. 322.

(*****) Neſcio, quî factum, ut hæc diſſertatio non viſa fuerit Viris doctiſſimis, qui poſtea de hoc argumento ſcripſere, celeb. Baumgartenio, Heumanno, Huthio. Forſan ea, quæ hîc ſcripſimus, illuſtrârint illorum cogitata & horum diſſenſiones. Scripta autem fuit hæc diſſertatio occaſione vocationis Gœttingenſis, quæ olim cel. Rambachio contigit & eorum, quæ is dem Heſſiſchen Hebopfer T. 4. inſeruit.

APHO-

Digitized by Google

APHORISMUS.

Vocatio (*a*) divina (*b*), quæ ad miniſterium eccleſiaſticum (*c*) neceſſaria (*d*) eſt, eſt vel *immediata*, qualis Prophetarum & Apoſtolorum exſtitit (*e*), vel *mediata* (*f*) eaque vel facta à Viris immediatè inſpiratis (*g*) adhibitâ ſubinde ſorte (*h*) vel ab hominibus ſub ordinariâ ſaltem illuminatione, vel providentiâ divinâ directiva vel permiſſiva ſtantibus, quatenùs *divinum* dicitur id, quod voluntati, ordini legique divinæ congruum eſt (*i*). Poſcit verò lex divina, poſcit ſalus Eccleſiæ (*k*), poſcit ordo in Eccleſiâ neceſſarius, I. ut *vocantibus*, jus vocandi ex inſtituto divino (*l*) vel humano illi ſubordinato (*m*) competat, II. ut ex motivo unico honoris divini promovendi Eccleſiæque ædificandæ vocent (*n*) III. ut vocent ſubjectum idoneum (*o*) & quidem IV. digniſſimum ex iis, quæ præſtò ſunt, aptiſſimumque ad hoc præcisè officium (*p*), nulloque V. vinculo naturali vel civili vel theologico alii Eccleſiæ, illud dimittere recuſantis, inſolubiliter adſtrictum (*q*) VI. cum conſenſu Eccleſiæ, cui obtrudendus Paſtor non eſt (*r*), vocentque VII. ſanctè, præmiſſis ardentibus ad DEum precibus (*s*), inſtitutâ maturâ eâque ſpirituali deliberatione, inſtituto & ſubinde vocandi accurato & aſcetico examine vel πειρασμῷ, ad quod χάρισμα διακρίσεως πνευμάτων ſpectat (*t*). Requiritur hîc porrò, ut *vocandus* I. ſit orthodoxus (*u*) II. neceſſariis χαρίσμασι tùm naturalibus (*x*) tùm ſpiritualibus (*y*), ſufficiente quippe doctrinâ (*z*) prudentiâ & experientiâ ſpirituali (*aa*) inſtructus, III. ex unico motivo & deſiderio divini honoris promovendi & Eccleſiæ ædificandæ, quo ardet, & quod *vocatio interna* (*bb*) aliâs vocatur, vocationem vel concupiſcat (*cc*) vel acceptet (*dd*), ſubinde & renitens (*ee*), eique ſe in concurſu vocationum vel caſu novæ vocationis, jam enim & hæc legitima eſſe poteſt (*ff*), addicat muneri & loco, in quo magis neceſſaria ipſius opera eſt, & majorem pro ratione capacitatis ſuæ aliarumque circumſtantiarum probè ponderatarum, ubi ſubinde conſultum fuerit, διακρίσει τῶν πνευματικῶν locum dare (*gg*), ædificationem cum fundamento (*hh*) ſperare poſſit, id quod verò ſaltem cæ-

Digitized by Google

teris paribus valet (*ii*), ut denique IV. vitam agat ſanctam, quæ ipſum reddat exemplum gregis ſacri præſtantiſſimum (*kk*). Ratione ipſius *officii* requiritur, ut I. illud, ſive ſimplex ſive duplex capacitati ſubjecti congruat (*ll*), II. nullis ejusmodi circumſtantiis ſit involutum, ut ſalvâ conſcientiâ adminiſtrari (*mm*) nequeat, adeóque III. vocato libertas ſit, Eccleſiam, ut par eſt, ædificandi (*nn*). Hæc requiſita ſi concurrant omnia tùm ratione vocantium, tùm ratione vocatorum, tùm ratione ipſius officii, vocatio eò magis erit legitima & divina, gradus enim ſuos illa admittit (*oo*), quæ verò nihilominus locum habet, ſi ſaltem, qui vocat, jus vocandi civile habeat (*pp*), & locus miniſterii vel legitimè vel illegitimè vacet (*qq*) & ſi requiſita ratione vocatorum & officii vel in totum vel in tantum adſint (*rr*). Patet verò jam ex hiſce criteriis, ad legitimam vocationem haud ſufficere, I. ut facta ſit ſine ambitu (*ss*), ſimoniâ (*tt*), ſaltu (*uu*), vel aliis curvis viis (*xx*), ut II. vocatus pro eo, in quo ſtat, Candidatorum ordine vocationem ſuam currendo haud præverterit (*yy*), ut III. in concurſu plurium ſubjectorum ſine ullo ſuo vel amicorum curſu in ipſum præcisè fuerit conſpiratum (*zz*), ut IV. vocatio ex bonis motivis fuerit facta (*aaa*) ut V. vocatus ſit idoneus & ipſe quoque ex bonis motivis non ſolùm agat ſed & præcipuâ quâdam cum inclinatione ad vocationem acceptandam feratur (*bbb*) exiſtimetque, ſe in nova ſtatione pro ratione & chariſmatum ſuorum & aliarum circumſtantiarum plus ædificare poſſe (*ccc*), & quæ alia heic proponi poſſent criteria, ſolitariè vel conjunctim ſumta. Bonum enim vocationis ex integrâ causâ dijudicandum eſt (*ddd*), ſufflaminaturque ab unico defectu eſſentiali (*eee*). Quod reſtat, I. ad vocationem extraordinariam, quæ ad plantandam vel reformandam Eccleſiam requiritur, ſufficit tum chariſmatum ſpiritualium menſura plenior, tùm inſtinctus ſpiritualis exſtantior, tùm maxima Eccleſiæ neceſſitas tacituſque conſenſus (*fff*). II. Divinitas vocationis tùm extraordinariæ tùm ordinariæ ex benedictione divina exſtantiore, illius pediſſequa clariſſimè diſpaleſcit, etſi, ubi deficit illa, hoc criterium non ſit vocationis minùs divinæ (*ggg*). III. Vocatio non redditur irrita

Digitized by Google

irrita vel illegitima per defectum ordinationis epiſcopalis (*hhh*) vel quòd à laicis facta (*iii*) vel per conjugium vocatorum (*kkk*) vel per defectus naturales miniſterio eccleſiaſtico haud adverſos (*lll*). IV. Vocatio ad miniſterium Eccleſiæ divina in genere dicitur, quia, ut miniſtri Eccleſiæ conſtituantur, Deus præcepit, divina itidem eſt, ſi legitime & juxta ſupra poſita requiſita fiat, etſi determinationem certorum ſubjectorum ad certa officia & ad certa loca Deus hominibus in ſolidum reliquerit, qui, prout viſum eſt, negotium gerunt. Eſt itaque determinatio hæc propriè loquendo nonnihil *humana* (*mmm*). Hinc in concurſu duarum vel plurium vocationum æquè legitimarum adeóque æquè divinarum vel caſu novæ vocationis ab unâ ſtatione eccleſiaſticâ ad aliam & manere in hâc & migrare ad illam, cæteris paribus (*nnn*) pro arbitrio (*ooo*) poteſt vocatus, cùm directio illa vel determinatio divina nullâ demonſtratione ſed probabilibus ſaltem argumentis atque dijudicatione propriæ capacitatis & eventibus futuris in ſe incertis (*ppp*) nitatur, ex benedictione divinâ inſequente vel minore vel majore demùm certius æſtimanda. V. Is, qui nullam quoque ſub initium miniſterii eccleſiaſtici legitimam vocationem habuit, legitimè ſacrum officium deinceps, Deo benedicente, adminiſtraverit, ſi egregiè reſipuerit atque capacitatem ſpiritualem ad id ritè gerendum fuerit nactus (*qqq*). VI. Si deſint ſubjecta, quæ ſpirituali capacitate polleant, vocanda ſunt, quæ naturali ſaltem pollent, & ad externum Eccleſiæ miniſterium ſine ſcandalo continuandum idonei ſunt. Majus quippe malum eſt, Eccleſias deſertas relinquere. Id quod intentioni divinæ contrarium eſt, quæ & ejusmodi miniſterium pædagogicum in caſu deficientis alius ſubjecti præſtantioris in Eccleſiâ tolerat nec ſuâ deſtituit benedictione. VII. Verbi & ſacramentorum efficacia à qualitate vocationis, vocantium & vocatorum haud dependet (*rrr*). VIII. Vocatio fit vel minùs vacante ſede (*sss*) vel vacante ſede per exſpirationem temporis vocato præfixi (*ttt*) vel per translationem (*uuu*) aut translocationem (*xxx*) aut remotionem aut degradationem (*yyy*) aut dimiſſionem (*zzz*) aut reſignationem (*aaaa*), ubi ſubinde revocatio fieri poteſt (*bbbb*), aut deſertionem (*cccc*), aut mortem.

Digitized by Google

(*a*) Vocatio ad ministerium Ecclesiasticum est actus Patroni, quo certum subjectum nominatum & electum ad ministerium ecclesiasticum in certâ Ecclesiâ gerendum vocat Episcopoque aut potius illi, cui jus sacrorum competit, ad examen, confirmationem, ordinationem & introductionem sive investituram præsentat. Ita secundùm principia Juris ecclesiastici Protestantium in Germaniâ, juxta quæ &, si Patronatûs jus Episcopus ipse vel is, qui jus sacrorum habet, habeat, idem nominat, eligit, vocat, confirmat, ordinationemque & investituram curat, quæ omnia pro varietate locorum variè quoque administrari videas. Vide Carpzovii Jurispr. Consist. L. 1. t. 3. def. 22. & Thomasii diss. de præcipuis Juris Patronatûs Ecclesiæ Protestantium vulgaris capitibus §. 5. sqq. p. 8. sqq. Non vacat heic, quæstiones de origine & jure Patronatûs evolvere, quod contradicente Voetio defendit Schookius, argumenta in utramque partem referente Bœhmero de jure parochiali sect. III. C. 1. §. 21. sqq. qui & de hoc argumento egregiè agit in jure ecclesiastico Protestantium L. III. tit. 38. itemque Canzio in disc mor. 874. sqq. Adde Cons. Ded. Vol. 1. f. 660. sqq. 669. sqq. Magis ad nostrum institutum pertinet, disquirere, quid agendum sit vocato, si ab uno Compatronorum vocetur, altero vel dissentiente vel Jus patronatûs sibi soli arrogante, possitne Patronus functionem ecclesiasticam alicui promittere, vel novum Pastorem aut adjunctum præsentare, antequam ista vacet, num vocatio Patroni conjuncta cum conditione ducendæ certæ uxoris & accipiendo minore salario & ad certos saltem annos facta aut aliis conditionibus sit legitima & acceptanda, num Patrono liceat ad favorem commendantibus exhibendum nominare, quid sentiendum sit de vocatione Patroni Pontificii ad ministerium Evangelicum &c. &c. Respondemus, vocationem legitimè accipi ab eo, qui est in possessione exercitii, nec attendendum dissensum alterius compatroni aut exceptionem, cæteris paribus, vel vocationem per turnum faciendum esse juxta Cons. Witt. P. 2. f. 16. sqq. 54. Bechmann. de cas. consc. p. 18. 27. 28. alios. Sed non opus est antevertere in sequentibus dicenda. Confer tamen hîc Pruckneri manuale mille quæst. Theol. p. 152. sqq. & Carpzovii Jurispr. Consistor. L. 1. tit. 2. tit. 3. def. 41.

(*b*) Divina dicitur à DEO vel inspirante vel dirigente vel permittente vel à conformitate cum lege divinâ de vocandis ritè Ecclesiæ ministris. Deo enim tanquàm causæ principali jus vocandi absolutum civi-

ἀνθρωποπαθῶς & κατ' ἐξοχήν competit, Patri Jeſ. 41, 25. 27. Matth. 9, 38. 1. Cor. 12, 28. 2. Cor. 5, 18. Filio Matth. 23, 34. 28, 19. Joh. 20, 21. ſqq. 21, 18. ſqq. Eph. 4, 11. 1. Tim. 1, 12 Spiritui S. Act. 13, 24. 20, 28. unde miniſtri Eccleſiæ vocantur miniſtri DEI 2. Cor. 6, 4. 1. Theſ. 3, 2. miniſtri & legati Chriſti, Rom. 15, 16. 1. Cor. 4, 1. 2. Cor. 5, 20. 1. Tim. 4, 6. & emiſſarii Spiritûs S. Act. 13, 4.

(c) Id quod non ſaltem in externis functionibus, quales ſunt concionari, baptizare, ſacram cœnam adminiſtrare &c. conſiſtit, ſed unctione ſpirituali verè ſanctum evadit, quæ externas haſce functiones benedictione divinâ fœcundat, & ſpirituali animarum mutatione & converſione, aſceticâ earundem directione atque Eccleſiæ non externâ ſolum ſed & interiore ædificatione & emendatione abſolvitur. Eſt enim hoc miniſterium διακονία πνεύματος 2. Cor. 3, 6. 8. cum diviniſſimâ virtute conjuncta 1. Cor. 2, 4. atque neceſſarium eſt ex inſtit. divinâ Matth. 28, 19. 1. Cor. 12, 28. Eph. 4, 11. id quod contra Anabaptiſtas, Quakeros, Fanaticos, Independentes egregiè obſervavit Zieglerus in Superintendente C. 1. ut Theologos taceamus. Mirum, Pertſchium theſin hanc negare in elem. Jur. can. & eccleſ. L. 1. tit. 7. §. 180. cum miniſterium eccleſ. nihil aliud ſit, quàm officium doctorum in Eccleſiâ, qui utique ab auditoribus diſtinguendi ſunt. *Hi laici*, illi *clerici* nuncupantur, quæ voces hoc ſenſu prorſus innocentes ſunt.

(d) Vide Joh. 3, 27. Rom. 10, 15. Ebr. 5, 4. Hinc DEus deteſtatur currentes Jer. 23, 21. 32. Hinc doctores verbi ſunt legati 2. Cor. 5, 20. & œconomi DEI 1. Cor 4, 1. legatus verò miſſione & œconomus conſtitutione opus habet. Argumenta Anabaptiſtarum, Socinianorum, Independentium & Fanaticorum, qui neceſſitatem vocationis negant, deſtruxit cel. Canzius l. c. C. 2. §. 159. ſqq. p. 66. ſqq.

(e) Vocatio immediata dicitur, quæ immediatè à DEO fit vel ſine ullius hominis interventu, ut vocatio Moſis Ex. 3, 4. ſqq. Eliæ. 1. Reg. 17, 2. Jeremiæ 1, 5. ſqq. Ezechielis 2, 3. ſqq. Jonæ 1. Johannis Baptiſtæ Luc. 3, 2. Joh. 1, 6 Apoſtolorum Matth. 10, 1. ſqq. 28, 19. Pauli Gal. 1, 1. coll. Act. 9, 15. vel per internuncium, uti vocatio Aaronis per Moſen Ex. 4, 14. ſqq. 28, 1. Eliſæi per Eliam 1. Reg. 19, 19. Add. Act. 13, 2. 4.

(f) Mediata eſt, quæ fit per homines ex ſpecialiſſimo mandato divino haud agentes.

(g) Vide hic Act. 1, 23. ſqq. 6, 3. ſqq. 14, 23. 20, 28. 1. Cor. 1, 1. 3, 9.

Digitized by Google

3, 9. 4, 1. Col. 4, 17. 2. Tim. 2, 2. Tit. 1, 5. Ita Timotheus electus erat & ordinatus secundum prægressas de ipso prophetias 1. Tim. 1, 18. unde & ordinatio ipsius vocatur donum, quod datum sit ei per prophetiam 1. Tim. 4, 14. Ita & aliæ electiones & ordinationes in primitivâ Ecclesiâ per inspirationem factæ. Vide Binghamum orig. eccl. Vol. 2. p. 83. sqq. & Arnoldum in der Abbildung der ersten Christen P. 1. f. 235.

(*b*) Act. 1, 26. Vide hîc præter autores à Fabricio in Bibliograph. antiqu. C. 13. §. 21. p. 470. & in nostris juris eccles. orig. p. 77. citatos Morinum diss. 8. p. 356. 357. Basnagium in annal. polit. eccl. T. 1. f. 422. Binghamum Orig. eccles. Vol. 2. p. 81. 82. Zornium opusc. sacr. T. 1. p. 374. sqq. Calmetum pec. diss. sur les elections par le sort Comment. in Acta Apost. præmissâ f. 812. sqq. ubi Chrysostomum laudat, qui ad h. l. observat, Apostolos, quòd nondum tunc immediatè illuminati fuissent, sorte voluntatem Domini tentavisse. Sortis usum in electionibus ecclesiasticis in perpetuum prohibuit Honorius III. Unde in Ecclesiâ Romanâ saltem tres celebrantur electionis modi, per *inspirationem*, *compromissum* & *scrutinium*. Confer Bœhmeri jus eccles. Protest. T. 1. p. 313. 314. Ludewigium de sorte suffragatoriâ Ecclesiæ, ubi ostendere conatur Vir eruditus, Jus canonicum sortem *suffragatoriam* non improbare, nisi temerariam & inconsultam, maximè verò damnare *divinatoriam*, & Willenbergium l. c. p. 93. Adhiberi sortem posse, uti Candidati sunt æquales, rectè contendunt Theologi apud Prücknerum l. c. p. 154. 155. & apud Ludewigium l. c. p. 42. Eminet inter illos Zeltnerus in diss. de illegit. & legit. vocat. ministr. Eccl. p. 49. Adde Spenerum lezt. Theol. Bed. P. 1. p. 405. 406. Dissentit tamen Balduinus de cas. consc. L. 4. C. 5. casu 6. p. 760. 761. Dunte cas. consc. p. 641. Bechmann cas. consc. p. 36. sqq. & Minist. Hamburg. apud Dedek. Cons. Append. f. 448. 449.

(*i*) Est hæc acceptio vocationis divinæ sequior, ut res ipsa declarat. Certè hodiernæ vocationes mediatæ cum vocationibus Apostolicis mediatis n. (*g*) laudatis æquali passu non ambulant. Differunt enim hîc vocantes & vocati per omnem modum, etsi, cùm DEus juxta Jer. 3, 15. 1. Cor. 12, 28. Eph. 4, 11. ministerii ecclesiastici constitutionem perpetuam esse velit, & vocationem ad illud velit perpetuam, ubi verò determinationem personarum & locorum hominibus permittit, quæ si fiat salvâ divinâ lege & salvâ Ecclesiæ salute, divina dicitur. (*k*) Salus

Digitized by Google

(*k*) Salus nempe Ecclesiæ suprema lex est, de quâ datâ operâ egit Bœhmerus in jure eccles. Prot. T. 1. dissertatione præliminari.

(*l*) Ex instituto divino vocatio radicaliter competit Ecclesiæ illisque ejusdem præpositis, qui fulgent charismate discernendi spiritus. Clarum id est tùm ex ipsâ denominatione ministrorum Ecclesiæ, tùm ex exemplis Apostolicis Act. 1, 15. sqq. 6, 2. sqq. 2. Cor. 8, 19. 1. Joh. 4, 1. Ecclesiæque primitivæ apud Gerhardum de ministerio eccles. §. 94. sqq. Niemannum in disp. de vocatione ministrorum Ecclesiæ §. 31. sqq. Krumholzium in 8. quæst. p. 116. sqq. Binghamum orig. eccles. L. IV. C. 2. Bœhmerum in jure eccles. Protest. T. 1. p. 269. sqq. de injustitiâ vocationis factæ ad clamorem populi §. 5. sqq. p. 4. sqq. & in diss. de renovatione vocationis resignatæ §. 14, p. 12. maximè verò Blondellum de jure plebis in regimine ecclesiastico. Placita juris Canonici hanc in rem allegat Willenbergius de officio vocantis & vocati p. 27. Adde nostras juris eccles. orig. p. 38. sqq. 122. sqq. 202. & diss. de jure sacrorum absoluto & collegiali §. 1. p. 515. ubi libros nostros symbolicos hanc sententiam ferre notavimus, consentientibus Theologis & JCtis.

(*m*) Scilicet, cùm religio per totam civitatem diffunderetur, vocandi facultas, quæ à totâ Ecclesiâ non exerceri ampliùs commodè potuit, quoad exercitium tacitè devoluta fuit vel ad clerum, vel ad magistratum politicum, vel ad presbyteros laicos & patronos, voto tamen negativo plebi semper relicto. Vide cit. diss. p. 519. ubi ostendimus, hanc sententiam dudùm à Theologis traditam fuisse. Testimoniis ibi adductis adde Dannhavverum in hodos Christ. phæn. 2. p. 133. & Theol. conscient. T. 1. P. 2. spec. dial. 3. p. 919. Niemannum l. c. §. 37. Scherzerum in disp. de legitimâ ministri Ecclesiæ constitutione C. 3. §. 5. & Osiandrum in disp. de tribus Ecclesiæ militantis hierarchiis sect. post. de minist. eccles. qu. 2. p. 13. Ita & nostram de juribus sacrorum collegialibus Ecclesiæ competentibus sententiam ex Anglis defenderunt Masonus in vindiciis Ecclesiæ Anglicanæ L. 4. C. 4. sqq. & Lockius dans la lettre sur la tolerance, œuvres diverses p. 22. sqq. ex Gallis Bayle dans la reponse aux questions d'un Provincial T. 5. p. 151. sqq. ex JCtis modernis Bœhmerus de jure parochiali sect. 3. C. 1. §. 7. p. 101. 102. & in jure eccles. Protest. L. 1. tit. 33. §. 29. Pertschius in elem. juris ecclesiastici passim itemque Estor de beneficiis Aug. Conf. p. 113. sqq. 127. 137. Idem verò est, sive Episcopus, sive Clerus cum plebe, sive Magistratus

Digitized by Google

politicus hoc jus exerceat, si saltem rectè & ad salutem Ecclesiæ, quæ summa lex est, exerceat. Egregiè Grotius de imperio summarum potestatum circa sacra C. 10. n. 31. *Da mihi Cyprianum &, qui eo ævo vixerunt, nihil erit à populari electione metuendum. Da Patres Nicænos, libenter Episcopis electionem addicam. Da Theodosios, da Valentinianos, da Carolos Magnos, nullum erit à regiâ electione periculum. At nos in fæce Ecclesiæ vivimus & cùm omnia rectè sint circumspecta, nihil est, quòd incommodo vacet. Itaque nihil hîc quicquam perpetuum præscribi potest.*

(n) Vid. cel. Canzius l. c. C. III. §. 226. sqq. p. 90. sqq. Hem verò, quanti heic hodie in vocantibus apparent defectus, cùm, si benè res agatur, ad capacitatem saltem & eloquentiam vel eruditionem naturalem respiciant, observante Spenero Th. Bed. P. 1. p. 455. vel aliâs agant ex motivis saltem carnalibus e. g. procurandi vocando stipendium &c. &c. etsi hoc vocantium vitium, si reliqua benè se habeant, ipsam vocationem haud vitiet. Vide Spenerum l. c. & Hess. Heb-Opfer P. 4. p. 465.

(o) Non saltem ad opus externum ministerii ecclesiastici continuandum sed ad ministerium N. T. & spiritûs, quod magnum, spirituale & diviniſſimum opus est, gerendum. Vide tamen, quæ n. VI. *Si desint subjecta* diximus.

(p) Vide eundem judicioſiſſ. Canzium l. c. C. III. §. 262. sqq. p. 98. sqq.

(q) Vinculum *naturale* est, quo quis patriæ & Principi, ut subditus, quo & Patrono ob beneficia & stipendia accepta, *civile*, quo ex pacto & fide datâ, *spirituale*, quo Ecclesiæ, cujus ministerium gerere vix cœpit, quæ ex discessu ipsius insigne damnum caperet, & cui necessaria prorsus opera ejusdem est, obstringitur. Hinc Dannhavverus in Theol. consc. T. 1. p. 750. ad legitimam vocationem, à merâ *tentatione* probè distinguendam requirit, ut vocandus sit *liber à vinculis alligantibus & vocatio suaviter fiat sine læsione decalogi de non concupiscendo alieno.* Quæritur itaque jam de vinculis legitimè alligantibus, & primò quidem de *naturalibus*, quæ diximus, quo patriæ, quo Principi obstringimur. Et verè quidem alligare hæc vincula contendunt JCti apud Bœhmerum in jure eccles. Protest T. 1. p. 338. sqq. & de Münchausen in diss. de jure ministrorum exigendi à Principe dimissionem, quam sententiam & defendit Willenbergius l. c. p. 161. 162. Ita & beneficia atque stipendia ejusmodi inducere vinculum

Digitized by Google

culum ſupponunt Spenerus in lezt Theol. Bed. P. 1. p. 371. & Fechtius in inſtructione paſtorali C. 21. §. 3. p. 203. 204. Ita & ex pacto & fide datâ firmam eſſe obligationem iidem exiſtimant. Vid. Spenerus Theol. Bed. P. 2. p. 402. Argumenta, quæ huic ſententiæ opponuntur, ſunt 1. ita violari jus DEI illimitatum in doctores Eccleſiæ libertatemque vocandi, quos velit, quæ ſit reſervatum divinum, 2. violari & hoc reſervatum divinum per pactum, quo quis in ſe perpetuum huic vel illi ſtationi ſacræ addicat, & quod ipſo facto hanc ob cauſam ſit illegitimum, irritum & nullum, 3. ſecundam tabulam cedere primæ, & vocatione divinâ rumpi omnia alia vincula humana, cùm vinculum, quo Deus nos obſtringat, longè majus ſit. 4. miniſtrum Eccleſiæ vel candidatum miniſterii eſſe bonum totius Eccleſiæ, quod nulla particularis ſibi ſoli queat privativè vindicare. 5. beneficia vel ſtipendia accepta ejusmodi ligamen planè non poſſe inducere. Confer Conſil. Fac. Theol. Jen. apud Dedekennum Vol. 1. f. 774. ſqq. & Hartmannum in paſtorali Evangelico L. IV. C. 3. §. 14. Dannhavverum Theol. conſc. T. 1. p. 986. Spenerum Theol. Bed. P. 1. p. 460. ſqq. 473. 474. 476. 507. 516. ſqq. 536. lezt. Theol. Bed. P. 1. p. 378. 379. 383. Willenbergium l. c. p. 128. Klauſingium in diſſ. de vocatione ad munus ſacrum oblatâ temerè non recuſandâ §. 14. n. 4. qu. 2. & 3. ubi & ait, imprudenter agere ſtipendiatos, qui ſe ad certam Eccleſiam obſtringant, & Heſſiſch Hebopfer 4. Stück p. 464. 468. Præcipuum objectionum momentum redit ad quæſtionem: num divinitas vocationis *liquidò* oſtendi poſſit? de quâ n. (*ppp*) ſqq. agemus. Si argumentis ſaltem probabilibus probetur, quibus alia probabilia rurſus opponuntur, adeóque ad certitudinem & demonſtrationem res haud devolvi poſſit, prædicta vincula non ſolvuntur. Vid. Spenerum Theol. Bed. P. 1. p. 504. 525. & lezt. Theol. Bed. P. 1. p. 416. qui & lezt. Theol. Bed. P. 1. pag. 398. obſervat, Eccleſiæ, cui inſervit Paſtor actu, majus in illum jus eſſe, quàm novæ, ad quam vocatur. Adde Willenbergium l. c. p. 161. ſqq. & præcipuè Bœhmerum in jure eccl. Prot. T. 1. p. 334. 336. Aſt & objectiones, quas produximus, vacillant. Etſi enim libertas & jus Dei in vocandis hominibus illimitata ſint juxta Spenerum Theol. Bed. P. 1. p. 464. 510. & Willenbergium l. c. p. 116. quæritur tamen, num Deus contra ligamen naturale & civile vocare unquàm velit ordinariè & num talis vocatio non potiùs pro tentatione habenda ſit? Jam enim niſi hoc ſupponatur, & ad officium civile, qui vocatur ab extraneo,

Digitized by Google

ſic contra ligamen naturale & civile vocare legitimè poſſet, quod nemo affirmat. Eadem enim utrobique ratio valet. Ita & Dei quidem & totius Eccleſiæ eſt vocandus. Aſt, ſi Deus vult, ut vincula naturalia & civilia ligent, aliâs enim ligare nunquam validè poſſent, argumentum & hoc nullum eſt. Quod de pacto ſtipendiatorum quidam dubitant, ſiculneum eſt. Quis enim imprudentiæ accuſaverit ſtipendiatum, qui beneficii cauſa, ſine quo Theologiæ aliâs operam dare vix poſſet, Eccleſiæ patriæ ſe addicit, vocationi extranei pariturus, ſi dimittatur à Domino? *Spiritualia* denique vincula longè majora ſunt longéque fortius ligant. Si quis Eccleſiæ, cui ſervit, ſit oppido neceſſarius juxta Lutherum Op. Jen. Germ. T. 5. f. 508. & Mengering. ſcrut. conſc. p. 1347. vel quod exercitium religionis Evangelicæ ad ipſius vitam ſit reſtrictum, quem caſum vide in Spenero lezt. Theol. Bed. P. 1. p. 472. vel dignus Succeſſor haud facilè inveniri poſſit, judicante eodem Spenero Theol. Bed. P. 1. p. 450. 476. 477. & lezte Theol. Bed. P. 1. p. 373. 398. & Brunnemanno in jur. eccl. L. 1. C. 5. §. 13. Stryckioque ad h. l. quam tamen rationem invalidam reputat, ſi nempe id tàm exploratum haud ſit, Facultas Theol. Jen. apud Dedekennum Conſ. P. 1. f. 780. idemque Spenerus Theol. Bed. P. 1. p. 486. ſi brevi tempore quis Eccleſiæ ſervierit, ubi bona inſtituta, quæ cœpta ſunt, radicem nondum egere, juxta Brunnemannum l. c. p. 70. qui in ejusmodi caſu refuſionem ſumtuum legitimè poſtulari poſſe putat, & Spenerum in lezt. Theol. Bed. P. 1. p. 387. 398. qui tamen aliter ferè ſed ex ratione valdè improbabili judicat in Theol. Bed. P. 1. p. 485. 486. ſi per conſequens inſigne damnum Eccleſiæ ex diſceſſu oriatur. Vide Spenerum Theol. Bed. P. 1. p. 492. 493. 500. 508. & Bœhmerum l. c. p. 334.

(r) Habet enim plebs eccleſiaſtica ad minimum votum negativum. Vide ſupra n. (m). Unde, ſi invitæ Eccleſiæ obtrudatur paſtor vel à Patrono vel ab Epiſcopo, tyrannis hæc ſacra eſt, mala Eccleſiæ peſtis. Opus tamen eſt, ut adſint cauſæ juſtæ & legitimæ diſſensûs. Vide Carpzov. l. c. L. 3. tit. 3. def. 30. n. 10. def. 31. 32. In Eccleſiâ antiquâ plebi Paſtorem obtrudere haud licuit. Vide Bingham. Orig. eccl. Vol. 2. p. 98. Vol. 8. p. 57.

(s) Vid. Act. 1, 15. ſqq. 6, 1. ſqq. 14, 23.

(t) 1. Joh. 4, 1. Adde 1. Cor. 12, 10. Patet verò ex hiſce, quàm largâ chariſmatum ſpiritualium copiâ vocantes pollere debeant, & quanti hodie in vocantibus inveniantur defectus.

(u) Ve-

Digitized by Google

(*u*) Veritati Evangelicæ in ſacrâ Scripturâ traditæ & in libris ſymbolicis Eccleſiæ noſtræ repetitæ ſincerè addictus. Unde & ſubſcriptio eorundem poſitiva (hypothetica enim æquivoca eſt) rectè poſtulatur, ſubinde & cum juramento, quo teſtatur vocandus, ſe dogmata in libris ſymbolicis contenta pro veris agnoſcere eademque docere velle, quàm diu officio, ad quod vocatur, fungitur. Si aliam deinceps circa dogmata mentem ſibi induat, obſtrictus eſt ad id declarandum officiumque reſignandum. Vide cel. Möglingii noſtri diſſ. de juramentis publicis §. 15. ubi & autores hùc ſpectantes allegat. Cæterùm orthodoxiæ non officiunt errores minutiores, niſi quis illis Eccleſiam turbet. Vide Joh. 8, 31. Gal. 1, 7. 8. Eph. 2, 19. 20. 1. Tim. 6, 3. ſqq. 20. 21.

(*x*) In miniſtro Eccleſiæ velim, ut memoria, ut ingenium, ut judicium, ut eloquentia, ut vox adſit, quæ officio *ſufficit*. Qui ob defectum eloquentiæ ſufficientis aliarumque dotium naturalium animi ſui ſenſa exprimere, ut par eſt, haud valet, ineptus ad hoc negotium eſt. Sunt hæc dona, quæ vocantur, adminiſtrantia, ſed, uti ex n. (*y*) patet, ſanctificanda & cum donis adminiſtrantibus merè ſpiritualibus, quæ mox memorabimus, conjungenda.

(*y*) Chariſmata ſpiritualia ſunt I. notitia tùm theoriæ tùm praxeos ſacræ ſpiritualis, vivida, luminoſa, ſolida, II. experientia ſpiritualis, unde arcentur neophyti 1. Tim. 3, 8. III. ſpiritualis & præſtantiſſima cum hominibus ad converſionem ducendis & in illâ firmandis promovendisque eaque Evangelica agendi ratio, IV. eloquentia ſpiritualis, quâ in animos ſive caſtigandos, ſive monendos, ſive incitandos, ſive convincendos, ſive conſolandos involare cum fructu poſſit, in precibus fundendis atque in doctrinâ & praxi inſtillandâ, egregiè ſe exerens, V. facultas Διακρίσεως πνευμάτων, ſine quâ & falſis converſionibus ſæpè falleretur ille nec verbum congruè diſpenſare vel applicare poſſet. Vide Arnoldi Geſtalt eines Evangeliſchen Lehrers &, quæ in diſſ. de vitiis eorum, qui ſacris operantur, atque de rectâ Theologiæ homileticæ conformatione diximus.

(*z*) Certè enim, ut pro ratione officii eruditio ſit comparata, opus eſt. Alia eſt Academica, alia Conſiſtorialis, alia Paſtoralis. Optârim hinc, ut pro capacitate ſuâ unusquisque totum Theologiæ curſum in Academiâ, quam frequentat, abſolvat. Quæritur hîc, num & laicus ſine ſtudiis academicis vocari poſſit? quod negat Fac. Th. Witt apud Ded. Conſ. Vol. 1. p. 794. Conſ. Witt. P. 2. f. 31. ſqq. Sed vide infra n. (*lll*)

Digitized by Google

(*aa*) Hâc virtute abſolutè neceſſariâ, qui pollet, & amorem & fiduciam & æſtimium, & reverentiam auditorum facile ſibi conciliabit, capiet animos, ſuperabitque difficultates aliâs inſuperabiles.

(*bb*) De vocatione internâ in longum, latum & profundum hîc differere poſſemus, ſi ratio id pateretur brevioris inſtituti. Vox hæc æquivoca admodùm eſt. Vel enim deſignat ardorem, quo in genere ferimur ad Eccleſiam Dei ædificandam, prouti eandem hîc ſumimus, vel capacitatem ad miniſterium Eccleſiæ, vel inclinationem ad officium eccleſiaſticum aut præcisè ad vocationem, quæ offertur, acceptandam, vel perſuaſionem de divinitate vocationis denotat. Quocunque modo ſumatur, non eſt vocatio rigoroſa, id quod poſt Affelmannum monuit Oſiander in Theol. caſuali P. 5. p. 370. Ex variis autem vocis hujus acceptionibus facile liquet, quo ſenſu dici poſſit debeatque, vocationem internam prærequiri ante externam hujusque fundamentum eſſe, quod monent Theologi & JCti. Vide Tarnov. de miniſt. eccl. L. 1. C. 7. p. 69. Mayerum in Muſæo Miniſtri Eccleſiæ Vol. 1. p. 20. Carpzovium in Jurispr. Conſiſt. L. 1. tit. 5. def. 62. f. 76. Stryckium ad Brunnemannum p. 71. Bœhmerum de jure paroch. ſect. 3. C. 1. §. 5. pag. 101. & Willenbergium l. c. pag. 38. Rectè enim hoc dicitur de primâ & ſecundâ vocis acceptione, malè de tertiâ. Jam enim & ſine ejusmodi inclinatione vocatio legitima eſſe poteſt, cùm Deus & invitos vocet. Vide Bidenbach. Conſil. P. 9. p. 28. ſqq. Tarnov. de miniſt. Eccl. P. 3. p. 1292. Dedek. Conſil. T. 1. f. 779. Zieglerum in Clerico renitenti & Speneri Theol. Bed. P. I. p. 441. P. II. p. 402. lezte Theol. Bed. P. 1. p. 343. 351. P. 2. p. 111. & Willenbergium l. c. p. 122. 123. Adde exempla vet. Eccleſiæ apud Bingham. orig. eccl. Vol. 2. p. 99. 104. 189. ſqq. Nec tamen ad miniſterium eccleſiaſticum ſuſcipiendum interna ſufficit vocatio, ſed opus externâ quoque eſt. Vide ſupra n. (*d*) & adde Jodoci Andreæ Hillebrandti ſchediaſma de vocatione internâ p. 51. ſqq. cujus ſchediaſmatis Berolini A. 1715. editi continuatio ibidem A. 1721. prodiit, ubi, quæcunque in ſcriptis Theologorum & JCtorum de hoc argumentò inveniuntur, collecta exſtant. Confer tamen & Unſch. Nachr. 1715. p. 711. ſqq. itemque Fœrtſchii kurzen Unterricht vom innerlichen Beruff zum Lehr-und Predig-Amt, ubi terminum hunc in quartâ acceptione ſupra poſitâ ſumit, juxta quam rectè vocationis internæ veritatem ex vocationis externæ circumſtantiis dijudicari vult. Quod reſtat probè attendendum eſt, num inclinatio illa ex princi-

Digitized by Google

principiis carnalibus vel spiritualibus fluat, cùm facile quis se ipsum fallere hîc possit. Vide Platneri œconom. juris Consist. p. 121. & von Rohr Ober-Sachs. Kirchen-Recht p. 414. Cautelæ heic necessariæ sunt, ad veram vocationem internam ab imaginariâ probè distinguendam, de quibus vide Arnoldum in der Gestalt eines Evangelischen Lehrers P. 1. C. 2. §. 4. sqq. p. 39. sqq.

(cc) Licitum hoc esse patet ex 1. Tim. 3, 1. Adde Jes. 6, 9. 1. Cor. 16, 15. Consentientia Theologorum testimonia conglomeravit Zeltnerus in dissert. de legitimâ & illegitimâ ministrorum Ecclesiæ vocatione p. 7. sqq. Calculum huic sententiæ & nos adjecimus in instit. juris eccles. p. 117. Adde Willenbergium p. 39. 84. 85. Nec objici potest I. ita libertati Dei vocantis præjudicari, cùm salvâ illâ desiderandum ministerium Ecclesiæ sit. Vid. Spenerus Theol. Bed. P. 1. p. 445. II. cursum ambitumque illegitimum esse. Hic enim fit ex motivis carnalibus, sed hîc de concupiscentiâ ministerii ecclesiastici ex motivo merè spirituali sermo est. III. Oriri ejusmodi concupiscentiam ex nimiâ præsumtione capacitatis spiritualis, quæ militet contra 2. Cor. 2, 16. Ἱκανότης enim Sp. S. confert 2. Cor. 3, 5. 6. IV. juxta placita antiquæ Ecclesiæ nonnisi renitentibus ministerium ecclesiasticum fuisse collatum, uti Zieglerus in Clerico renitente ostenderit, itemque Arnoldus in der Abbildung der ersten Christen L. II. C. 8. §. 4. 5. Unde l. 31. Cod. de Episcopis & Clericis ita dispositum legatur: *Tantum ab ambitione debet esse sepositus, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat. Profectò enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus invitus.* Ut enim taceamus, verba hæc cum grano salis sumenda esse & numerari facile posse ista antiquitatis exempla, cùm & ad Episcopatum in primis temporibus provolaverint Christiani, ut eò citiùs martyrii coronam adipiscerentur, memorante Arnoldo l. c. §. 2. f. 224. haberi & exempla nullatenus adprobanda illorum, qui modis planè illegitimis effugere ministerium Ecclesiæ tentârunt, ut Ammonii, qui auriculum mutilavit, ne ordinari posset, conditæ quoque deinceps leges fuere contra ordinationes invitorum. Vide Binghamum Orig. Eccles. L. IV. C. 1. de coactis ordinationibus Vol. 2. p. 189. sqq. Pessimè scilicet agunt, qui vocationi divinæ renituntur pertinaciter, prout latiùs demonstravit H. Klausingius, Theol. Lips. in diss. de vocatione ad munus sacrum oblatâ temerè non recusandâ ad Jer. 1, 7. puniantur que etiam à Deo. Vid. Tarnov. de minist. Eccl. p. 1292. 1293. ex Bidenbachii Consil. Th. Dec. 9. Conf. 1. p. 28. sqq.

Digitized by Google

28. ſqq. Spenerus Theol. Bed. P. I. p. 472. 577. Mayerus Geiſtl. Reden p. 489. ſqq. & Willenberg. l. c. p. 133. 134. 154. ſqq. V. ſecundùm jus divinum operarios ſacros eſſe extrudendos in vineam ſpiritualem Matth. 9, 38. ubi vox ἐκβάλλειν habeatur, vocationem itaque exſpectandam eſſe in quiete & paſſivitate ſine ullâ cooperatione, certè hoc eſſe præſtantiſſimum vocationis genus, quæ quæſita haud fuerit, juxta Lutherum, cujus verba hanc in rem ſunt valdè notabilia in der Kirchen-Poſtill W. Feſt-Th. f. 6. a. & T. V. Alt. f. 716. b. Müllerum in den geiſtl. Erquickſtunden n. 131. & Arnoldum in der Geſtalt. eines geiſtl. Lehrers P. 1. C. 2. §. 9. 11. ſqq. P. 2. C. 2. §. 9. Jam enim, etſi ſubinde Deus neceſſum habeat, ejicere operarios in vineam, tamen eò meliùs res ſe habet, ſi ſponte currant, ut taceamus, vocem ἐκβάλλειν iſtam ἔμφασιν ſecum haud ferre juxta Hombergium ad h. l. daturque exceptio à datâ regulâ, ſi ardor ille internus, quo ad rem ſacram agendam ferimur, ſit exſtantior & planè peculiaris, puriſſimus & idem, ſi chariſmata itidem præſtantia ſint & circumſtantiæ aliæ requirant, ut miniſterium noſtrum Eccleſiæ offeramus. Vide Luth. T. 2. Alt. f. 661. b. T. 2. Lat. Gen. f. 97. Mayerum in Muſæo Miniſtri Eccleſiæ P. 1. C. 1. de legitimâ ad miniſterium eccleſiaſticum vocatione p. 4. 82. ſqq. & Arnoldum l. c. P. 1. C. 2. p. 45. Quod reſtat, nolim nihilominùs tàm grandem ſcribere dicam illis, qui poſt longas exſpectationes vel ob defectum ſuſtentationis parochias quærunt vel & meliores concupiſcunt, ſi ſaltem idonei ſint. Aſt parochias pinguiores ex hâc ipſâ ratione eligere nach dem *Competenz Büchlein*, quale profectò in Eccleſiâ Apoſtolicâ vel primitivâ nullum exſtitit, hominis mercenarii opus eſt.

(*dd*) Nota, acceptationem vocationis ſubinde legitimam eſſe poſſe, ubi ipſa vocatio illegitima eſt propter defectum vocantium, dignè verò & quæritur & acceptatur, e. g. ubi Patronus hæreticus vocat, de quo ſuo loco.

(*ee*) Renitentes olim in primitiva Eccleſia fuiſſe vocatos jam diximus. De deſiderio & fuga ſacerdotali autores qui ſcripſere, cumulantur à Wolfio ad 1. Tim. 3, 1. Exempla vocatorum renitentium in ſacris Diptychis ſunt Moſes, Jeremias, Jonas. Jam verò opus eſt, ut hæc renitentia 1. ex humilitate procedat 2. cognitâ voluntate divinâ ſit docilis, 3. renitens cogatur non *phyſicé*, quod contra 1. Pet. 5, 2. & genium miniſterii ſacri foret, ſed *moraliter*. Si obrepat tædium & moroſitas, quæ miniſterium reddit inefficax, dimittendus eſt miniſter

miniſter querulus. Vide Gerhardum de miniſt. eccl. §. 188. & Willenbergium l. c. p. 135. ſqq. ubi reliquos autores hûc pertinentes citat.

(ff) Ita communiter Caſuiſtæ noſtrates, à quibus ferè abludere hîc videtur Tarnovius de miniſt. eccl. C. 1. qu. 2. p. 1285. ſqq. ubi & reſponſum Hammerianum, quod in Bidenbachii Conſ. Dec. 9. n. 1. exſtat, refellit. Eandem ferè ſententiam ante Tarnovium tenuit Mattheſius, referente Porta in paſtorali Lutheri p. 23. Rationes in contrarium militantes facilè diluuntur. Etſi enim 1. grex ſacer haud ſit deſerendus Joh. 10, 12. nec deſerenda quoque vocatio ſed in ea manendum 1. Cor. 7, 20. Luc. 9, 62. quod argumentum videas urgeri apud Gerhardum l. c. §. 171. 172. 2. canones primitivæ Eccleſiæ prohibeant migrare ex unâ Eccleſiâ in aliam apud Schmidium in diſſert. de translatione Epiſcopi ab Eccleſiâ majóre ad minorem occaſione primi canonis Concilii Sardicenſis Helmſtadii A. 1715. habitâ, Binghamum l. c. L. VI. C 4. §. 4. ſqq. Vol. 2. p. 487. ſqq. Duarenum de ſacris Eccleſiæ miniſteriis L. 5. C. 3. Carpzov. in Juriſpr. Conſiſt. L. 3. def. 125. Zieglerum & Thomaſium ad Lancellottum p. 224. & Bœhmerum in jure eccleſ. Proteſt. T. 1. p. 328. 3. miniſterium eccleſiaſticum ſit conjugium ſpirituale cum Eccleſiâ, quod divortium non patiatur juxta Evariſtum Papam ep. 2. & Calliſtum I. ep. 2. quorum verba referuntur in jure Canonico c. ſicut vir & c. ſicut alterius 39. C. 7. qu. 1. c. 4. L. 21. qu 2. eademque ſententia ex mente Innocentii III. ſupponatur c. cùm inter x. de electione, c. inter corporalia 2. x. de translatione Epiſcopi & c. licet in tantum 4. l. c. Ambroſius quoque de dignitate Sacerdotali idem affirmet C. 4. itemque Hieronymus, Athanaſius, Gregorius Nazianzenus & Concilium Rhemenſe apud Bœhmerum l. c. p. 499, ſqq. & Mattheſius ex noſtratibus l. c. Confer. quæ ſcripſimus in diſſ. de filiis thalami p. 45. Hinc & conſecratio Epiſcoporum traditione annuli & olim facta & nunc fit. Vide J. A. Schmidii diſſ. de annulo paſtorali. Unde & 4. Canoniſtæ ejusmodi translationes inter odioſa numerent, ut videre eſt apud Thomaſſinum in vet. & novâ Eccleſiæ diſciplinâ P. 2. L. 2. C. 60. ſqq. f. 513. ſqq. Eſpen. in jure Eccleſ. univ. P. 1. tit. 15. C. 4. f 104. ſqq. Bœhmerum l. c. & Pertſchium in elem. juris canonici & eccleſ. L. 1. tit. 23. §. 354. p. 205. facilis tamen ad omnia reſponſio eſt. Nam 1. qui à Deo vocatus ad aliam Eccleſiam priorem relinquit, non eſt mercenarius, ſed rectè facit. Poſterior enim vocatio priorem abolet, uti re-

Digitized by Google

ctè pronunciant Spenerus Theol. Bed. P. 1. p. 483. 495. 507. & lezt. Theol. Bed. P. 1. p. 382. 397. & Heſſ. Hebopfer 4. Stück p. 477. 2. canones primitivæ Eccleſiæ maximè iis, qui per ambitum & curvas vias ad alias Eccleſias tranſeunt, & Presbyteris βαναύσοις ſive vagantibus oppoſiti ſunt, uti ex laudatis autoribus patet, 3. falſum eſt, miniſterium eccleſiaſticum eſſe conjugium Miniſtri cum Eccleſiâ, ſolus enim Chriſtus eſt Eccleſiæ Sponſus in Cant. Cant. Hoſ. 2, 19.20. 2. Cor. 11, 2. Eph. 5, 24. 25. Miniſtri verò Eccleſiæ ſunt ſaltem paranymphi, φίλοι τῦ νυμφίυ Joh. 3, 29. uti rectè heic Marcus Anton. de Dominis de Republ. Eccleſ. L. II. C. 7. n. 25. & L. III. C. 6. n. 1. 22. 23. Baluzius ad Abogardum p. 45. 56. 68. 81. ad Regionem p. 584. & ad Lupum p. 427. Schilterus inſtit. jur. canon. L. 1. tit. 16. §. 12. p. 163. Fac. Theol. Lipſ. apud. Grübelium in appendice novâ Conſil. Dedek. f. 459. Dunte caſ. conſ. p. 662. König. Caſ. Conſc. p. 831. 832. Ziegler. ad Lancell. L. 1. tit. 18. §. 2. & Bœhmerus l. c. Jam & epiſtolæ illæ decretales Evariſto & Calliſto fuere ſuppoſitæ, uti conſtat, ab Iſidoro Mercatore, id quod demonſtravit Blondellus in Pſevdo-Iſidoro & Turriano vapulantibus p. 52. 259. Quàm pravas verò conſequentias Canoniſtæ ex falſo illo principio deduxerint, oſtendit Ziegler. in tr. de dote eccleſ. & ex illo Bœhmerus in jure paroch. ſect. 5. C. 1. §. 15. ſqq. p. 235. ſqq. 4. ipſi Canoniſtæ Pontificii translationes Epiſcoporum & Presbyterorum, ſi ſecundùm canones fiant, legitimas eſſe cenſent. Scilicet licet ab una Eccleſia ad aliam, Deo, cujus vocandi jus illimitatum eſt, vocante vel ſaltem, ſi circumſtantiæ ſint legitimæ, pro libertate, quæ heic Miniſtris Eccleſiæ competit juxta Conſil. Fac. Theol. Lipſ. apud Grübelium in append. Conſ. Dedek. f. 458. migrare. Jam enim 1. Apoſtoli virique Apoſtolici olim ab unâ Eccleſiâ ad aliam migravere, 2. dantur & βαθμοὶ inter miniſtros Eccleſiæ, h. e. promotiones ad gradum altiorem 1. Tim. 3, 13. 3. idem poſtulat diverſitas chariſmatum & 4. docet praxis Eccleſiæ antiquæ apud Grübelium l. c. Petrum de Marca de concordia Sac. & imp. L. 6. C. 8. Thomaſſinum l. c. Binghamum l. c. p. 393. Schmid. l. c. p. 7. ſqq. & Bœhmerum l. c. p. 329. Sed in quam quæſo prolixitatem in re planâ delabimur? Conferri hîc poſſunt Conſ. Bidenb. Dec. 9. n. 1. Dedek. Vol. 1. f. 774. ſqq. Grübel. f. 457. ſqq. Chemnit. loc. Theol. P. 3. de Eccleſiâ f. 125. 126. Gerhard de miniſt. Eccl. n. 173. Kesler in Theol. caſ. conſc. C. 8. p. 54. ſqq. Brochmand ſyſt. Theol. T. 2. art. 30. de miniſt. eccl. C. 3. caſ. conſc. 8. f. 373. Dunte caſ. conſc. p. 660. ſqq.

Digitized by Google

ſqq. Mengering ſcrutin. conſc. p. 1350. König. caſ. conſc. pag. 738. 826. ſqq. Dannhavver Theol. conſc. T. 1. p. 750. 751. Oſiander Theol. Caſ. P. 5. p. 514. ſqq. Buddeus inſtit. Theol. mor. P. 3. C. 3. §. 3. p. 672. 673. & Carpzov. Jurispr. Conſiſt. L. III. def. 125. Adde noſtras juris eccleſ. inſtit. p. 131,

(*gg*) Hinc eſt, quòd in caſibus dubiis conſuli videas Facultates Theologicas vel Theologos privatos. Vide Mengering. Scrutin. conſc. p. 1398. & Oſiandrum in Theol. caſ. P. 5. pag. 450. Eſt hoc conſilium Speneri Th. Bed. P. I. p. 452. 454. 509. lezt. Theol. Bed. P. I. 415. idque eo fundatius, quoniam de propriâ capacitate aliis judicium relinquere conſultius eſt, eodem judicante Conſil. Theol. lat. P. 2. p. 24. Theol. Bed. P. I. p. 448. 449. Idem & hoc conſultum eſſe putat, ut ad totum Collegium negotium deferatur Theol. Bed. P. 1. p. 512. imò compromitti in ſententiam ejusmodi Collegii vel Theologorum ſigillatim reſpondentium poſſe, ut divinitas vocationis certò exploretur, quod & ipſe in propriâ causâ fecit, cùm Francofurto Dresdam abiret Theol. Bed. P. I. p. 469. 509. 512. P. III. p. 688. etſi Theol. Bed. P. I. p. 451. 505. ajat, Conſilia Theologica non tranquillare mentem fluctuantem poſſe nec valere niſi pro momento rationum, unde & illa, in quæ compromiſſum haud fuit, ſaltem ſint informativa votorumque deliberativorum, non deciſivorum rationem habeant Theol. Bed. P. I. p. 451. quæ & Willenbergii mens eſt, qui putat, fundamentum hoc lubricum eſſe, nec alios eſſe idoneos, ut de alius reſpondeant conſcientiâ l. c. p. 90. quæ ferè & ſententia Bœhmeri eſt in jure eccleſ. Prot. T. 1. p. 333. 336. Quod tamen dicendum non videtur, ſi committatur deciſio vel Principi vel Conſiſtorio vel Patronis, jus vocandi habentibus, quod itidem ſuadet Spenerus, tanquàm tutiſſimum, ut ſic cognoſcatur voluntas Dei, vel ſaltem quid factu optimum ſit. Vide Spenerum Theol. Bed. P. I. p. 452. 453. 502. 525. & Bœhmerum in jure eccl. Prot. T. 1. p. 334.

(*bb*) Ita fert communis ſententia apud Buddeum Theol. mor. P. 3. C. 3. §. 3. notâ *, ita poſcit ſalus Eccleſiæ, ita paſſim Spenerus, qui tamen putat, ædificationem & neceſſitatem in alterâ Eccleſiâ, quæ ſperetur, & ſupponatur, debere eſſe multò manifeſtiorem atque planè evidentiſſimam Th. Bed. P. I. p. 522. & lezt. Theol. Bed. P. I. p. 387. Quæ cùm dubia ſemper videatur, cùm & futurorum contingentium apud homines non detur determinata veritas, & vix ulla Eccleſia tàm benè conſtituta ſit, ut meſſis uberrima in eâ jam facta ſit & non potius

Digitized by Google

desideretur, judicante Bœhmero l. c. p. 334. cùm porrò in Ecclesiâ minore major subinde quàm in majore ædificandi aperiatur campus, cùm & de capacitate certum non detur judicium, & emergentes in alterâ Ecclesiâ circumstantiæ, quæ haud prævidentur, facile bonam intentionem possint sufflaminare, res ad probabilitates vel majores vel minores, ubi facillimus est in judicio lapsus, reducitur juxta Spener. Th. Bed. P. I. p. 498. Sequenda itaque, cùm demonstrativa argumenta haud dentur, major probabilitas. Vide Conf. Ded. Vol. 1. P. 2. f. 535. Spener Theol. Bed. P. I. p. 516. Neque enim decisio cœlestis huic postulari potest. Hess. Hebopf. 4. Stück p. 477. id quod contra Pet. Martyrem egregiè notârunt Balduinus Cas. consc. p. 761. & Osiander Theol. cas. P. 5. p. 450. Num verò divinam fidem probabilitas fundare possit, facile judicatu est.

(*ii*) Si quippe nullo ligamine vinctus sit vocatus. Vide supra n. (*q*). Ut alia taceamus, supra jam dicta.

(*kk*) Vide 1. Cor. 4, 16. 11, 1. 1. Tim. 3, 1. sqq. 4, 12. 2. Tim. 2, 15. Tit. 1, 7. sqq. Adde Jes. 52, 11.

(*ll*) Vide supra n. (*x*) sqq.

(*mm*) Si postulet e. g. vocans, ut vel falsæ doctrinæ proponantur vel saltem haud refellantur, ubi exitiosæ sunt, ut tolerentur abusus in praxi exitiales &c. &c. Determinari hæc in genere vix possunt. Vide Mayeri Musæum Ministri Eccles. Vol. I. p. 100. sqq.

(*nn*) Saltem in tantum, si non in totum, ne subinde deserta maneat Ecclesia.

(*oo*) Hoc probè notandum est. Vix enim datur vocatio, quæ ex omni parte sit legitima, cùm vix detur, quæ omnia habeat criteria supra recensita.

(*pp*) Nota, distinguendum esse inter vocationem ratam & legitimam. Vide Dannhavveri Theol. consc. P. I. p. 855. & Speneri Th. Bed. P. IV. p. 521. sqq. Potest enim vocatio esse rata & tamen illegitima, ubi per curvas vias itum fuit. Rata tamen illa est α civiliter β ecclesiasticè, cùm efficaciæ verbi & sacramentorum haud officiat, etsi non rata sit in foro poli utpote illegitima. Ita e. g. vocatio Patroni quoque Pontificii vel alius hæretici ad ministerium Evangelicum etsi ratione vocantis sit illegitima in foro poli, non soli, rata tamen & in illo est, si vocatus sit idoneus & Ecclesiæ haud obtrusus, quo casu & legitimè hic illam acceptare potest, curvis viis haud emendicatam. Ita Balduinus cas. cons. L. 4. C. 5. §. 4. p. 758. 759. Osiander Theol. Cas. P. 5. p. 381.

Digitized by Google

5. p. 381. ſqq. Bechmannus de caſ. conſ. p. 23. 24. itemque Willenb. l. c. p. 94. 95. Aliter ſe res habet, ſi vocatio fiat invita & cum fundamento in renitente Eccleſiâ, id quod ex Æg. Hunnio demonſtravit Tarnovius de Miniſt. Eccleſ. L. 1. C. 14. calculum ſuum adjiciente Klauſingio in diſſ. de vocatione ad munus ſacrum temerè non recuſandâ §. 11. n. 4. Dn. de Ludevvig in diſſ. de nominatore hæretico ad parochiam vom Vorſchlagungs-Recht Halæ A 1716. editâ demonſtrare contendit p. 34. ſqq. commendationem parochi ab Evangelico factam jure obligare patronum catholicum ad præſentandum nonniſi cum, qui ipſi ſit commendatus, nominationem ad Evangelicum, præſentationem ad Pontificium ſpectare. Quod ipſum tamen praxi contrarium eſt, uti idem obſervat p. 49. 50. imo & Inſtrumento pacis, quod quidem quoad Proteſtantes inter ſe invicem ita diſponit, ſed Pontificiis plenum Patronatûs jus in Eccleſiis Proteſtantibus, quod ſub initium anni decretorii habuere, relinquit, ſaltem cum hâc cautelâ, ne Paſtorem obtrudant alii religioni addictum, quo caſu nominatio ad Evangelicos devolvitur. Vide Bœhmerum in jure eccleſ. Proteſt. T. 3. p. 506. & inſtr. Pacis art. 5. ſect. 9. §. 26. ſect. 12. §. 31. art. 7. §. 1. Adde Wirtemb. Kirchen-Ordnung tit. vvie alle Pfarren beſezt vverden f. 153. edit. Tubing. de anno 1582. Cùm verò res planè incongrua ſit, ut Patronatus jus quis in Eccleſiam alîus religionis exerceat, nec fieri hoc ſalvâ poſſit conſcientiâ, detque anſam curſui & ſimoniæ, adeóque ſaluti Eccleſiarum ſit adverſum, longè melius foret, ſi de abolendo illo vel permutando cogitaretur, ſaltem non admitterentur nominati & præſentati, quos vitia, quos ſimonia polluit, eo magis, quòd & in ipſo Jure canonico electio & collatio ſimoniaca pro nullâ declaratur c. 5. C. 1. qu. 3. adeò, ut, ſi, ignorante & inſcio proviſo & electo nundinatio intervenerit, ea tamen ſubſiſtere non poſſit c. 27. x. h. t. juxta Eſpen in jure Eccleſ. univ. P. 2. tit. 30. C. 6. §. 14. ſqq. Patronus ob abuſum juris ſui eo excidere prorſus poteſt juxta Eckard ad L. 1. tit. 14. §. 23. p. 809. n. 12. qui Finkelthauſium & Stryckium conſentientes citat, Lynckerum reſp. 122. n. 4. Garciam de benefic. P. 5. C. 9. & Hildesheim. Unterricht von den Strafen der Simonie p. 21. n. 2. duplumque pretii accepti debet reſtituere l. 31. C. de epiſc. & Cler. Cap. 31. x. de ſim. Vid. idem Unterricht p. 25. 26. cum reſponſo Heydelbergenſi ibi citato. Ut taceam, Simoniacis in jure papali pœnam anathematis, depoſitionis &c dictari. Vide Pertſchium in elem. juris Canon. & Eccleſ. L. IV. tit. 2. §. 277.

Digitized by Google

(qq) Quæritur heic I. num viventi paſtori legitimè dari poſſit adjunctus vel deſignari ſucceſſor, atque adeò num exſpectativæ, quæ vocantur, ſint legitimæ, II. num in locum illegitimè depoſiti paſtoris quis legitimè poſſit ſuccedere? Utrumque affirmamus, ſed non ſine cautelis. Etſi enim prius à Patrono regulariter & ſine conſenſu Epiſcopi aut Conſiſtorii fieri nequeat juxta Finkelthauſium de jure Patr. C. VI. n. 127. judicante Conſiſtorio tamen in caſu neceſſitatis & idoneitatis ſubjecti aliter pronunciandum, e. g. ſi infirmus ſit debilisque paſtor nec amplius aptus ad miniſterium ritè gerendum, & ſi Eccleſiæ prudenter proſpiciatur. Vide Bœhmeri jus eccl. Prot. L. 3. tit. 6. de Clerico ægrotante vel debilitato T. 2. p. 544. ſqq. Jam & in primitivâ Eccleſiâ adjunctos primò & ſucceſſores ſubinde ſibi conſtituerunt vel potiùs Eccleſiæ commendârunt in articulo mortis conſtituti Epiſcopi, quod tamen deinceps in Concilio Antiocheno prohibitum fuit. Vide Thomaſſinum in vet. & novâ Eccleſiæ diſciplinâ iis in locis, quæ in indice voce *Epiſcopus* ſub finem, ubi quæritur: *Succeſſorem ſibi an poſſit Epiſcopus deligere?* occurrunt, Marc. Anton. de Dominis de Republ. Eccl. L. 3. n. 61. ſqq. f. 417. ſqq. Bingham. Orig. eccl. Vol. 1. p. 186. ſqq. & eundem Bœhmerum l. c. p. 526. 527. qui & ad tit. 8. de conceſſione præbendæ & Eccleſiæ non vacantis datâ operâ de expectativis agit, ubi oſtendit, 1. Patronos exſpectativas dare non poſſe p. 576. 2. evitandas illas eſſe, quòd curſui patrocinentur p. 577. 3. obligationem ſaltem imperfectam easdem producere atque à gratiâ ſuperioris perſeverante dependere p. 579. niſi titulo oneroſo, quod tamen illegitimum, ſint acquiſitæ p. 582. 4. morte concedentis exſpirare, ita ut ſucceſſor ad eas implendas haud adſtringatur, 5. in concurſu exſpectativarum mox hanc, mox illam præferri pro ratione circumſtantiarum p. 584. ſqq. Adjice Conſult. P. 1. f. 285. ſqq. & Pet. de Marca de Conc. Sac. & Imp. L. 6. C 9. ubi refert, quî Eccléſia Gallicana expectativis Papalibus contradixerit. Rejiciunt autem exſpectativas Theologi paſſim. Thummius in explicatione Decalogi p. 246. Winckelmannus in diſp. de jure vocandi miniſtros Eccleſiæ §. 67. ſqq. diſp. Gieſſ. T. 3. p. 19. ſqq. Hartmannus in paſtorali Evangelico L. 1. C. 6. §. 16. Oſiander in Theol. caſ. P. 5. p. 387. ſqq. Bechmann in caſ. conſc. p. 27. 28. & Klauſing l. c. §. 11. n. 5. Adde ex JCtis Leyſerum in diſſ. de iniquitate & recto uſu expectantiarum. Vide tamen & Stryck de jure papali Princip. Evang. C. 3. §. 6. & diſſ. de expectantiis itemque de conc.

Digitized by Google

conc. expect. gen. & spec. & Horn. de expectativis, qui earum saltem abusum rectè damnant. Quæstio secunda eapropter affirmatur, quia salus Ecclesiæ poscit, ne relinquatur deserta & sine Pastore. Videantur Thummius in disp. de vocatione ministrorum Ecclesiæ & in explicatione Decalogi p. 245. 246. Spenerus Theol. Bed. P. 1. p. 591. 592. & Fechtius in instruct. past. p. 33. 34. Contrarium sensisse videtur Lutherus in pastorali p. 45. sqq. quia sic succedens peccati alieni se faciat participem, quod suppositum tamen falsum est, si successor à judicio in antecessorem abstrahat nec per calumnias adversus ipsum viam sibi ad successionem straverit. Ità & Joach. Mörlinus in judicio de hoc casu, Dunte ex Tarnovio in cas. consc. p. 644. 667. 668. Kauffmannus in ἱερὸδιδασκαλίᾳ p. 86. Bechmannus in cas. consc. p. 19. 20. Osiander Theol. cas. P. 5. p. 527. sqq. Mayerus in Mus. Min. Eccl. Vol. 1. p. 92. sqq. & Klausingius in diss. de vocatione ad munus sacrum non recusandâ C. 3. a. b. qui tamen cum Eckhardo & Hartmanno limitationes addit, aliter pronunciandum esse, si sit periculum, ne vel heterodoxus succedat, vel Ecclesia prorsus relinquatur sine Pastore. Adde Dedek. Cons. Vol. 1. P. 2. f. 1037. Prücknerum l. c. p. 158. 491. 492. & Winckelmanni disp. cit. p. 24. sqq.

(*rr*) Vide supra n. (*dd*) (*nn*) (*oo*) Adde Hess. Heb. 4. Stück p. 476. 477. & Spen. Theol. Bed. P. I. p. 455. P. IV. p. 522. 523.

(*ss*) Quando officia & beneficia sacra per sollicitationes, queis Patroni fatigantur, vel immediatè vel mediatè, per intercessiones amicorum, subinde & hominum nauci factas emendicantur. Non sufficere autem ad divinam vocationem, ut quis ab ambitu sit liber, per se patet. Vide Spener. Th. Bed. P. I. p. 488.

(*tt*) Quando mediante pecuniâ vel donis obtinentur eadem. Simonia vocatur ob analogiam quandam cum facto Simonis Magi Act. 8, 18. sqq. ut adeò inanis sit Virorum eruditissimorum opera, qui litem heic de voce tàm operosam movent. Id quod scitè monuit Zeltnerus l. c. p. 16. Est autem Simonia vel *directa*, quâ formaliter transigitur de pretio pro munere sacro dando vel & certum pretium olim jam statutum solvitur, à taxâ tamen Cancellariæ minutiore & honorario, Superintendenti ordinanti quod datur, distinguendum, licet aliter videatur Mayero in Musæo Ministri Ecclesiæ P. 1. p. 90. sqq. vel *indirecta*, quando sive magnum, sive parvum pretium datur saltem pro recognitione vel *vor die Mühwaltung* sive Patrono, sive commendatori & promotori vel ante vel post actum. Estque simonia & vendi-

venditoris & emtoris, graviſſimis utraque pœnis coërcenda. Mireris, cel. Pertſchium, qui de crimine ſimoniæ ſingularem commentationem edidit, in elem. jur. can. & eccl. L. IV. tit. 2. §. 283. ſtatuere, quod ſimoniam nec Princeps committat, qui munera ſacra dato pretio confert, nec, qui miniſtro Principis pecuniam promittit, ut ſuffragio ſuo ipſum apud Principem adjuvet. Id quod ne quidem ex allegatis textibus juris civilis liquet. Cæterùm quam rationem veteres ad prævertendas ordinationes Simoniacas ſive χειροτονίας inierint, quænam & pœnæ eas propter ſtatutæ, exponit Bingham. Orig. Eccl. Vol. 2. p. 140. ſqq. & Vol. 7. p. 321. ſqq De valore autem ordinationum ſimoniacarum juxta veteres conſulendus eſt Morinus de ſacris Eccleſiæ ordinationibus P. 3. Ex. 5. C. 2. f. 62. ſqq. Quod reſtat, ſubinde & juramentum de non commiſſa ſimonia à vocatis exigitur. Vide Bœhmeri jus paroch. ſect. 3. C. 1. §. 23. & T. 1. P. 1. Conſult. 34. n. 104. Ludewig. de nominat. hær. ad paroch. c. 4. §. 7. not. f. & R. F. Sahme in diſſ. de juramento Simoniæ à Candidatis miniſterii præſtando, itemque Pertſchium de crimine Simoniæ ſ. 1. C. 6. §. 7. p. 90. ſqq.

(*uu*) Rejicimus ſaltum, per βαθμὺς enim eundum eſt 1. Tim. 3, 13. & *ars artium eſt animarum regimen* c. 14. x. de ætat. & qualit. & ordine præficiendorum, nonniſi multâ experientiâ diſcenda, ſaltusque utplurimùm per ambitionem & curſum fit in injuriam aliorum miniſterialium, nec tamen rejicimus eundem 1. ex mente Juris Canonici cap. un. x. de Clerico per ſaltum, h. e. neglecto ordine inferiore, promoto, nec 2. ſimpliciter & abſolutè, cùm nec ad ætatem nec ad gradus miniſterii attendendum ſit, ubi ſubjectum eſt prorſus idoneum, ſed ſaltem in iis, qui experientiam & prudentiam debitam nondum adepti ad ſuperiores dignitates per ambitum promoventur. Conf. Jo. Fridem. Schneideri diſſ. juridica de promotionibus per ſaltum C. 2. ubi de promotionibus per ſaltum in ſtatu eccleſiaſtico agit, quæ vel tales dicuntur ratione juventutis nimiæ, vel ratione neglectus graduum inferiorum miniſterii. Utrumque, ſi ſubjectum fuerat idoneum, in antiquâ Eccleſiâ non attendebatur, non ætas juxta 1. Tim IV. 12. & Ignat. in epiſt. ad Magneſ. non neglectus graduum inferiorum. Vide Arnold. Abb. der erſten Chriſten P. 1. p. 226. 227. Ita Ambroſius & Nectarius ex Catechumenis, Joh. Cabilonenſis ex Diaconis, Felix ex Exorciſtis in Epiſcopos electi fuere. Vide Schneiderum l. c. p. 23. 24. Ita & Photius laicus ad Patriarchatum Antiochenum

Digitized by Google

chenum evectus est, exprobrante ipsi hunc saltum Nicolao I. Pontifice Romano, qui Can 13. Concilii Sardicensis ipsi opposuit, Photio in contrarium ad consuetudinem Ecclesiæ Constantinopolitanæ & ad exempla Nicephori & Tarasii provocante. Vid. Bœhmerus in jure eccles. Protest. T. 1. p. 433. At verò farraginem exemplorum hanc in rem exhibet Bingham Orig. eccl. Vol. 1. p. 150. sqq. ubi & p. 149. 150. referuntur statuta antiquæ Ecclesiæ, quæ ordinationes per saltum prohibent, & in ordinationibus ecclesiasticis rejectas, productis à Bœhmero l. c. p. 434 cum autoritatibus Lutheri, Brunnemanni & Stryckii. Certè Lutherus in pastorali apud Portam C. 2. qu. 4. ita: *man müsse nicht auf einmal in geistliche hohe Aemter hinein plumpen, sondern man solle junge Gesellen nicht zum Predig-Amte verordnen, sie haben sich denn erst in der Schule wohl versucht und geübet.* Vide & Klausingium l. c. §. 11. n. 5. sub finem, & Bornii programma de promotione per saltum.

(xx) Solent has casibus grammaticis indigitare. Ita enim vocatio spuria fit vel per *nominativum*, ubi vocandus per amicos falsis laudibus extollitur & commendatur, vel per *genitivum*, quæ via est nepotismi, affinitatis, nuptiarum, vel per *dativum* & simoniam, vel per *accusativum*, ubi alii competentes calumniis poscinduntur, vel per *vocativum*, ubi importunis precibus & per emendicationem urgentur vocantes vel per *ablativum*, ubi malis viis per remotionem ministri, in cujus locum quis succedere cupit, via paratur. Ast dantur & adhuc aliæ curvæ viæ e. g. per insinuationem mediantibus concionibus alamodicis & oratoriis, mediantibus solicitationibus Principum, ubi Treuneri diss. de Clerico ad limina Principis conferenda, quæ sollicitationes mox mediatè per concubinas, per Judæos, per alios ministros & officiales &c. fieri solent, de quibus Prücknerus in man. 1000. quæst. ill. p. 156. 157. per servitia &c. &c. Vid. Zeltnerum l. c. p. 6. sqq. Ita porrò per promissionem de accipiendo minore stipendio Patronus subinde sollicitatur, quod tamen sub nullo prætextu diminuere is valet, cùm simoniam hoc sapiat & in fraudem fiat Ecclesiæ, adeóque ipso facto nullum sit pactum hanc in rem cum parocho contractum. Vide Stryk. ad Brunnemanni Jus eccl. L. 2. C. 5. §. 2. Horn. in observ. eccl. circa jus Patron C. II. & in diss. ad tit. decretal. ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, von Vergebung der Geistlichen Aemter ohne Verminderung, & Bœhmerum in jure paroch. s. 6. C. 1. §. 28. & in jure Eccl. Prot. L. 3. tit. XII. ut

Digitized by Google

ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, T. 2. p. 669. sqq. T. 3. p. 528. 529. Ita denique suggestionibus artificiosis subinde plebs excitatur, ut postulet vel petat à Consistorio vel Principe ejusmodi currentem. Vid. Bœhmeri disputatio juris ecclesiastici de injustitiâ vocationis factæ ad clamorem populi, ubi tamen probè distinguit inter electiones acclamante populo & ad ipsius clamores factas. Conf. jus eccl. Protest. T. I. p. 279. sqq. Adde Bingham. Orig. eccl. Vol. 2. p. 100. 111. sqq. Quod restat, ratione genitivi controverti solet, num vocatio per nuptiarum adjectionem conditionata sit legitima, qualis e. g. vi ordinationis ecclesiasticæ est recepta in Ducatu Megapolitano, alibique in usu est. In diversa videas hîc abire & Theologos & JCtos. Affirmant quæsitum ex Theologis Fac. Theol. Witteb. Tarnovius apud Dedekennum, Gerhardus, Dunte, Balduinus, Bechmannus, Ministerium Hamburgense, Thummius, Prücknerus, Kortholtus, Fridlibius, Volschovius, Hartmannus & maximè Fechtius in instruct. past. p. 27. sqq. ex JCtis Reinkingius, Carpzovius, Brunnemannus, alii quàm plurimi, ex quibus eminet Linckius in diss. de impetratione officiorum per matrimonium, vulgò promotione per matrimonium Altdorffii A. 1688. habitâ. Negativam tenent Winckelmannus, Mengeringius, Dannhavverus, H. Müllerus, Quistorpius, Osiander, J. F. Mayerus, Spenerus, Klausingius, Zeltnerus, Buddeus, alii, maximè, qui & sententias variantes collegit, Lichtscheidius in medit. de jure vocationis ministrorum Ecclesiæ per nuptiarum adjectionem conditionatæ Lipsiæ 1697. 8. editâ. Add. ex JCtis Bœhmer de jure paroch. sect. 3. C. 1. §. 24. Gottl. Slevogt in med. jur. sacr. de vocatione ad Pastoratum unter der Schürze §. 8. n. 2. §. 10. 11. & Stryk de jure liciti sed non honesti C. 3. n. 104. Spuriam autem esse viam, per uxorem, sive dein sit vidua sive filia antecessoris, aut ancilla, aut netrix, aut lotrix Patroni aut alius generis, viam sive directè sive indirectè sibi parare ad ministerium sanctius, ex eo patet, quia ejusmodi cursor ex præcipuo motivo utilitatis propriæ per ministerium turpiter & indecenter promovendæ sic agit, cùm, ut supra docuimus, ex motivo unico honoris divini promovendi & ædificandæ Ecclesiæ agere deberet.

(yy) Neque enim & ordo necessarius servatus est propter diversitatem charismatum, capacitatis & stationum vacantium.

(zz) Non diffitemur, unanimitatem, ardorem & constantiam vocantium, quorum NB. scopus primarius est ædificatio spiritualis per vocatum promo-

Digitized by Google

promovenda, præſumtionem haud mediocritatem parere pro præſtantiâ vocationis. Vide Speneri Th. Bed. P. I. p. 455. 456. 489. ubi inter alia ille: *wenn das ganze Land nach einem ſeuffze, ſo müſſe man gleichſam gedencken, es ſtehe vor ihm und begegne ihm gleiches, wie dorten dem Paulo ein Mann erſchienen und ihm zugeſprochen*: Komm hernieder in Macedoniam und hilff uns „ Depromſit hoc Spenerus ex Conſ. Dedek. Vol. I. f. 761. Adde ejusdem lezte Theol. Bed. P. 1. pag. 270. 271. & Heſſ. Hebopfer 4. St. p. 466. Sed ſolitariè poſitum hoc criterium non ſtringere, ſed cæteris paribus, & res ipſa docet & affirmat quoque Spenerus.

(*aaa*) Bona quippe intentio, maximè ſolitariè poſita, nondum divinitatem vocationis parit. Vide Speneri Th. Bed. P. I. p. 454. P. II. p. 447.

(*bbb*) Quemadmodum defectus hujus inclinationis vocationis divinitati non officit juxta n. (*bb*) ita & illius præſentia eandem non demonſtrat, poſito quoque, inclinationem hanc non ex principio carnali & naturali, ſed ſpirituali (jam verò facile hîc falli poteſt vocatus) ortam eſſe. Vide Bœhmeri jus eccl. Proteſt. T. I. p. 336. Diſſentit Spenerus Th. Bed. P. I. p. 514. & Heſſ. Hebopf. 4. Stück p. 466. 469.

(*ccc*) Si e. g. nova quædam Eccleſia plantanda ſit, Spen. Th. Bed. P. I. p. 467. Heſſ. Heb. l. c. p. 472 vel in novâ ſtatione major ſit numerus auditorum Spen. lezt. Th. Bed. P. I. p. 373. 417. Th. Bed. P. I. p. 452. 478. 508. vel duplex ſit officium, & Paſtorali vel academico Conſiſtoriale quoque annexum Spen. Th. Bed. P. I p. 465. 477. 496. 497. 528. 529. & lezt. Th. Bed. P. I. p. 373. 387. vel ſimplex ſaltem, ubi tanta diſtractio haud metuenda Heſſ. Heb 4 Stück p 474 vel in priore ſtatione ob duritiem hominum & contradictionem Collegarum nihil ædificari poſſit, in novâ verò ſtatione major docilitas hominum & Collegæ præſtantiores ſperentur, nova etiam ſtatio præcipuo chariſmati vocandi magis ſit congrua Spen. Theol. Bed P.I. p. 509. Heſſ. Heb. l. c. p. 466. 472. 473. vel poſt multa impedimenta contra omnem ſpem reaſſumta vocatio ſit, ſine ullo motu vocandi, vel tantus erga vocandum ſit vocantium amor, tantum æſtimium, tanta Eccleſiæ novæ neceſſitas. Spen. Th. Bed P. I. p. 489. 503. &c. &c. &c. Jam enim patet, *primam* rationem haud ſtringere. Ponamus, vocari Theologum vel Superintendentem aut Paſtorem ad officium Paſtoratûs in Georgiâ gerendum & Eccleſiam ibi plantandam. Num hæc ipſa ratio ſufficiens erit ad veterem ſtationem deſerendam & novam amplectendam? Nec *ſecundam*, cùm, ut ſaltem hoc unicum tangamus, in

Digitized by Google

Ecclesiâ parvâ longè præstantior possit introduci disciplina ecclesiastica, & Universitates numero studiosorum minore laborantes legitimè sic ab Universitatibus numero majore superbientibus Professoribus præstantissimis privari possent. Nec *tertiam*, duplex enim officium distractionem parere aptum est, cùm utrumque totum hominem requirat. Nec *quartam*, quia Consistorialis & extra Ecclesiam, cujus Pastor est, totam Diœcesin ædificare potest. Nec *quintam*, quia 1. sæpius durities hominum accusatur, ubi causa deficientis ædificationis in Pastore latet, quæ nisi corrigatur, & in novâ statione ædificationem impedire potest, 2. quia nunquam de ædificatione hominum desperandum, quæ subinde differtur, non aufertur, à Deo per preces, per duplicatam industriam spiritualem ab hominibus impetranda, 3. quia ejusmodi contradictio ædificationem impedire non potest, ubi per vim verbi regno cœlorum fit violentia, nec adversarii portam ad animas præcludere possunt Matth. 11, 12. 1. Cor. 16, 9. contraria & juxta se posita eò magis eluceſcunt & lucem ædificationis reddunt clariorem Spener Theol. Bed. P. I. p. 511. 4. quia casus est valde dabilis, & in novâ statione ut ejusmodi emergant circumstantiæ, vel & emergant molestiores, 5. Deus etiam vocare potest & vocat subinde non secundum præcipium talentum nostrum 6. exorandus est, ut charisma spirituale, quo nos carere credimus, nobis ex abysso gratiæ & misericordiæ suæ donet Marc. 11, 24. Luc. 11, 9. 10. 1. Cor. 12, 31. Nec *sextam*, quia nec bona intentio vocantium licet constans rem conficit, atque ejusmodi reassumtio ex rationibus naturalibus & politicis facillimè fieri potest. Nec *septimam*, vel enim amor hic, æstimium hoc est naturale vel spirituale. Prius attendi non meretur, etsi legitima fundamenta donorum singularium, eloquentiæ, eruditionis &c in vocando inveniendæ habeat. Nec tamen & spirituale rem conficit nedum solitariè. Quemadmodum enim amor, lachrymæ & suspiria Ecclesiæ, à quâ avocamur, non absolutè impediunt, quò minus ad aliam vocati migremus Act. 20, 37. Bidenbach Consc. Dec. 9. p. 35. Dedek. Consc. Vol. I. f. 774. Spener Theol. Bed. T. I. p. 450. 460. 475. 484. 502. 536. ita nec Ecclesiæ vocantis, sed, si utrobique inveniantur, compensantur mutuò, rectè judicante Spenero Th Bed. P. I. p. 552. & lezte Th Bed. P. I. p. 398. & Fechtio in instruct. past. p. 26. Necessitas verò vel hujus vel alterius Ecclesiæ, si subjectum sit capax, sed exstantior illa & fundatissima ligamen spirituale est. Spener Theol. Bed. P. I. p. 489. 490. lezte Theol. Bed. P. I. p. 377.

(*ddd*) Mo-

Digitized by Google

(*ddd*) Monet hoc ſolicitè & ex vero Dannhavver Theol. Conſc. T. 1. p. 750. & Spener lezt. Theol. Bed. T. I. p. 387. Add. Dedek. Conſ. Vol. 1. f. 782.

(*eee*) Qualis eſt defectus capacitatis, ligamen, damnùm in Eccleſiâ certò emergens &c. &c.

(*fff*) Extraordinariam hanc vocamus, non quòd immediata ſit, ſed quòd opus extraordinarium, & vocandi ratio extraordinaria eſt, extraordinaria etiam chariſmata hîc requiruntur. Certè generalis vocatio, quam unusquisque Chriſtianus ut Sacerdos ſpiritualis habet, unumquemque, ſi modo idoneus ſit, obſtringit, ut orto in Eccleſiâ incendio, ubi Epiſcopi, quorum munus hoc eſt, officio non funguntur, accurrat & ignem exſtinguat, quemadmodum in cœtu quodam Chriſtiano inter barbaros laici ex medio ſuo miniſtrum vocare poſſunt. Vide Oſiand. Theol. caſ. P. 5. p. 377. ſqq. Patet ergò jam, quid de vocatione Lutheri ad reformationem dicendum ſit, quam ſollicitant Pontificii. Erat hæc I. generalis, uti diximus. II. ſpecialis, erat enim Paſtor Wittebergenſis, Doctor & Profeſſor Theologiæ, juramento ad veritatem docendam erroreſque refutandos obligatus, III. Vocatus & fuit idem per tacitum Eccleſiæ conſenſum, quæ inde à multo tempore reformationem anhelabat, atque heroicis Lutheri auſibus paſſim applaudebat, ipſis quoque Principibus & Magiſtratibus adplaudentibus. IV. Neceſſitas Eccleſiæ ſumma cùm reformationem Lutheri legitimet, cum ſuccedens benedictio divina illam legitimet, quis dubitet, vocationem ejus ad hoc opus legitimam fuiſſe? Accedit V. inſtinctus ejusdem heroicus cum heroicis planè & extraordinariis χαρίσμασι ad tantum opus neceſſariis conjunctus. Vide Oſiandri Theol. Caſualem T. 5. p. 395. atque autores, de neceſſitate Reformatis atque de vocatione Lutheri qui ſcripſere, laudatos à Fabricio in Centifolio Lutherano p. 326. 771. & adde Walchii Einleitung in die Religions-Streitigkeiten p. 348. ſqq. & P. 2. p. 1061. ſqq.

(*ggg*) Neque enim Prophetarum & Chriſti ipſius & Apoſtolorum opera felicem ſemper effectum habuit, quem ſubinde obduratio hominum intervertit. Adeóque benedictio eſt quidem divinæ vocationis criterium, ſed defectus ipſius, ſi à nobis haud oriatur atque haud NB. totalis ſit, non eſt criterium illegitimæ.

(*hhh*) Vide noſtras de ſucceſſione Epiſcopali & de ejusdem in Eccleſias Proteſtantes reducibilitate diſſertationes.

Digitized by Google

(*iii*) Vide Grotii tr. de imperio ſummarum Proteſtatum circa ſacra & autores, qui de hoc argumento ſcripſere, maximè & Wernſdorfii diſſ. de jure magiſtratus civilis circa vocationem Eccleſiæ Miniſtrorum, & quæ contra Scheffmacherum ſcripſimus P. I. n. 5. Contradicentes hîc habemus Pontificios, qui tamen in propria heic ſæviunt viſcera, cùm & Imperator & Reges & Patroni laici apud ipſos Epiſcopos nominent atque parochos, rebuſque ſacris vel directè vel indirectè autoritatem ſuam longè maximam interponant. Olim & in antiquâ republicâ Judaicâ Reges, & in antiquâ quoque Eccleſiâ Chriſtianâ Imperatores Regeſque itidem in conſtitutionibus Epiſcoporum utramque paginam feciſſe atque & in antiquioribus temporibus electiones per ſuffragia plebis factas fuiſſe conſtat. Vide ſaltem Bingham. Orig. Eccl. Vol. 2. p. 69. ſqq. noſtras juris eccleſiaſtici origines p. 173. ſqq. Mayerum in der Geſez-mäſſigen Beantwortung der Frage von der Juriſdictione Eccleſ. der Catholiſchen Landes-Herrn über ihre Proteſtantiſche Unterthanen ſtatim ſub initium & Eſtorem in delin. juris eccl. publ. Proteſt. p. 39. 40. autoresque ab his citatos, Reinhardum maximè, Ludewigium & alios, qui de jure Principum Germaniæ circa ſacra ante reformationem exercito egere.

(*kkk*) 1. Cor. 9, 5. & 1. Tim. 3, 1. Vide Calixtum de conjugio Clericorum, Bingham. Orig. eccl. L. IV. C. 5. Vol. 2. p. 152. ſqq. & autores citatos in Fabricii Bibliogr. ant. C. 20. §. 10. p. 603. 604.

(*lll*) In Eccleſiâ medii ævi ordinari haud poterant milites, ſervi, liberti, opifices, curiales, procuratores, cauſſidici, Energumeni, ſcenici, comœdi, peregrini, fœneratores, ſeditioſi, ſponte ſuâ mutilati, homicidæ, adulteri, apoſtatæ vel qui publicam egiſſent pœnitentiam. Vide Bingham. Orig. eccl. Vol. 2. p. 123. ſqq. 141. ſqq. Aliter in Eccleſiâ antiquiori, ubi opifices aliique ex dictis admiſſi. Vide Arnoldi Abbildung der erſten Chriſten L. 2. C. 8. §. 6. 7. f. 226. 227. Num verò & hodie laici vocari poſſint, alia quæſtio eſt. Si ſufficienti doctrinâ, licet in Academiis haud hauſtâ, inſtructi ſint, nullum eſt dubium. Vide Willenb. l. c. p. 46. ſqq. 54. ſqq. Num, qui annum ætatis 30. in Vet. Eccl. ſtatutum nondum aſſecuti? Atqui verò & hîc eadem reſponſio valet, vocabiles & hos eſſe, ſi idonei ſint. 1. Tim. 4, 12. Jer. 1, 7. Vide eund. Willenb. l. c. p. 52. ſqq. An, qui ſecundas nuptias contraxere? Non dubitaverim. Vide Willenb. l. c. p. 48. 49. Ita nec extranei arcendi ſimpliciter juxta Willenb. l. c. p. 49. nec mutilati, ſi aliâs præſtantes & idonei ſint juxta eumdem p. 51.

Digitized by Google

p. 51. 52. non tamen ſurdi vel balbi vel propter exilitatem vocis haud intelligibiles, nec androgyni aut hæretifices ſecundùm eundem p. 57. Nec facile admittendus, qui in juventute enorme commiſit flagitium, niſi magni exempli ejus ſit converſio & ſanctimonia. Vid. Dunte Caſ. conſc. C. 17. ſect. 2. qu. 2. p. 732. ſqq. Haud tamen excludendi ſimpliciter ſunt nothi juxta Spenerum, qui autoritates Theologorum cum cautelis producit lezt. Theol. Bed. P. 1. p. 364. ſqq. ubi ait, ejuſmodi nothum per regenerationem ex Deo legitimari. Nec, qui vitiatam duxere, Spen. Theol. Bed. P. I. p. 436. 437. Adde Dunte Caſ. Conſc. p. 652. ſqq. Oſiandri Theol. caſ. P. 5. p. 453. ſqq. & Mayeri Muſæum Miniſtri Eccleſiæ Vol. 1. p. 40. ſqq. Ded. Conſ. Vol. 1. f. 764. App. f. 455. ſqq. & Gerhard. de min. eccl. §. 184. ſqq.

(*mmm*) Ita ferè jam ſcripſimus in inſtit. juris eccleſ. p. 119.

(*nnn*) e. g. ſi nullum adſit ligamen. Vide ſupra n. (*q*). Plena itaque heic Miniſtro Eccleſiæ competit libertas, ita, ut non peccet, quamcunque eligat vocationem, ſive maneat in hâc Eccleſiâ ſive ad aliam migret. Ita decîdit Facultas Theol. Lipſienſis in terminis apud Grübelium in app. Conſil. Ded. f. 457. ſqq. 473. ubi tamen dicitur, priorem Eccleſiam videri majus jus habere retinendi.

(*ooo*) Scilicet I. indifferens eſt ſupremo Numini, num hic vel ille ſacrum hîc vel illic miniſterium gerat, modò rectè gerat. Hinc II. Deus vocantibus & vocatis plenam hîc commiſit vocandi & vocationem acceptandi libertatem, ſaltem cum hoc additamento, ut III. vocent & vocationem acceptent juxta regulas ſupra poſitas, unde IV. concurrere ſubinde poſſunt plures vocationes, divinæ omnes, ubi optio vocato relinquitur. Deus enim & hîc προσωποληψίας non eſt, niſi in caſu judicii in hanc vel illam Eccleſiam decreti. V. Hinc vocationes, quæ legitimæ ſunt, ſunt divinæ ſaltem in ſenſu latiore, non propter determinationem divinam ſpecialem, ſed quod ordini & legi à Deo præſcriptæ 1. Tim. 3. Tit. 1. ſint conformes. Vide de variâ hujus vocis acceptione Spenerum Th. Bed. P. I. p. 503. VI. Nec & certitudo determinationis divinæ ad hoc præcisè officium haberi poteſt, certitudo enim ex probabilitatibus meris ex utrâque ſubinde parte occurrentibus, earundemque comparatione non poteſt exſculpi, maximè, cùm VII. nulla ſit vocatio, ubi non conſpiciantur defectus, ubi & de requiſitorum omnium præſentiâ certitudo haberi poſſit. Nec VIII. perpetuis conſcientiæ fluctuationibus & angoribus ſic exponitur

ponitur vocatus. Non enim talibus exponitur nisi ex falso supposito, quod determinatio divina ad hoc præcisè officium necessaria sit ad legitimam vocationem & haberi possit. Jam & IX. Consistoriis sic libertas asseritur, eligendi subjecta, parochias permutandi, quam tamen parochis ipsis non asserimus nisi consentiente Ecclesiâ & Consistorio juxta Spen. Theol. Bed. P. I. p. 565. & lezt. Theol. Bed P. I. p. 359 itemque parochos transferendi, promovendi &c. &c. ubi nulla determinari potest certitudo voluntatis divinæ ad has vel illas circumstantias se præcisè & demonstrativè determinantis, etsi X. in hisce omnibus & vocantes & vocati non ex carnalibus, nec ex bonis saltem, sed & ex præstantissimis motivis agere, omnes circumstantias probè considerare, regulas prudentiæ Christianæ de maximè tuto & maximè probabili sequi precibusque & affectu sancto omnia diluere debeant. Quod restat, patet & ex his, quæ diximus, num & quî vocationem divinam, nostro sensu talem, recusare quis possit? num & vocationem ab officio altiore ad minus?

(*ppp*) Juxta canonem metaphysicum: *futurorum contingentium non datur determinata veritas.*

(*qqq*) Fluit hoc ex posito supra principio, quòd idoneitas Ministri sufficiat ad approbationem divinam, cujus vocatio olim illegitima ipsius pœnitentiâ & conversione præstantissimâ purificatur. Vide Spen. lezte Theol. Bed. P. I. p. 352. sqq. Unde in tali casu nec opus est nec licet resignare.

(*rrr*) Sic in V. T. validitas sacramentorum non dependebat à qualitate ministri, quæ ex naturâ rei dependet non à causâ ministeriali sed efficiente & instituente itemque ab administratione externâ ad mentem instituentis & Ecclesiæ facta. Etsi enim administratio per illegitime vocatos in foro poli sit illegitima, tamen & in eodem est rata, cùm aliâs nemo de validitate sacramentorum posset certus esse. Vide Canz. l. c. p. 93. sqq. Efficacia verò veritati divinæ est intrinseca, quam in ore irregeniti haud potest perdere, nisi eam corrumpat.

(*sss*) Vide supra n. (*qq*).

(*ttt*) Fieri hoc posse, ut vocatio saltem fiat ad certum tempus, nullus dubito, si circumstantiæ suaserint, ut eò major dimittendi libertas sit. Vide tamen Prücknerum l. c. p. 159. 160. & autores ab illo citatos, queis adde Crellii diss. de Clerico ob pactionem cum Patrono Sacerdotio se abdicante.

(*uuu*) De translatione ad aliam stationem Ecclesiasticam & permutatione officio-

Digitized by Google

officiorum ſacrorum vide Conſil. Ded. App. f. 461. ſqq. Conſ. Witt. P. 2. f. 52. ſqq. Bœhmerum in jure eccleſiaſt. T. 1. p. 328. ſqq. & Pertſch. in elem. juris canon. & eccleſ. L. 1. tit. 23. Si juxta n. (*ff*) licet ab unâ Eccleſiâ migrare ad alteram, & translationes ſunt licitæ.

(*xxx*) A translatione differt translocatio, quæ eſt translatio à Parochiâ pinguiore ad macilentam, auf eine Pœnitenz-Pfarre. Jam verò translocationes illegitimæ ſunt in caſu vel delicti vel alius ſcandali exſtantioris, dimiſſione vel remotione puniendi. Cur enim eapropter malo Paſtore punitur innocens Eccleſia? Si verò ſaltem ex prudentiâ quâdam eccleſiaſticâ ad tollendam hanc vel illam inconvenientiam emergentem, cujus Paſtor cauſa fuit, fiant, legitimæ ſunt. Confer J. S. Stryckii diſſert. de translocatione miniſtrorum Eccleſiæ, Titii Probe des geiſtl. Rechts L. 2. C. 4. §. 49. L. 3. C. 5. §. 10. & Bœhmerum l. c. De translocatione quærendâ ſubinde à Miniſtro Eccleſiæ vide Spenerum Th. Bed. P. I. p. 729.

(*yyy*) Remotionem præcedit ſubinde ſuſpenſio, utraque verò fit vel ob inobedientiam erga Epiſcopum, vel ob delictum, vel ob ſcandalum. Vide Caſuiſtas apud Prücknerum p. 167. ſqq. & Bœhmerum Conſult. P. 1. f. 415. ſqq. Eſt autem remotio vel verbalis, quæ eſt depoſitio ab officio, vel realis, quæ eſt formalis degradatio ab ordine clericali. Hæc verò fit ob delicta graviora, pœnam corporis afflictivam infamiamque ſecum vehentia. Vide Pertſch. elem. jur. can. & eccleſ. L. I. tit. 25. L. IV. tit. 13. 14. Hilligeri diſſ. de foro Clerici delinquentis & Krauſii diſſ. de jure degradationis Canonicæ in foris Proteſtantium, itemque Bœhmer. in Conſult. P. 1. f. 413. 414. Suſpendere autem, removere, dimittere eſt illius, qui jura ſacrorum & jurisdictionem habet, non Patroni. Vide Carpzov. Jurispr. Conſiſt. L. I. tit. 3. def. 41. qui & L. III. tit. 10. prolixè de hoc argumento agit. Adde tamen Oſian-

Digitized by Google

dri Theol. caſ. P. 5. p. 519 ſqq. 533. ſqq. & Gerhard. de min. Eccleſ. §. 174. ſqq.

(zzz) Dimiſſio eſt vel *gratioſa* vel *minùs gratioſa*. Poſterior fit in caſu diſſeminationis contumacis dogmatum minùs ſymbolicorum, inobedientiæ aut exceſſus ſcandaloſi, vel incapacitatis voluntariæ, ubi ad remotionem, quæ delictum requirit, vel non procedere poteſt vel ex capite gratiæ non vult Magiſtratus ſed *honeſtam* dare dimiſſionem, vel etiam in caſu, ubi dimiſſio extorquetur cum damno præcipuo Eccleſiæ, cui quis hactenùs ſerviit, conjuncta. Habet enim & dimiſſio minus gratioſa ſuos gradus. Vide Conſ. Witt. P. 2. f. 19. *Gratioſa* eſt, ubi non ſaltem honeſta ſed & honorifica eſt dimiſſio, vel ob factam officii reſignationem vel ob vocationem ad aliud officium. Quæritur hîc 1. num Magiſtratus, qui jura ſacrorum habet, obligatus ſit ad dimittendum Miniſtrum Eccleſiæ ad aliud officium vocatum, 2. & num hîc denegationem dimiſſionis pro criterio vocationis minùs divinæ reputare debeat, vel, num 3. licet denegetur dimiſſio, tamen ſtationem ſuam deſerere poſſit? Primam quæſtionem affirmat poſt Fac. Theol. Jen. apud Ded. Conſ. Vol. 1. f. 779. ſqq. & Hartmann. in Paſtorali Evang. L. 4. C. 3. §. 14. ſqq. Spener Theol. Bed. P. 1. p. 510. 516. ſqq. 460. ſqq. 516. & lezte Theol. Bed. P. 1. p. 378. ſqq. 381. ſqq. aliis negantibus, ſi adſit ligamen. Vid. Bœhmer in jure eccleſ. Prot. P. 1. p. 337. & Fecht inſtruct. paſt. C. 2. §. 7. p. 26. Secundam quæſtionem affirmant Porta in Paſtorali Lutheri C. 2. qu. 11. p. 24. Tarnov. de miniſt. eccleſ. L. 3. p. 1294. ſqq. Conſil. Witteb. Vol. 2. f. 53. 1. Schilter inſtit. jur. can. p. 180. Carpzov. Jurisprud. Conſiſt. L. 3. def. 125. §. 12. ſqq. f. 884. Brochmand. Syſt. Theol. T. 2. f. 373. Spener lezte Theol. Bed. P. 1. p. 381. Bœhmer l. c. p. 334. ſqq. negantibus iis, qui priorem affirmant, vi conſequentiæ. Tertiam affirmat Fac. Theol. Jen. in Reſponſo citato & Spener in lezt. Theol. Bed. P. I. p. 383. negant

Digitized by Google

gant ajuntque manendum esse Fecht l. c. p. 26. & Bœhmer l. c. p. 315. 316. Datâ operâ quæstiones has pertractat Willenberg. l. c. p. 157. sqq. ubi putat, dimissionem dandam esse, si quis Principi vel patriæ tanquàm civis non sit obligatus, secus, si non constet liquido, quòd nova vocatio sit divina, si vocatus ad novum officium non sit usquequaque idoneus, si non liqueat manifestè, eum in novâ statione plus ædificaturum, si denique prior Ecclesia non facile alium tàm fidum ac idoneum successorem inventura sit, facilius autem invenire queat vacans & vocans Ecclesia, quæ sententia & Speneri est in lezt. Theol. Bed. P. 1. p. 398. qui ibidem putat, Ecclesiæ, cui quis actu servit, causam hîc favorabiliorem semper esse, *es habe allezeit die Gemeine, bey dero wir sind, über uns ein mehrer Recht uns zu behalten als die andere uns zu sich zu ziehen.* Alibi tamen aliter pronunciat Spenerus Theol. Bed. P. I. p. 450. 451. ubi: *So wenig, da einer auch vorsähe, daß gar ein Wolff an seine Stelle kommen würde, solches ihn zurückhalten könnte, wo ihn der Herr gar durch den Tod abforderte, so wenig dörffte es ihn auch auf andere Art zurückhalten, wo er allerdings Göttlichen Raths vvegen anderen Beruffs versichert vväre, obvvohl eben das gevvisse oder starck-vermuthliche Vorsehen einer zum Schaden der Gemeine vorstehenden Ersezung als ein zimliches Argument anzunehmen vväre, daß Göttlicher Wille und Beruff der sonsten also geschienene nicht seyn vvürde, vvelches nicht anders als durch andere stärckere und unhintertreibliche aufgelöset vverden könnte.* Jam verò quæsiveris hîc meritò, quænam sint vel dari possint heic argumenta demonstrativa & insolubilia, probabilitatibus enim semper probabilitates opponi videas, etsi argumentum de formidine successoris minùs idonei itidem probabile saltem sit nec stringat juxta Fac. Theol. Jen. apud Dedek. Vol. 1. f. 779. Quid ergò dicendum hîc erit vel tandem? Respondemus I. Magistratui non competere jus civile dimissionem recusandi, nisi dimittendus sit ligatus liquido vel naturaliter vel civiliter juxta n. (q)

Digitized by Google

Vid. de Münchauſen vel potius Bœhmerus in diſſ. de jure miniſtrorum exigendi à Principe dimiſſionem, ubi & Reſponſum Fac. Jur. Hal. itemque Fritſch de reſignatione C. 4. n. 12. ſqq. Mevius P. 2. deciſ. 12. & Lyncker reſp. 183. n. 3. allegantur, atque Antonius Faber & Matthæus Stephani, exiſtimantes, quod dimiſſio ſimpliciter ab arbitrio Domini dependeat, refutantur. Adde Bœhmerum in jure eccleſ. Prot. T. 1. p. 371. Neque tamen & quoad vinculum ſpirituale, quod merè Theologicum eſt, ligare Miniſtrum Magiſtratus poteſt, etſi is in conſcientiâ ligatus ſit, ſed debet dare dimiſſionem, etſi ad gratioſam non ſit obligatus, ſine qua tamen diſcedere indecorum eſt. II. Cùm Deus determinationem Miniſtri ad Miniſterium ſanctius in hominibus in ſolidum permiſerit, ſaltem hæc nunquam demonſtrari poſſit divinitùs facta, uti ſupra oſtenſum, ex capite vocationis divinitùs factæ ad aliam ſtationem dimiſſionem à Magiſtratu petere nemo poteſt, ſed ſaltem ex capite non intercedentis ligaminis. III. Rectè ajunt & Theologi & JCti, tutiſſimum hoc eſſe in conſcientia, ſi Magiſtratui & ipſius Conſiſtorio vel Eccleſiæ in ejuſmodi caſu dubio, ubi dantur rationes ex utrâque parte ſpecioſæ, judicium & deciſio relinquatur. Vide ſupra n. (*gg*). Jam & ſi uterque Magiſtratus vel utraque Eccleſia ita conveniant, ut vocans à vocatione ſuâ liberè deſiſtat, ex conſideratione damni aliâs in priorem Eccleſiam redundantis, divinitas vocationis ad poſteriorem factæ ſponte evaneſcit. Quod reſtat, dimiſſio Miniſtrorum Eccleſiæ non ſine cauſa fieri debet cum injuriâ ipſius. Neque enim mercenariorum inſtar habendi, qui Dei miniſtri ſunt. Vide Theologos apud Prücknerum l. c. p. 166. 167. Balduin. de caſ. conſc. p. 766. ſqq. Dedek. Conſ. Vol. 1. f. 662. 663. 681. ſqq. Si tamen fiat dimiſſio, vel cum vel ſine cauſis juſtis, conſultius fuerit, ſi haud querulum nimis ſe præbeat vel cœlum terramque moveat Eccleſiæ miniſter,

cui

Digitized by Google

cui gloria patientiæ heic relicta est, nullus vindictæ locus. Certè enim Magistratibus Protestantibus juxta instrumentum pacis αὐτονομία jurisdictionis ecclesiasticæ competit, maximè, si, prout in quibusdam locis obtinet, dimissionem arbitrariam sibi reservaverint. Aliter res habet, ubi suspensio vel remotio intervenit cum infamiâ innocentis facta. Constat, quid ante plusculos annos hanc in rem Westflariæ contra Hellmundum fuerit actum, quem in locum, quō dejectus erat, restituere necessum habuit magistratus, uti acta Hellmundiana impressa testantur. Motus dederat ista controversia & in Camera Imperii & in Comitiis Corporis Evangelici, Consilia etiam Theologico-Juridica requisita, inter quæ Tubingense eminet. Certè enim in negotium civile res degenerat, cum suspensio & remotio sine causâ sonticâ rectâque illius cognitione fieri non possit. Constat &, quid in causâ Händelii, Concionatoris quondam aulici Onolzbacensis, ad carcerem perpetuum Wilzburgensem condemnati, & in isto priore demùm anno demortui disputatum fuerit, qui caussatus est, non licuisse Principi suo, ipsum dimittere sine dicta causâ, atque alium eligere Confessionarium, quo de argumento acta Händeliana legere scriptaque hanc in rem edita curiosum est. Constat denique, Georgium Klein-Nicolai A. 1706. 4. Halæ edidisse libellum sub titulo: *der unabsezliche Diener JEsu Christi*, in quo statuit, ministrum Evangelii injustè depositum characterem suum haud amittere sed adhucdum sacra etiam in conventu privato administrare posse. Quæ sanè nimium excessum sapiunt.

(*aaaa*) Quâ abdicatur vel munus ecclesiasticum vel ordo ecclesiasticus. Abdicatio hæc sive renunciatio aut resignatio muneris ex justis utique causis, consentiente Consistorio, fieri debet, non ob commoditatem, vel persecutiones aut hostium Ecclesiæ aut adversariorum aut alia tædia, sed, si ad oculum pateat, propter debilitatem virium vel ob scandala, quæ quis dedit, vel alias ob rationes illum parum vel

Digitized by Google

nihil amplius ædificare poſſe. Vide Spenerum Th. Bed. P. 1. p. 567. ſqq. lezte Th. Bed. P. 1. p. 374. ſqq. Conſ. Ded. Vol. 1. f. 787. ſqq. Brochm. Syſt. Th. T. 2. f. 374. Dunte Caſ. Conſc. p. 646. Hæberlinum in ſpecim. Theol. pract. p. 16. 17. Oſiandrum Theol. Caſ. P. 5. p. 535. ſqq. Balduinum de caſ. conſc. p. 764. ſqq. & Caſuiſtas Theologos citatos à Prücknerò l. c. p. 160. ſqq. itemque Zieglerum ad Lancell. L. 1. tit. 19. §. 5. Thomaſium in diſſ. de deſertione ordinis eccleſiaſtici, ubi & diſquirit, num quis ſalvâ conſcientiâ à miniſterio Eccleſ. ad profeſſionem Academicam ſive Theologicam ſive Philoſophicam tranſire poſſit? & Bœhmerum in jure eccleſ. Prot. L. 1. p. 363. ſqq. qui p. 372. ſqq. & de reſignatione in favorem tertii diſputat, non admittendâ niſi conſentiente Patrono & Conſiſtorio & quidem ob rationes prægnantiſſimas. Conferri & de hoc argumento poteſt Pertſch. l. c. L. 1. tit. 24.

(*bbbb*) Contrariam ſententiam tuetur cel. Bœhmerus l. c. p. 389. ſqq. quam & prolixius jam defenderat in diſſ. de renovatione vocationis reſignatæ. Ponit tamen & ipſe caſus, ubi hoc fieri poſſit.

(*cccc*) Quâ quis Eccleſiam deſerit, inſalutato Patrono & Conſiſtorio vel ex animi levitate vel ob delicti conſcientiam aut alias cauſas.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX I.
DICTORUM BIBLICORUM
PASSIM OCCURRENTIUM.

Cap.	verſ.	pag.
Geneſ.		
I.	28.	469
III.	19.	433
IV.	10.	411
-	15.	411
IX.	6.	407. 411. 412
XIV.	18.	468. 470
-	20.	430
XVII.		79
-	7.	451
-	13.	451
XXII.	17.	450
-	18.	450
XXIII.	13. ſqq.	430
XXV.	33. ſqq.	430
XXXVIII.	24.	407
XL.	22.	407
LXIX.	10.	450. 453. 462
-	27.	417
Exod.		
III.	2.	164
-	4.	483
IV.	14.	483
-	16.	470
XII.	17.	451
XVIII.	21.	438
XXI.	6.	470
-	16. 17.	451
-	28. 29.	407
XXII.	28.	470
XL.	9.	468
Levit.		
VI.	13.	451
VII.	2.	468
XVI.	34.	451
XXIII.	14.	451
XXIV.	21.	411
XXVI.	40. ſqq.	450
XXVIII.	1.	483
Numer.		
XI.	29.	2
XVIII.	31.	430
XXI.	14.	411
XXII.		430
XXIII.		430
XXV.	6.	458
XXVII.	18. 20.	40
XXXI.	50.	407
XXXV.	30. ſqq.	411
Deuter.		
IV.	20.	56
-	30. 31.	450
IX.	29.	56
XIII.	5.	65
XVII.	7.	65
-	8.	458. 466.
-	18. 19.	185
XIX.	13.	411
-	19.	65
XXII.	21. 22. 24.	65

Digitized by Google

Cap.	verſ.	pag.
Deuter.		
XXIII.	1.	67
XXIV.	7.	65
XXIX.	29.	451
XXX.	2.	451
-	3.	450
XXX.	8.	451
-	10.	451
XXXII.	35.	407
-	43.	450
XXXIV.	9.	40
Joſua.		
I.	7.	185
Judic.		
I.	3.	56
1. *Samuel.*		
IX.	7. ſqq.	430
X.	1.	458
-	22.	324
XV.	33.	458
XVI.	13.	458
2. *Samuel.*		
VII.	16.	450
VIII.	18.	164
1. *Reg.*		
II.	5.	411
-	26.	466
-	28. ſqq.	411
V.	3.	407
VI.	7.	407
VIII.	25.	450
IX.	7. 8.	453
X.	10.	476
XIII.	33. 34.	430
XIV.	3.	430
XVII.	2.	483
XVIII.	40.	458
XIX.	15. 16.	458
-	19.	485
XXII.	24.	407
2. *Reg.*		
IV.	42.	430
V.	19. ſqq.	430
XI.	12.	185
1. *Chron.*		
XXVIII.	3.	407
2. *Chron.*		
XIII.	9.	430
XV.	2. ſqq.	450
XXIII.		458
-	11.	185
XXVI.	16. ſqq.	458
Hiob.		
XVI.	10.	407
Pſalm.		
II.	6.	450. 461
-	8.	450. 451. 455. ſqq. 470
-	9.	450. 455. 458. 465. 470
III.	8.	407
VIII.	7. ſqq.	456. 470
XXII.	8.	469
-	28.	450. 451
-	29.	450
XXXII.	5.	23
XXXVII.	3-7.	323
XLV.	2. ſqq.	450
-	7.	450
XLVII.	3. ſqq.	450

Digitized by Google

Pſalm.

Pſ.	verſ.	pag.
XLVII.	10.	451
LI.	6.	23
LXXII.	1. ſqq.	450 470
-	3.	450
-	5.	450
-	7.	450
-	8.	450. 451
-	9. 10. 11.	474
-	17.	450
LXXVIII.	5. 6.	451
LXXXII.	1. 6.	470
LXXXVI.	9.	451
LXXXVII.	4. ſqq.	451
LXXXIX.	5. 29. 30. 34. 37. 38.	450
XCIII.	1. 2.	450
XCVI.	3. ſqq.	451
-	10.	450
CII.	16.	451
CIX.	152.	451
CX.	2.	469
-	4.	470
-	5. 6.	450
CXI.	6.	450
CXVII.	1.	451
CXXXII.	12.	450
-	16.	104
CXLV.	13.	450
CXLIX.	7.	450

Eſaias.

II.	3.	451
-	4.	405. 450. 452
IV.	3. 4.	450
V.	26.	451

Cap.	verſ.	pag.
VI.	10.	466
IX.	1. ſqq.	451
-	5.	452
-	6.	449. 450
-	7.	450
X.	20. ſqq.	450
-	30.	466
XI.	1. ſqq.	449
-	6. 7. 8.	451
-	9.	450
-	10.	451
-	11. ſqq.	450. 453
XIII.		450
XIV.	1.	450
-	4. ſqq.	450
XVI.	12. ſqq.	450
XIX.	21.	451
-	23. 25.	451
XXII.	22.	10
XXIV.	21.	450
-	23.	451
XXV.	2.	450
-	6. ſqq	451
XXVI.	11.	450
XXVII.	9. 13.	450
XXIX.	8.	450
-	22. ſqq.	450
XXX.	18.	451
-	28. 31. ſqq.	450
XXXI.	8. 9.	450
XXXII.	1. ſqq.	451
-	17. 18.	450
XXXIII.	1. ſqq.	450
-	12. ſqq.	451
-	24.	450
XXXIV.	1. ſqq.	450

Digitized by Google

Esaias.

Cap.	vers.	pag.
XXXV.	1.	451
-	10.	450
XL.	4. 5.	451
XLI.	25. 27.	483
XLII.	1. 6. 11. 12.	451
XLIII.	5. 6.	450
-	25.	23
XLV.	1. sqq.	450
-	17.	451
-	22.	451
-	25.	450
XLVI.	11.	450
XLVII.	1. sqq.	450
XLVIII.	20.	450
XLIX.	5. 6. 7. 8. 9.	450
-	17. sqq.	451
-	22.	476
-	23.	184. 473
L.	6.	407
LI.	3. 4.	451
-	11.	450
LII.	7. 8.	450
-	10.	451
-	11.	496
-	15.	451
LIV.	1. sqq.	451
-	3.	450
-	11. sqq.	451
-	13.	59
LV.	5.	451
LVI.	3. sqq.	451
-	6. 7.	451
-	8.	450
LVIII.	12.	451
LIX.	19.	450
LIX.	20. 21.	450. 451
LX.		475
-	3.	451
-	6.	474
-	7. sqq.	450
-	12.	476
-	14.	474
-	16.	476
-	17. 18. 21.	450
LXI.	1.	450
-	3. 4. sqq.	451
-	5. sqq.	450
-	6.	470
LXII.	1. 2.	451
-	3.	470
-	12.	450
LXIII.	6.	450
LXV.	1.	451
-	9. 10. 17. 25.	451
LXVI.	12.	450. 451
-	20.	450. 451
-	21.	104. 451

Jerem.

I.	1.	466
-	5. sqq.	483
-	7.	491
-	10.	420. 458. 465
III.	9.	450
-	14. sqq.	450
-	15.	484
-	17.	451
-	19.	451
IV.	2.	451
-	7.	417
XII.	14. 15. 46. sqq.	466
XVI.	14. 15.	453

Digitized by Google

Jerem.

Cap.	verſ.	pag.
XVI.	19.	451
XXII.	30.	462
XXIII.	3.	450
-	5. 6.	449
-	7. 8.	453
-	21. 32.	483
XXIV.	6.	450
XXIX.	14.	450
XXX.	3. 9. 10. 11. 16. 18.	450
-	21.	449
XXXI.	1. 8.	450
-	23.	450
-	31.	452
-	33.	59
-	34.	59. 450
-	38.	451
XXXII.	37. 39.	450
XXXIII.	7. 8. 11.	450
-	15. ſqq.	449
-	17.	450
-	18.	451
-	21. 25. 26.	450
XXXVII.	21.	430
XLVI.		450
XLIX.	19.	417

Lament.

III.	30.	407
XIX.		450
XX.		450

Ezech.

II.	3. ſqq.	483
X.	4	429
XVI.	53	450
XX.	40. ſqq.	450
XXV.		450
XXVIII.	25	450
XXXIV.	13.	450
-	23. 24. 25.	449. 450
XXXVI.	24. 27. 29.	450
XXXVII.		453
-	16. 21.	450
-	24.	449. 450
-	25. 26.	450
	28.	451
XXXVIII.		450
XXXIX.		450
-	25. ſqq.	450
XL.		451
XLIV.	24.	458. 466

Daniel.

II.	44.	450. 454
VII.		417
-	8. ſqq.	454
-	14. 18. 27.	450
VIII.		417
IX.	24. 26. 27.	453

Hoſeas.

I.	2. ſqq.	439
-	6.	450
-	7.	452
II.	14. ſqq.	450
-	18.	451
-	19. 20.	494
III.		455
-	4. 5.	450. 454
VI.	11.	450
IX.	15.	450

Digitized by Google

Joel.

Cap.	verſ.	pag.
III.	1.	453
-	6, 7. ſqq.	450
-	25.	451

Amos.

V.	2.	450
VIII.	14	450
IX.	11. 12.	451. 453
-	14.	450

Obadias.

XV.		450

Jonas.

I.		483

Micha.

II.	13.	449
III.	11.	430
IV.	2.	451
-	3.	450. 452
-	7. 13.	450
V.	1.	450. 462
-	5.	450
-	14.	407. 450
VII.	12.	450

Zephan.

II.	1. 7.	450
-	11.	451
III.	8.	450
-	9. 10.	451
-	19. 20.	450

Haggai.

II.	8.	451
-	10.	450

Sacharias.

I.	17.	451
II.	11. 12.	451

Cap.	verſ.	pag.
IV.	6.	452
VI.	13.	470
VIII.	22. 23.	451
IX.	9.	450. 462. 468
-	10.	407. 450. 452
X.	6. ſqq.	451
-	10. ſqq.	450
XII.	3. ſqq.	450
-	8.	451
-	10. ſqq.	450
XIII.	9. ſqq.	450
XIV.	2. ſqq.	450
-	8. ſqq.	451
-	9.	450
-	16.	451

Malachias.

I.	10.	430
-	11.	450
II.	7.	58
III.	4.	104
-	11.	451

1. *Maccab.*

XIV.	41.	462

2. *Maccab.*

IV.	7. ſqq.	430
-	23. ſqq.	430

Matthæus.

I.	1.	461
II.	2.	455
-	11.	455. 477
III.	9.	261
-	19. 23.	79
IV.	19.	30
-	23.	88. 344. 405. 407
V.		

Digitized by Google

Matthæus.

Cap.	vers.	pag.
V.	5.	467
-	10.	435
-	22. 38. sqq.	407
-	39.	409. 464
VI.	10.	473
VII.	6.	220
-	24. 25.	29
VIII.	4.	4
-	23. sqq.	231
-	31. 32.	457. 463
IX.	6.	23. 25
-	12.	362
-	27.	461
-	35.	4
-	38.	427. 483. 492
X.	1.	4. 30. 64. 72. 483
-	8.	430
-	14.	435
-	16.	417
-	17.	95
-	23.	409. 435
XI.	12.	504
-	27.	456
XII.	1. sqq.	4
-	9.	4
-	23.	461
-	47. sqq.	261
XIII.	29.	407
XV.	1. sqq.	4
-	22.	461
-	24.	468
XVI.	18.	5. 28
-	19.	9. 10. 17. 28
-	23.	29
-	27.	454
XVII.	20.	460
-	24.	4
-	27. 28.	460
XVIII.	6.	81
-	10.	81
-	15.	6. 88
-	17.	458. 467
-	18.	9. 30. 72
XIX.	3. sqq.	74
-	28.	467. 470
XX.	21.	451
-	25.	58. 469
-	28.	460
-	30. 31.	461
XXI.	3.	457. 463
-	9.	457
-	12.	4. 430. 443
-	13.	430. 443
-	15.	455. 461
-	19.	463
-	23.	4
XXII.	7.	407
XXIII.	3.	4
-	8.	58
-	11.	42
-	34.	95. 452. 483
-	38.	453
XXIV		454
XXV.		454
XXVI.	14 15.	430
-	26.	6. 62
-	29.	454
-	30.	60. 155
-	46. sqq.	430
-	52.	407. 411. 413
-	55.	4

Digitized by Google

Cap.	verſ.	pag.
Matthæus.		
XXVI.	64.	454
-	67. 68.	407. 408. 409
-	69. ſqq.	29
XXVII.	3. ſqq.	430
-	25.	452
XXVIII.	18.	456. 459
-	19.	4. 6. 30. 38. 72. 79. 81. 354. 483
-	20.	354
Marcus.		
I.	21.	4
II.	5.	25
-	7. 10.	23
-	18. ſqq.	149
III.	1.	4
VI.	2.	4
-	13.	13. 76
IX.	1.	454
X.	14.	81
-	16.	6. 81
-	42.	58
XI.	9. 10.	461
-	11. 15.	4
-	24.	504
-	27.	4
XIII.	1.	4
XIV.	22. ſqq.	6. 62
XVI.	2.	73
-	9.	73
-	14.	20
-	15.	72
-	16.	14
-	17.	64
-	18.	38. 40. 64
XVI.	20.	64
Lucas.		
I.	32.	455. 461
-	33.	450. 455. 461
-	69.	455. 461
II.	11.	455. 461
-	36.	73
-	38.	451
-	46.	4
III.	2.	483
-	14.	404
-	23.	461
IV.	16.	4. 86
-	28.	87
-	29.	87. 91. 92
V.	20.	25
-	21.	23
-	33. ſqq.	149
VI.	6.	4
-	12.	32. 429
-	13.	429
-	22.	91
VIII.	3.	430
IX.	58.	468
X.	1. ſqq.	4
-	7. 8.	430
-	17. 19. 20.	64
XI.	9. 10.	504
-	13. 14.	460
-	52.	19
XII.	32.	454. 460
XIII.	32.	417
XIV.	31.	407
XVI.	24.	227
XVIII.	10.	7
XIX.	11.	451

Digitized by Google

Lucas.

Cap.	verſ.	pag.
XIX.	40.	368
-	45.	4
XX.	1.	4
-	25.	469
XXI.	24. 25.	423
XXII.	19. ſqq.	6. 62.
-	24.	28. 29. 469
-	25.	28. 29. 58. 410. 460
-	26.	410. 419. 460
-	29.	460
-	30.	454. 467
-	36.	403. 413. 463
-	38.	457
XXIII.	2.	449. 460
-	3.	460
XXIV.	1.	73
-	21.	451. 462
-	32.	19
-	35.	62. 457
-	36.	20
-	47.	23
-	53.	4

Johannes.

I.	6.	483
-	49.	455
II.	15.	457 462
III.		79
-	17.	471
-	22.	6
-	27.	483
-	29.	494
IV.	1 2.	6
VI.	15.	460 462
-	45.	2. 59
VI.	59.	4
VII.	8.	4
-	14.	4
VIII.	4.	457
-	11.	407. 410.
-	20.	4
-	31.	489
IX.	22.	91
-	34. 35.	91
X.		417
-	22. 23.	4
-	34.	470
XII.	13.	455
-	30.	420
-	42.	91. 92
XIII.	3.	456
-	14. ſqq.	6. 42
-	24.	29
XIV.	27.	407
XVI.	2.	91. 92
-	7.	22
XVII.	2.	456
-	18.	5
XVIII.	8. 9.	404
-	11.	404. 457
-	22.	407. 409
-	23.	409
-	36.	56. 475
-	37.	460
-	38.	449
XIX.	11.	460
XX.	1.	73
-	19.	20. 73
-	21.	4. 5. 30. 483
-	22.	4. 21
-	23.	4. 12. 14. 21

Digitized by Google

Johannes.

Cap.	verſ.	pag.
XXI.	15. ſqq.	30
-	16.	458. 465
-	17.	465
-	18.	483
-	21. 22.	29
XXII.		468

Acta Apoſtol.

I.	6.	462
-	7.	71. 455
-	8.	451
-	13.	86
-	14.	60
-	15.	485. 488
-	23.	71. 483
-	24.	71. 429. 483
-	26.	40. 71. 484
II.		453
-	1.	32
-	2.	11. 22
-	3.	11. 86
-	4.	22
-	11.	74
-	36.	455
-	38.	24. 38
-	41.	24. 38. 370. 455.
-	46.	32. 62.
-	62.	60
III.	1.	32
-	6.	468
-	13. ſqq.	452
IV.	1. 3.	32
-	4.	370
-	18. ſqq.	354
-	19.	428

Cap.	verſ.	pag.
IV.	24.	32. 60.
V.	1. ſqq.	430
-	5. 10.	24
-	14.	330
-	20. 21. 25.	32
-	28. 29.	354
-	31. 32.	472
-	36. 37.	58
-	40.	58. 95
-	42.	32. 75
VI.	1.	488
-	2. ſqq.	71. 73. 485
-	3.	43. 45. 429. 488
-	4.	45. 60.
-	5.	6. 41. 45. 60.
-	6.	38. 40. 45. 60. 71.
-	8.	41
-	10.	60. 64
VIII.	1.	72
-	4.	41. 55
-	5.	72
-	7.	137
-	12.	38
-	14. ſqq.	71. 72. 136
-	15.	423
-	16.	38.
-	17.	24. 38. 72
-	20.	65. 443
-	23.	71
-	26.	74
IX.	2.	72
-	10.	46
-	12.	38. 72
-	15.	30. 303. 483

Digitized by Google

Actæ Apostol.

Cap.	vers.	pag.
IX.	17.	38. 39. 40. 46. 72. 303
-	18.	38
-	20.	303
-	22.	132
-	31. 32. 36.	72
X.	11.	74
-	13.	458
-	15.	74
-	36.	455
-	44.	24
-	46.	66
-	47. 48.	38
XI.	19.	41. 55.
-	22.	72
-	28.	63
-	29. 30.	44. 76
XII.	5.	60
-	12.	75
XIII.	1.	63
-	2.	60. 483
-	3.	39. 40. 46. 60. 71. 303. 483
-	4.	483
-	5.	32. 42
-	11.	24. 60
-	12.	404
-	14.	73
-	15.	61
-	24.	383
-	27.	61
-	38.	23
-	46.	452
XIV.	1.	32
-	23.	44. 45. 60. 71. 429. 483. 488
XIV.	42. 43.	32
XV.	2.	44. 72
-	4.	44. 71
-	6.	44
-	7.	30
-	12.	73
-	16. 17.	453
-	19.	29
-	20.	74
-	21.	73
-	22.	44. 47. 316.
-	25.	32
-	29.	74
-	32.	63. 316
-	36.	71
-	37.	63
XVI.	3.	32
-	4.	44
-	13.	32. 73
-	15.	38. 75. 81.
-	16.	32
-	25.	155
-	33.	38. 81
-	40.	75. 81
XVII.	1.	32. 57
-	2.	32
-	4.	57
-	10.	32
-	17.	32. 86
XVIII.	1.	32
-	3.	75. 76
-	4.	73
-	7.	32
-	8.	38
-	18.	32. 73
-	19. 21.	32
-	24.	41

Digitized by Google

Acta Apostol.

Cap.	vers.	pag.
XVIII.		26. 32. 73
XIX.	5.	38
-	6.	24. 38. 63. 64. 137
-	8.	32. 86
-	9.	32
-	22.	42
XX.	7.	62. 73
-	11.	62
-	17.	6. 44. 45. 47. 59. 483
-	20.	75
-	28.	6. 44. 45. 47. 59. 483. 488
-	31.	61
-	33. 34.	75. 430. 468
-	36.	154
-	37.	504
XXI.	4.	63
-	8.	6
-	9.	73
-	10.	63
-	18.	41. 44
-	20. sqq.	32. 74. 455
-	22. sqq.	73
-	24.	11
-	26.	32
-	30.	220
XXII.	17. 19.	32
XXIII.	2.	407
-	12. sqq.	405
XXIV.	12.	32
XXV.	11.	405
XXVI.	11.	32
XXVIII.	8.	38. 72

Ep. ad Roman.

Cap.	vers.	pag.
I.	3.	461
VI.	3. 4.	38
VIII.	9.	261
-	33.	23
X.	2.	385
-	15.	483
XI.	13.	41
-	25.	450. 453
-	26.	450
XII.	1.	59. 104. 382
-	5.	407
-	7.	42. 61. 63. 405
-	8.	58
-	18.	407
XIII.	2.	404
-	4.	404. 407
XIV.		74
-	3.	54 73
-	5. 6.	73
XV.	14.	61. 64
-	16.	104. 483
-	25.	41
-	26.	76
-	27.	430
-	31.	41
XVI.	1.	42
-	3.	73. 75
-	5.	75
-	16.	63
-	17.	70

1. ad Corinth.

I.	1.	483
-	15.	38
-	16.	81
II.	4.	64. 483

Digitized by Google

1. *ad Corinth.*

Cap.	verſ.	pag.
II.	8.	452
-	14.	476
III.	5.	41. 59
-	9.	427. 484
-	11.	28
-	14.	453
-	16.	104
IV.	1.	55. 427. 483 484
-	11.	407
-	14.	61
-	16.	496
-	21.	458
V.		24
-	3. ſqq.	24. 60. 322
-	4.	65
-	5.	65. 92. 458
-	10.	228
-	11.	70
-	13.	65
-	20.	23
VI.	1. ſqq.	74 87. 458. 467
-	2. 3.	460
-	6.	7
-	9.	410
-	12.	228. 360.
-	19.	104
VII.		74
-	5.	60
-	15.	407
-	17.	71
-	23.	169
VIII		74
-	6.	455
-	23.	38
IX.	4. ſqq.	430
-	7. ſqq.	75
-	12.	431
X.	2.	81
-	5.	506
-	16.	33. 62
-	19. ſqq.	74
-	23.	228
-	28.	6. 63. 64
-	30.	47
XI.	1.	496
-	2.	33
-	3. ſqq.	74
-	4.	63
-	5.	63. 73
-	10.	53
-	20.	62
-	23. ſqq.	6. 62. 67
-	34.	71. 73
XII.	4.	22
-	5.	42
-	8.	64
-	10.	63. 64. 488
-	13.	38
-	28.	4. 47. 54. 64. 427. 483. 484
-	29.	4. 47. 54
-	31.	504
XIII.	2. 8. 9.	63. 64
XIV.		71. 73
-	1.	63
-	2.	64
-	3.	63
-	4.	63. 64
-	5. 6.	63. 64
-	13. ſqq.	60

Digitized by Google

1. *ad Corinth.*

Cap.	verſ.	pag.
XIV.	16.	60
-	20.	385
-	26.	62. 155
-	28.	59
-	29.	63. 64
-	31. ſqq.	55
-	40.	20
XV.	5.	20
-	24.	455. 456
-	27.	456
-	29.	76
-	47.	455

2. *ad Corinth.*

I.	13.	61
-	24.	58. 469
II.	6.	9
-	10.	24
-	16.	23. 491
-	17.	430
III.	5.	491
-	6.	41. 483. 491
-	8.	483
IV.	1.	41
V.	18.	483
-	20.	23. 427. 483
VI.	4.	483
-	5.	60
-	6.	64. 69
-	16.	104
VIII.	1.	76
-	4.	42
-	7.	64
-	9.	468
-	19.	45. 71. 485
-	23.	38
IX.	1.	42
-	2.	76
-	12. 13.	42
X.	4.	55. 405. 419. 460. 469
-	6.	65
-	8.	458
XI.	2.	494
-	5.	69
-	6.	64
-	7. ſqq.	75
-	9.	430
-	20.	407
-	23.	41
-	27.	60
XII.	11.	29
-	13.	75. 430
-	21.	65
XIII.	1. ſqq.	71. 74
-	10.	24. 65
-	12.	63
-	18.	458
XV.	6.	370

ad Galat.

I.	1.	483
-	7. 8.	489
-	17.	74
II.	6.	29
-	9.	29. 71
-	10.	76
III.	10.	73
-	27.	38
IV.	26.	452
V.	12.	67
VI.	1.	70
-	6.	430

Digitized by Google

ad Ephes.

Cap.	vers.	pag.
I.	3.	448
-	8. 17.	64
-	21.	456
-	22.	30. 456
II.	6.	448
-	19.	489
-	20.	29. 30. 489
-	21. 22.	104. 452
III.	7.	41
-	10.	64
-	17.	104
IV.	5.	38. 455.
-	11.	4. 5. 41. 47. 59 63. 483. 484
-	12.	20
-	15.	30
V.	11.	427
-	18.	440
-	19.	62. 155
-	23.	430
-	24. 25.	494
VI.	12.	407
-	17.	463
-	21.	41

ad Philipp.

I.	1.	47. 59
II.	9.	455
-	10. 11.	459
-	25.	38
III.	2.	428
-	14.	60
IV.	16.	430
-	18.	76

ad Coloss.

I.	7.	41

Cap.	vers.	pag.
I.	9.	64
-	18.	30
-	23. 25.	41
-	28.	61
II.	12.	38
-	16. 21.	73
III.	16.	61. 62. 155
IV.	7.	41
-	15.	75
-	17.	484

1. *ad Thessal.*

II.	13.	23
-	16.	452
III.	2.	41. 483
V.	12.	54. 58. 59. 61
-	14.	61
-	20.	63
-	21.	64
-	26.	63

2. *ad Thessal.*

III.	2.	370
-	6.	70
-	10.	433
-	14.	9. 61. 70. 229
-	15.	61. 70

1. *ad Timoth.*

I.	12.	41. 483
-	18.	63. 484
-	20.	24. 60. 65
II.	1.	60
-	2.	184
-	12.	73
III.	1.	54. 74. 427. 492. 496. 506

Digitized by Google

1. *ad Timoth.*

Cap.	verſ.	pag.
III.	2.	45. 47. 52. 61. 427
-	3.	419. 427. 440
-	5.	59
-	8. 12.	42. 44. 489
-	13.	507
-	15.	59
-	24.	58
IV.	1.	40
-	6.	42. 61. 483
-	12.	496. 500
-	13.	61
-	14.	38. 39. 46. 63. 71. 72. 484
-	16.	61
V.		64
-	8.	430
-	9. ſqq.	42
-	13.	61
-	17.	44. 45. 54. 58
-	19.	74. 87
-	20.	9. 61. 69. 229.
-	22.	38. 39. 40. 71
VI.	3.	489
-	5.	70
-	13.	459
-	20.	64. 489
-	21.	489

2. *ad Timoth.*

I.		73
-	16.	42
II.	2.	484
-	4.	394. 469
-	7.	461
II.	15.	496
-	24.	61
-	25. 26.	70
III.	5.	70
-	15.	73
IV.	2.	61
-	5.	41
-	11.	42
-	17.	417

Tit.

I.		507
-	5.	44. 45. 47. 52. 71. 484
-	6. ſqq.	74. 427
-	7.	45. 47. 52. 496
-	9.	45
II.	3.	74
-	7.	61
III.	5. 6.	38
-	10.	69. 70

Philem.

II.		42. 75

1. *Petr.*

II.	4.	29
-	5.	104. 452. 458
-	6. 7.	29
-	9.	59. 104. 470
III.	21.	38
-	22.	456
IV.	10. 11.	42
-	14. ſqq.	435
V.	1.	30. 44. 45
-	2	45. 56. 59. 427. 428. 492

Digitized by Google

Cap.	verſ.	pag.
	1. *Petr.*	
V	3.	56. 460. 469
-	4.	56
-	13.	75
-	14.	63
	2. *Petr.*	
I.	11.	450
II.	13.	62
-	14.	427
-	15.	427. 430
III.	13.	467
-	15.	64
	1. *Johann.*	
II.	12.	23
-	27.	60
III.	16.	410
IV.	1.	64. 429. 485. 488.
V.	4.	467
	2. *Johann.*	
	℣. 1.	45
	℣. 10.	70
	3. *Johann.*	
	℣. 9.	58
	ad Ebræos.	
I.	2.	456
II.	7. 8.	456
-	10.	472
III.	6.	104
IV.	12.	463
V.	4.	232. 483
-	5.	232
VI.	1.	29
-	2.	38. 137
-	10.	42. 468
VII.	8. ſqq.	452
VIII.	10. 11.	60
-	28.	455
IX.	16.	60
X.	25.	33
-	22.	452
XI.	2.	472
XII.	16.	430
-	28.	473
-	5.	427
XIII.	7.	47. 59
-	17.	47. 58. 59. 64. 323
-	24.	47. 59. 323
	Jacobi.	
I.	5.	64
-	17.	448
II.	2. ſqq.	186
III.	17.	64. 385
IV.	12.	23
V.	13.	62. 155
-	14.	6. 44. 45. 55. 76
-	15.	76
	Judæ.	
	℣. 4.	455
	℣. 11.	430
	℣. 19.	70
	Apocalypſis.	
I.	5.	455
-	6.	59. 104. 458. 460. 470
-	10.	73

Digitized by Google

Cap.	verſ.	pag.
I.	16.	407. 463
-	18.	10
II.	2.	64. 69
-	3.	49. 100
-	7. 11.	467
-	14. 15.	69
-	17. 26.	467
-	27.	458. 467. 470
III.	7.	10. 23
-	12.	452. 467
-	21.	460. 467
IV.	4.	467
-	10.	456. 470
V.	5.	461
-	6.	417
-	10.	59. 104. 458. 460. 467
VI.	1. ſqq.	417
-	10.	411
IX.	1.	10
X.	10.	470
XI.		454
-	2.	452
XI.	15.	450. 454
XII.	5.	458
-	10.	455
-	11.	467
XIII.	10.	228. 404. 407. 411. 413
XIV.	12.	228
XVII.		454
-	14.	455
XVIII.		454
XIX.	6.	454
-	10.	63
-	15.	458. 463. 470
-	16.	455
XX.	4.	454. 460. 467
-	6.	59. 470
-	9.	452
XXI.		453. 454
-	2. ſqq.	452
XXII.		453
-	16.	461
-	20.	154

INDEX II.

AUCTORUM

PASSIM ALLEGATORUM.

Abbotus, *Georg.* 278
Acoſta, *Hieron.* 85
Affelmannus 490
de Aguirre 30
Ainsworthus 79
Alanus 273
Albaſpinæus 107. 108. 130. 395. 406
Alethæus 414

Digitized by Google

Alex. *Nat.* 29. 71. 128. 456
Alexander III. 416
Alixius 31. 148
Allatius 165. 250
Altingius 19
Ambianus, *Georg.* 108
Ambroſius 244. 414. 493
Amthor 422. 424
Ancillonius 422. 438
Andreæ, *Jac.* 329
Apollonius 328
Appelius 81
Arnaldus, *Ant.* 30. 128
Arnobius 408
Arnoldus, *Gothofr.* 62. 63. 74. 76. 81. 98. 104. 111. 139. 143. 155. 388. 484. 489. 491. 492. 500. 506
Artopæus, *Jo. Chriſt.* 250
Athenagoras 388
Atterburius 180. 182
Audoulius 176
Auguſtinus 29. 241. 244. 269. 388. 401. 409. 414
Azpilcueta 422

B.

Bacchinius 30. 84
Bacmeiſterus 237
Bælius, *Petr.* 166. 250. 290. 291. 302. 350. 485
Bajerus, *Jo. Guil.* 234. 330. 332. 336
Balduinus, *Franc.* 139. 484. 496. 511. 512
Baldus 420
Balſamon 395
Baluzius 126. 160. 161. 162. 165. 494
Bandurius, *Ansb.* 247
Banniza 446. ſqq.
Barbeyracius 402. 403. 406.
Barclajus 464
Barlaamus 30
Barlow, *Guil.* 278
Barneſius 31
Baronius 79. 248. 465.
Baſnage, *Jac.* 13. 21. 29. 30. 31. 54. 78. 90. 92. 95. 239. 246
- - Sam. 66. 67. 104. 131. 250. 258. 260. 262. 298. 395. 484
Baſſetus, *Joſua.* 307
Baumgartenius 148. 329. 335. 391. 400. 433
Baxterus, *Ricb.* 80
Beauſobre 471
Bebelius 407
Becanus 273. 277
Bechai 68
Bechmann 482. 484. 497. 498. 499
Bellarminus 30. 40. 51. 83. 86. 232. 244. 245. 271. 273. 277. 365. 394. 406. 456. 457. 465. 467
Belloſobrius 402. 424
Bennetus, *Th.* 18. 256
Benthemius, *Henr. Ludolf.* 94. 95. 143. 178. 290. 291. 302
Benvenutus 250
Benzelius, *Henr.* 283
Bernard 180
Bernhardus 464
de Sainte Beuve, *Jac.* 76. 137.
Beveregius, *Guil.* 52. 129. 138. 146. 147. 151. 152. 161. 395
Beza. *Theod.* 290
Bidenbach 490. 493. 494. 504
Bignonius 160

Digitized by Google

Bilſonus, *Th.* 46
Binghaamus 133. 272. 303. 388. 389. 390. 398. 410. 411. 429. 484. 488. 491. 493. 494. 498. 500. 501. 502. 506.
Blahoslaus, *Joh.* 315
Blakhallus 182
Blondellus 31. 49. 51. 52. 87. 250. 260. 320. 329. 334. 485. 494
Bocharius, *Loyſius.* 399
Bœhmerus, *Juſt. Henning.* 7. 16. 25. 39. 46. 47. 53. 55. 66. 72. 99. 109. 114. 115. 129. 130. 131. 139. 143. 144. 160. 163. 199. 207. 208. 210. 211. 216. 270. 330. 338. 343. 351. 354. 358. 359. 361. 388. 392. 394. 410. 415. 417. 419. 421. 422. 430. 432. 442. 456. 461. 467. 468. 478. 482. 484. 485. 490. 493. 495. 496. 497. 498. 500. 501. 502. 503. 509. 510. 512.
Bœhmius 29
Bœhrenſeeus 412
Bogermannus 291
Boileau, *Jac.* 29. 128
Bollandus 401
Bonacina 422
Bornius 501
Boſius, *Jo. Andr.* 164
Boſſuetus 180. 251. 252. 253. 273. 304. 456. 461
Botſaccus, *Barth.* 296
Boucat, *Anton.* 309
Bramhallus 253. 282. 292. 299
Braunius 79
Bremeyſenius, *Enn. Rud.* 199. 348
Brentius, *Joh.* 14. 210. 476
Brerewoodus 31
Brettius, *Th.* 296. 300. 301
Briſſonius, *Barnabas* 136
Briſtous 273
Brochmand 494. 510. 512
Brokesbæus, Fr. 181
Browerius 477
Browne, *Thom.* 309
Brun 309
Brunnemannus, *Jo.* 210. 222. 330. 431. 443. 488
Bruſkius 81
Bucerus, *Mart.* 290. 297
Buddeus, *Jo. Franc.* 18. 31. 53. 78. 85. 178. 210. 237. 255. 369. 495.
Bullus 31. 241. 272. 298. 299
Buonarruotus 247
Burhillus, *Rob.* 277
Burmannus 5. 12. 37. 54. 64. 79. 88
Burnetus 180. 181. 250. 253. 254. 278. 294. 295
Buxtorffius 9. 13. 22. 53. 54. 79. 90. 93
Bzovius 467

C.

Calderwoodus, *Dav.* 291.
Calixtus 31. 78. 506
Calliſtus, *Nicephor.* 37. 493
Calliſtus II. 441
Calmetus 424. 484
Calovius, *Abrah.* 16. 77. 297
Calvinus 46. 290
Calvoerius 417
Camerarius, *Joach.* 286. 311
Camero 12. 19. 238

du Cange

Digitized by Google

du Cange 62. 122. 132
Cantrellus 133.
Canzius 333. 336. 337. 338. 357. 359. 406. 413. 478. 482. 483. 486. 508
Capellus 30. 54. 88. 102
Caracciolus, *Jo. Anton.* 291
Caraffa 422
Caroli, *Andr.* 393.
Carpzovius, *Jo. Bened.* 15. 16. 41. 79. 199 210. 237. 330. 392. 482. 488 490. 493 495. 509.
Cartwrightus 9
Caryophilus, *Jo. Matth.* 30.
Casaubonns, *Is.* 37
Caveus 5 37. 38. 62. 98. 148. 151. 160. 161. 246. 255.
Ceillierius 402.
Cellarius, *Christ.* 74
de la Cerda 393
Chamierus 461
Champnæus 273. 275. 278
Chemnitius 330. 494
Cherubinus 84. 467
Chiffletius, *Jo.* 250
Christophorsonus 145
Chrysostomus, *Jo.* 241. 244. 414. 424.
Chytræus 286
Clarksonius 61
Clemens *Romanus* 265
- - V 392
Claudianus 401
Clericus 14. 25. 37. 52. 77. 93. 95. 146. 157. 175. 201. 203. 204. 217. 260. 292. 302. 424
Cloppenburgius, *Jo.* 77. 87. 108. 109. 406
Coccejus 9. 93
Cœlestinus, *Georg.* 286
Colemannus 329
Collinus 475
Collonius, *Ant.* 181
Colomesius, *Paulus.* 148
Comberus 61
Comenius, *J. A.* 313. sqq. 369
Committolus, *Paulus.* 459
Compton, *Henr.* 93. 288
Conringius. 210. 238. 238. 260.
Constans, *Petr.* 163
- - *Lucius Antistius* 329
Corvinus, *Arnold à Belderen* 210
Cotelerius, *Jo. Bapt.* 38. 132. 152
Courayerius 282. 303. 304. 305. 306. 308
Coverdalius, *Milo.* 278
Cragius 418
Crajus, *Jo.* 136
Cramerus 424
Cranmerus 274. 275. 297
Cranzius, *Alb.* 169
Crellius 508
Crenius, *Th.* 52
Crousazius 399
Cruger, *Theod.* 93. 178
Cudworthus 87
Curcellæus, *Steph.* 24. 80
Cyprianus 24. 112. 117. 144. 154. 164. 166. 210. 244. 268. 299. 332. 352. 388. 391. 408
Cyprius, *Phil.* 246
Cyrillus, *Al.* 414

D.

van Dale, *Anton.* 62. 64. 77. 78. 86. 164

Digitized by Google

Dallæus, *Jo.* 12. 52. 76. 80. 102. 127. 128. 129. 130. 136. 138. 152. 155.
Dannhauerus 210. 238. 332. 359. 485. 486. 487. 495. 496. 505.
Danverſius 80. 136
Danzius, *Jo. Andr.* 79
David, *Jo.* 162
Dawſonius, *Th.* 181. 256
Deckerus, *Conr.* 250
Dedekennus 210. 307. 434. 511
Deutſchmannus, *Jo.* 16
Deylingius, *Sal.* 29. 77. 364. 366. 401.
Dionyſius, *Sammarthanus* 128. 272
Dippelius 81
Dodwellus 5. 17. 30. 31. 53. 57. 83. 84. 104. 107. 108. 109. 110. 115. 117. 134. 151. 154. 181. 239. 247. 254. 255. 256
de Dominis, *M. A.* 31. 37. 52. 269. 282. 461. 494. 498
Dornius, *Am. Chriſt.* 390
Dorringtonius 81
Dorſcheus, *J. G.* 104. 210. 307. 393. 414
Drejerus 52. 461
Druſius, *Jo.* 76
Duarenus 493
Dunte 484. 494. 499. 507. 512
Durellus, *Jo.* 299

E.

Ecchellenſis, *Abrah.* 50. 51
Eckhardus 390. 394. 433. 497.
Eckius, *Jo.* 128
Edzardi, *Seb.* 16. 301
Eiſenmengerus 66. 74. 92
Elmenhorſtius 389
Elsner 431
d' Enghien, *Franc.* 30. 456. 464
Epiphanius 244
Epiſcopius, *Sim.* 238. 291. 409
Eraſmus 414
Eraſtus, *Thom.* 6. 7. 8. 178
Erdmann, *Hect. Gottfr.* 351
Erpenius, *Th.* 50
Eſpenius 422. 426. 434. 437. 438. 440. 493. 497
Eſtor 364. 468. 485. 506
Eudæmon 273. 277
Evodius 37
Euſebius 123. 144. 400. 460
Euthemius 404

F.

Faber, *Ant.* 351. 352. 511
Fabricius 33. 41. 61. 62. 63. 76. 78. 86. 90. 110 128. 132. 136. 138. 139. 143. 152. 154. 157. 160. 164. 165. 166. 246. 255. 400 401. 415. 418. 421. 484. 506
Fechtius, *Jo.* 16. 19. 332. 336. 393. 414. 487. 499. 504. 510
zum Felde, *Alb.* 217
Fellus, *Jo.* 122
Fennel 308
Feuardentius 38
Finckelthauſ. 433. 443. 498
Fiſcherus, *Jo.* 128
Flacius 31
Fleiſcherus 330. 430. 431
Fleury, *Claud.* 160
Flœrkius 343
Fluddus 273
Fœrtſchius 490

Fontenel-

Digitized by Google

Fontenellus 295
Forbesius 29. 52. 238
Forerus, *Laurent.* 237
Franciscus *de Victoria* 422
Franzenicus, *Jo. Ernest.* 76
du Fresne 37. 62. 122. 132. 246. 247. 390. 408. 419
du Fresnoy, *Langl.* 176
Frickius 401
du Frisch, *Jac.* 110
Fritschius *Abasv.* 210. 431. 511
Fullerus, *Sam.* 255

G.

Garcias 497
Garnerius, *Jo.* 80. 81
Gerhardus, Jo. 29. 31. 52. 165. 185. 210. 237. 238 248. 330. 332. 406. 407. 412. 414. 419. 433. 457. 461. 465. 466. 475. 485. 493. 494. 507
à Gerson 421
Gesnerus, *Sal.* 394. 395
Giballinus 422
Gibellinus, *Theodos.* 199
Giedda, *Nic. Petr.* 208
Gilbertus 250
Glafejus 415
Glassius, *Sal.* 18. 466.
Gœbelius, *Matth.* 199
Goldastus, *Melch.* 30. 458
Goodwinus 79. 282
Gothofredus, *Jac.* 164
Gotti 462. 467
Gouldius 282. 305
Grabius, *Jo. Ernest.* 106. 117. 136. 145. 151. 233. 234. 237. 252. 253. 295.
Gravina, *Jan. Vincent.* 165
Grævius 164
Gregorius *M.* 414
- - *Nazianz.* 243
- - IX. 440
- - *Thom.* 181
Grim, *Egbert.* 250
Grotius 8. 9. 19. 24. 39. 43. 54. 62. 67. 77. 80. 84. 87. 88. 107. 108. 109. 130. 164. 178. 292. 329. 395. 403. 404. 406. 407. 413. 467. 474. 486. 506.
Grübelius 494. 507
Guilielmi, *Guil.* 181. 256
Gundlingius, *Nic. Hier.* 200. 337
Guntherus 237

H.

Haberkornius, *Petr.* 237
Habertus, *Is.* 30. 247
Hæberlin 331. 512
Hahnius 422
Haimensfeldius 30
Hallus, *Joh.* 299
Hamfredus 181
Hammondus, *Henr.* 12. 43. 51. 52. 62. 77. 79 80. 84. 316
Hannekenius 412
Harder, *Phil. Gottfr.* 78
Hardingus 273
von der Hardt 415
Harduinus, *Jo.* 29. 77. 110. 131. 282. 306. 308. 395
Hartknochius, *Christ.* 284
Hartmannus, *Ph. Jac.* 38. 46. 61. 62. 72. 75. 77. 86. 98. 137. 487. 498. 510.
Hartungius 431

Digitized by Google

Havemannus 336
Havercampus, *Sigeb.* 147
Heelinger, *Jo. Reinh.* 217. 220.
Heerbrand, *Jac.* 288
Heideggerus, *Jo. Henr.* 17. 71. 176. 391. 399. 419.
Heineccius 431
Henniges 210. 351
Henrici, *Jo. Dan.* 412
Herbertus 273
Hermannus 297
Hertius, *Jo. Nic.* 351. 352.
Heshusius 283
Heumann, *Christ. Aug.* 148. 393. 403
Heylinus 299
Hickesius, *Georg.* 83. 133. 181. 252. 254 256
Hieronymus 29. 241.
Hilarius 84. 240
Hildebertus 392
Hillebrandtus 490
Hilliger 509
Hillius 180. 181.
Himmelius 433
Hoadly, *Benj.* 181. 182. 256. 471
Hobbes, *Thom.* 178. 329
Hochstetter, *Andr. Ad.* 296
Hodgskinsus 278
Hodius 180. 181. 254. 255.
Hoe 461
Höberlinus 415
Hofmannus 81. 351
Holzfusius 79
Holzmannus 431
Hombergius 492
Honorius III. 416. 440
Hookerus 181
Hooperus, *G.* 61. 79. 83. 85. 87. 93. 110. 152.
Hoornbeckius 436
Hornius 423. 499. 501
Hospinianus 419
Hottingerus 419
Houtuynus, *Adrian.* 179. 329
Howel, *Laur.* 181. 256
Huberus, *Ulr.* 165. 178. 199
Hülsemannus 52. 210. 238. 320. 330. 334.
Huldricus, *Jo. Jac.* 400
Hunnius, *Nic.* 237
Hutterus, *Leonh.* 238

J.

Jacobus, *Rex Bruttann. M.* 277
Jægerus 210. 277. 422
à Jagow, *Matth.* 287
Jansenius, *Corn.* 238
Janus, *Jo. Guil.* 161. 170. 178
Ignatius 266. 500
Infantius 424
Innocentius I. 403
- - III. 416. 440. 458
Irenæus 80. 117. 233. 242. 266. 424
Iselius, *Jac. Christ.* 260
Itter 393
Ittigius, *Thom.* 29. 37. 109. 148. 160. 161. 299. 401.
Justellus 161. 162. 398.
Justinianus 444
Justinus, *Martyr.* 121. 141. 152

K.

Kauffmannus 499
Kellisonus 273
Kemmerichius 351. 468
Ken, *Thom.* 256
Kessler, *Andr.* 435. 494

Kett-

Digitized by Google

Kettwigius 438
Keuffelius 338. 342. 343
Kingius 401. 402. 403
Kiörning 309
Klauſingius 487. 491. 497. 498. 499. 501
Knachtbullus, *Nortonus.* 79
Knorrius, *Jo. Frid.* 129
Kochius, *Chr. Gottl.* 38
Kœhlerus, *Henr.* 364
Kœnig 415. 475. 494. 495
Kortholtus, *Chriſt.* 237
Krakewizius, *Alb. Joach.* 17
Kranzius 420. 457
Kriegſmannus, *Guil. Chriſt.* 166
Kromayerus, *Jo. Alb.* 333. 336. 346
Krumholz 485

L.

Labat 390. 392
Lactantius 388. 389. 391
Lætus, *Job.* 311. 315
Lambecius, *Petr.* 38
Lamothe *de*, *Cl. Grot.* 289. 303
Lancelottus, *J. P.* 16. 129. 160. 199. 210
Langius, *Joach.* 16. 81
à Lapide, *Cornel.* 474
Larrejus 295
Larroquanus 31. 52. 176. 400
Laſitius, *Jo.* 311. 315. 316. 369
Latomus, *Jac.* 30
Laudus, *Guil.* 299
Launojus 30. 61. 152. 176. 422. 429. 456
Laurentius 133
Leger, *Johann.* 310. 312
Leibnitius, *G. G.* 300. 467
Lequienius, *Mich.* 168. 282. 303. 306
Lenſæus, *Job.* 130
Leo, *M.* 392
Leusdenius 79
Leyſerus 435. 442. 498
Lichtſcheidius 502
Liernur, *Chriſt. Adolph.* 364
Lightfootus 7. 9. 10. 11. 12. 15. 16. 19. 22. 24. 37. 47. 54. 55. 61. 66. 69. 79. 84. 86. 88. 91. 92. 219. 220. 224. 344
Lilienthalius, *Mich.* 234.
à Limborch, *Phil.* 25. 415
Limburgius, *Phil.* 14. 424
Linckius 352
Lindenbrogius 160
Lintrupius, *Sever.* 296. 297
Lipenius, *Mart.* 132
Lockius 485
Lœſcherus 248. 297. 419
Logius, *Andr.* 237
Lombardus, *Eugen.* 30. 459
Lomerus, *Gottfr.* 250
Lubbertus 328
Lucius 416
Ludewig 394. 401. 417. 418. 419. 424. 432. 433. 436. 457. 484. 497. 500. 506
Ludolfus, *Jobus* 85
Ludovici, *Chriſt.* 160
Luprus 391
Lupus, *Chriſt.* 30. 395. 402. 456
Lutherus, *Mart.* 128. 138. 173. 208. 229. 232. 286. 287. 297. 394. 398. 433. 488. 492. 499. 501

Lyncke-

Digitized by Google

Lynckerus 336. 348. 443. 497
Lyserus 444

M.

Mabillon, Jo. 76. 129. 148. 160. 250. 304. 443
Macer, *Dominicus.* 408. 429
Maffejus, *Scipio.* 105
Magni, *Petr.* 283
Maimburgius 30. 176. 461
le Maître, Jo. *Henr.* 358
Maldonatus 414
Mallinganus 147
Manutius, *Paul.* 128
de Marca, *Petr.* 29. 30. 57. 159. 161. 162. 165. 176. 424. 494. 498
Marcilius 393
Marckius, *Jo.* 77
Maresius, *Sam.* 250. 415. 420
Martianæus, Jo. 50
Mascovius 401
Masius, *Hect. Gottfr.* 296. 393
Masonius 253. 289
Masonus, *Franc.* 272. 273 274. 275. 276. 278. 279. 280. 281. 282. 485
Massuetus, *Renat.* 103. 106. 117. 118. 145. 146. 148. 180. 233 251. 252 273. 278
van Mastricht, *Gerh.* 159. 247.
Matthesius 493
Mauritius 421. 431. 439
Mayerus, Jo. *Frid.* 38. 477. 478 490. 492. 496. 499. 506. 507
Medus, *Jos.* 143
Meisnerus 31. 362. 461. 475
Mejerus, *Gebh. Theod.* 137. 160
Melanchthon, *Phil.* 50. 173. 174. 285. 286. 297
Mengering 488. 495.
Menius 81
Menzerus 296. 472
Mercerus 393
Messalinus, *Walo.* 52. 107. 108
de Metternich, *Wolffg.* 351. 358
Meuschenius, Jo. *Gerh.* 238. 250
Mevius 511
Millius, Jo. 65
Minutius, *Felix.* 387. 388
Missonius, *Maxim.* 250
Mœglingius 489
Mœrling 499
Molinæus, *Ludw.* 329
- - Petr. 238
Montaltius 438
Montfauconius 247. 250
Morellus 422. 438
Morinus 12. 22. 39. 40. 49. 50. 71. 84. 129. 130. 165. 218. 249. 281. 303. 395. 500
Mortonus, *Th.* 299
Moser. Jo. *Jac.* 351. 352. 355. 468
Moshemius 400. 401. 403. 417
Moylius, *Walther.* 400. 401. 402. 403
le Moyne, *Steph.* 85. 408
Muller, *Mich.* 17. 20
Müllerus, *Henr.* 77. 414. 492
Münchausen 486. 511
Mündenius 380
Münzerus, *Th.* 81
Muratorius, *Lud. Ant.* 148

N.

Nævius 394

Nettel-

Digitized by Google

Nettelbladt, *Christ.* 386
Nicephorus 400
Nichols, *Guil.* 180. 295
Nicolai, *Jo.* 61. 152
Niemannus 332. 359. 485
Niemejerus, *Jo. Bartbold.* 16
Nilus 30
Nourrius, *Nic.* 110. 139. 148. 154

O.

Odhelius 90
Oederus 370. 414
Olearius, *Gottfr.* 17. 77
Optatus, *Milevitanus.* 268
Origenes 103. 144. 150. 157. 391. 404
Osiander, *Jo.* 206. 210. 332. 359. 406. 407. 421. 425. 431. 433. 456. 461. 485. 495. 496. 498. 499. 505. 507. 509. 512
Otto, *Jo Henr.* 88
Oudinus, *Casim.* 234
Overkampff 393
Owenus, *Jo.* 51

P.

Pagius 164. 456
Pamelius 393
Panvinius 30
Paræus 68
Parkerus, *Matth.* 253. 274. 278
Parsonus 273
Pascalius 438
Pearsonius, *Jo.* 52. 98. 102. 239
Peircius, *Jac.* 256. 295
Pelagius 269
Perronius 276
Pertschius 364. 400. 401. 402. 422. 424. 430. 442. 478. 483. 485. 493. 497. 500. 509. 512
Pesarovius 17
Petavius, *Dion.* 30. 37. 47. 49. 55. 107. 108. 128
Petersanius 474
Petitus 54
Pfannerus, *Tob.* 63. 122. 155. 156. 247
Photius 410
Pillonierius 256
du Pin, *Lud Ellies.* 13. 30. 61. 109. 110. 148. 152. 176. 456. 461.
Pinssonius 176
Placcius, *Vinc.* 199. 277
Placidius, *Jo.* 164
Platnerus 491
Plinius 228
Pocockius, *Eduard.* 150
Polus 30. 441
Pompejus 61
Porta, *Jos.* 160. 493. 510
Potterus 181
Prücknerus 499. 501. 508. 511
Pufendorfius 31. 87. 179. 199. 297. 330. 333. 343. 344. 345. 346. 347. 352. 354
Puteanus 30. 176

Q.

Quenstedius 406
Quesnellus, *Pasch* 152. 162. 166

R.

Raithius 210
Raymundus, *de Penna forti* 422
- - Martinus 452
Rechenbergius 412

Digitized by Google

Redoanus 422
Regenvolſchius 246. 311. 315. 316
Reichenthal, *Ulr.* 415
Reinhard, *Jo. Ge.* 163. 166. 506
Reinbeck 433
Renaudotius, *Euſeb.* 50. 51. 282. 305
Revius 165. 328
Rhenferdius 42. 43. 44. 54. 88. 90. 94. 95. 136
de Rhez 210
Richerius 30. 176. 393. 461
Rigaltius, *Nicol.* 57. 80. 107. 108
Riperus, *Albertus.* 329. 470
Rittershuſius, *Conrad.* 139
Rittmejerus 351. 352. 375
Rivetus, *Andr.* 108. 130. 238
Rocabertus, Jo. *Thom.* 30
von. Rohr 349. 491
Ruinartus, *Theod.* 110. 400
Ruſius 414

S.

Sagittarius 31. 137. 457
Sahme 442. 500
Salmaſius 31. 37. 49. 51. 52. 55. 78. 84. 102. 107. 108. 290. 393. 395. 398
Salmero 414
San croft, *Guil.* 254
von Sanden, *Bernh.* 234. 442
Sanderus 273
Sandius, *Chriſt. Chriſt.* 246. 316
Sarnellius 61. 152. 250
Sarpius, *Paul.* 30
Sarravius, *Claud.* 129
Saubertus, 88. 477
Schaffshauſen 472
Schardius 30
d Schelſtrate, *Eman.* 37. 128. 246. 272
Scherzer, Jo. *Ad.* 15. 16. 22. 86. 210. 332. 334. 359. 406. 407. 485
Schilter, Jo. 163. 330. 334. 433. 494. 510
Schmidius, Jo. *Andr.* 31. 38. 62. 63. 74. 132. 210. 457. 493. 494
Schmidt, *Sebaſt.* 15. 77
Schneiderus 500
Schœttgenius 421. 448. 463
Schrœter, Jo. *Ernſt.* 335. 413
Schurzfleiſchius, *Conr. Sam.* 62
Schweder 351
Scory, Jo. 253. 278
Scultetus, *Abrah.* 394
- - Dan. Sever. 296
Seckendorffius 210. 286. 287. 288
Seebachius 81
Seizius 329. 349. 358. 470
Seldenus, Jo. 7. 9. 10. 12. 16. 18. 22. 39. 45. 46. 50. 65. 66. 67. 68. 69. 71. 79. 83. 84. 87. 92. 93. 123. 164. 178. 220. 221. 413.
Serarius 250
Sevilius 145
Sfondratus 30. 176. 459
Sherlockius 472
Siegmannus 237.
Sigonius, *Car.* 83. 437
Simon, *Rich.* 14. 83. 85. 109. 273
de Simonville 85
Siricius 403
Sirmondus 30. 128
Sixtus V. 84

Digitized by Google

Sklerander, *P.* J. 107. 118
Slevogt 502
Smaldridgius 128
Smith, *Thom.* 62. 74. 102
Snape, *Andr.* 181. 256. 472
Sozomenus 168. 400
Spanhemius 5. 31. 37. 77. 93. 94. 99. 104. 164. 170. 250. 272. 288. 289. 290. 291. 295. 302. 303. 316
Speidel, *Frid. Benj.* 393
Spencerus 84
Spenerus, *Phil. Jac.* 16. 79. 81. 234. 293. 295. 296. 298. 330. 347. 349. 360. 362. 364. 370. 478. 484. 485. 487. 488. 490. 491. 492. 494. 495. 496. 499. 503. 504. 507. 508. 510. 512
Spinoſa 329
Stapletonus 273
Steelius, *Rich.* 256
Stennetus 79
Stephani 307. 511
Stewechius 408
Stigelius 380 ſqq
Stilemannus, *Timoth.* 256
Stillingfleetus 31. 272. 289. 330
Stolzius 199
Strauchius, *Jo.* 160
Strimeſius, *Sam.* 77
Struve, *Burc. Gotth.* 160. 164
Stryckius, *Sam. & Jo. Sam.* 40. 166. 208. 210. 408. 431. 432. 443. 488. 490. 498. 501. 502
Strypius, *Jo.* 253. 290
Suarez, *Franc.* 282
Surenhuſius 408

T.

Talonius 176
Tarnovius 237. 490. 491. 493. 497. 510
Taylorius, *Jerem.* 79. 80. 299
Tertullianus 38. 73. 144. 147. 152. 154. 233. 242. 267. 387. 388. 391 400. 408. 428
Theodoretus 123
Theodoricus 308
Theophilus 388
Theophylactus 404. 410. 414. 471.
Thomaſius, *Chriſt.* 7. 16. 77. 129. 159. 160. 165. 178. 199. 208. 229. 330. 348. 352. 384. 411. 416. 422. 457. 482. 493. 512
Thomaſius, *Jenkinus.* 118
Thomaſſinus 30. 269 270. 388. 390. 392. 394. 416. 422. 429. 493. 494. 498
Thomſonius, *Rich.* 277
Thorndyckius 80. 84.
Thuillier, *Vincent.* 304
Thummius 402. 419. 498. 499
van Til, *Salom.* 13
Tilemannus, *Phil. Jo.* 62
Tilenus, *Dan.* 291
Tillemontius 148. 164. 400. 402. 424
Tillotſonius 257. 274. 279
Titius, *Gottl. Gerb.* 219. 221. 222 224.
Titus 404
Tollius 138
Tombius 80
Tournely 309
Tourneminius, *Joſ.* 148
Treuer 338. 342
Treuner 501

Digitized by Google

Triglandius 328
Turnerus, Jo. 181. 256
Turretinus, Jo. *Alph.* 251. 298
Tyndallus 14. 133. 181. 329. 350.

U. V.

Valesius 30. 84. 145.
Varenius 320
Vayra 30
Vedelius 165. 329
Vejelius, *Elias* 238
Velthuysen 329
Ugolinus 422.
Virgilius, *Polydor.* 83
Vitringa, *Compeg.* 8. 12. 22. 83. 39. 42. 44. 45. 46. 53. 54. 55. 67. 70. 71. 72. 78. 83. 84. 86. 87. 88. 89. 92. 94. 95. 105. 474
Vivant, *François.* 308
Vives, Jo. *Lud.* 78
Voëtius, *Gisbert.* 178. 238. 291. 292. 328. 334. 421. 457. 461
Voigthius, *Gotb.* 52. 320
Volckmeyerus 81
Vorstius, Jo. 52
Vossius 329. 414
de Voysin, Jos. 83
Usserius 31. 53. 83. 239. 272
Uytenbogaertus 329

W.

Wæchtlerus, *Christf.* 260. 422
van der Waeyen, Jo. 94. 290. 302
Wagenseilius 86
Wakius 180. 298
Walchius 505
Wallius, *Guil.* 78
Wandalinus 210
Wardus, *Th.* 301
Weissmannus 29. 348
Wengerscius, *Andr.* 246. 318
Wernsdorf, *Theoph.* 17. 79. 210. 506
Whiston 133. 134. 238. 245. 401
Whitby, *Dan.* 14. 423. 424
Wideburgius, *Christ. Tob.* 417
Wigandus 283
Wilkinsius 441
Willebrandus, *Alb.* 438
Willenbergius 432. 484. 485. 486. 487. 490. 491. 492. 493. 495. 497. 506. 510
Williams, *Dan.* 305
Willius 80
Winckelmannus 498. 499
Wincklerus 81
Wissenbachius, Jo. *Jac.* 210
Witasse, *Carol.* 129
Witsius 5. 37. 61. 64. 74. 79. 401. 402
Wolfius 139. 178. 277. 410
Wolzogenius, Jo *Lud.* 20
Woolstonus 401
Wottonus 181. 401
de Wriesberg, *Rudol.* Jo. 351

Z.

Zechius 333. 336. 337. 351. 352
Zeidlerus 199
Zeltnerus 79. 423. 484. 499. 501
Ziegler, *Casp.* 44. 62. 83. 84. 160. 210. 390. 395. 419. 422. 429. 433. 442. 490. 491. 493. 494. 512.
Zimmermann 352
Zonara 395
Zornius, *Petr.* 79. 175. 484
Zügel, *Georg. Frid.* 347
Zwickerus, *Dan.* 402
Zwinglius 232

Digitized by Google

INDEX III.

EXHIBENS MATERIAS IN HOC VOLUMINE PASSIM OBVIAS.

A.

Absolutionis formulæ variæ 218. sq. qualis debeat esse Absolutio 213. sq.
de Adiaphoris quid statuendum? 383. sq.
Æolus an Pontifex Romanus jure possit vocari? 446. sq.
de Agapis quinam consulendi? 62.
Alapa an injuria? 407. an pœnis affligenda? ib. sq. quomodo taxanda? 408. variæ alaparum species. 408. sq.
Alexandri VI. Bulla examinatur. 467.
Anarchia Ecclesiastica quid? 329.
Angelorum nomine, quinam in veteri Ecclesia venerint? 34. & 53. sq.
Annexa in instr. Pacis quid? 377. quotuplicia. ib. annexa primi generis quænam? 378. inferioris ordinis. ib. sq. annexa negativa quid? 379. civilia quid? ibid.
Anni regulativi vis. 374. sq.
Antistites s. ἡγούμενοι quinam? 47.
Apostolorum prærogativæ. 37.
Argumentum negativum quid? 97. an semper valeat? ib. sq.
Asylorum origo. 414. eorum abusus apud Pontificios. ib. sq.
Audientia Episcopalis unde originem trahat? 74.
Augustana Confessio a Theologis Anglis passim laudata. 298. sqq.

B.

Baptismus Apostolorum incertus. 37. sq.
- - pro mortuis quid, & quinam hanc in rem consulendi 76. sq.
- - an ab Episcopo necessariò Sec. II. & III. administrari debuerit? 132. sq. Patrum hac parte testimonia examinantur. ibid. Lis in Ecclesia Anglicana hac de re orta recensetur. 133. sq. Disciplina Baptismi Sec. II. & III. usitata. 134.
Belgæ, quomodo ab Anglis recedant? 182. sq.
Bella, an sint licita Christianis. 403 sq.
Bona Eccles. Principi relinquuntur administranda 207. sqq.
Bonifacii VIII. constitutio de Majoritate & obedientia examinatur. 420. 457. coll. 463. sqq.
Brachium sæculare ad regendam Ecclesiam requiritur. 338. sunt, qui contrarium statuant. ib.
Brettius Th. unicus ex Anglis est, qui

Digitized by Google

qui contra A. C. addictos calamum ſtrinxit. 300.
Burnetus Gilb. reunionem inter Eccleſiam Anglicanam & Lutheranam optat. 294. ſq.

C.

Cæſaropapia quid? 329.
Cantica Evangelica an poſſint prohiberi? 380. ſqq. quid ſentiendum de quibusdam Canticis? ibid. an hæc pertineant ad Adiaphora? 383. ſq.
Catechumeni lapſi quomodo in ſinum Eccleſiæ fuerint recepti. 129. quinam fuerint. 132.
Cerimoniarum fundamentum & finis. 211.
Character indelebilis quid? 39.
- - - - rejicitur. ibid. ſq.
Chariſmata ſunt vel ordinaria vel extraordinaria. 34. ſq.
Chiliaſtæ quid ſtatuant? 454.
Chriſtiani cur olim a pœna ſanguinis abhorruerint? 387. ſq.
Chriſtus eſt Rex non vero mundanus, 449. coll. 461. id quod aſſeritur contra Judæos. 449. ſq. contra Chiliaſtas. 454. ſq. contra Eccleſiæ Romanæ filios. 455. ſq. contra Anabaptiſtas, Socinianos & Quackeros. 470. ſq. Manichæos. 471. & *Benj. Hoadly.* ibid.
Clavis ligans & ſolvens quid? 9. ſqq. 221. 224.
- - cuinam competat? 19. ſq.
Clerici a curis ſecularibus ſoluti ſint oportet. 468. ſqq. an ipſis liceat Medicinæ & Chirurgiæ operam dare? 416. illis vero non licuiſſe in cauſis judicare criminalibus auctoritate legum probatur. 389. ſq. iisdem interdicta fuit olim armorum geſtatio. 392. ſq.
Codices Canonum, unde orti. 159. ſqq. quinam circa eos conſulendi. 160. ſqq.
Collegiati quinam? 182.
Comenius J. A. quid de Waldenſium Hierarchia referat? 313. ſq. ej. Epiſtola ad Synodum de ordinatione Epiſcopali. 321. ſqq. mors ejus. 324.
Comitolus Paul. quid pro Poteſtate Papæ ſtatuerit? 459.
Communio bonorum quando & qua ratione orta. 34. 42. ſq.
Concilii Nicæni Canon. XII. illuſtratur. 394. ſq.
Confeſſio auricularis, quando orta? 127. quomodo diſtinguatur a confeſſione privata. ib. ulteriores hujus rei fontes ſuppeditantur. 128. ſq.
Conſiſtentes ſive ſtantes quinam? 19. 122.
Conſiſtorium, quomodo debeat eſſe bene conſtitutum. 194. ſq.
Courayer Franc. de validitate ordinationum Anglicanarum peculiari libello diſputat, eoque parit lites. 305. ſqq.
Crammerus rite fuit ordinatus, 274. alios-

Digitized by Google

aliosque legitime ordinare potuit. 275. ſq. quis de eo ſit conferendus? 276.
Crucis ſignum, ſi absque ſuperſtitione peragatur, innocens. 138. fontes de hoc ſigno conſulendi. ib. ſq.
Cultus divinus, quibusnam olim partibus in Veteri Eccleſia fuerit abſolutus? 34. ſq.
Cultus publicus Sec. II. & III. exercitus. 119. fontes huc ſpectantes. 139. ſqq. quomodo ille inſtituendus? 217.

D.

de Decemviris otioſis quinam conſulendi? 94. ſq.
Diaconi quinam? 41. ſq.
Diaconia quosnam habeat ſignificatus? 42.
Diaconis an liceat Evchariſtiam conſecrare vel adminiſtrare? 109 ſq.
Dierum diſtinctio, feſtorumque obſervatio cur in primitiva Eccleſia obſervata? 36.
Dies feſti Sec. II. & III. celebrandi. 119. 143.
Dignitas Epiſcoporum an Sec. II. & III. jam obtinuerit? 99. ſqq.
Dimiſſio Miniſtri, qualis 510. ſqq. quando vel exercenda vel indulgenda? 511. ſq. quomodo fieri debeat? 512. ſq.
Diſciplina Eccleſiaſtica, quomodo in primitivo Chriſtianiſmo fuerit adminiſtrata? 35. quænam Sec. II. & III. viguerit? 118. ſqq.
Diſtinctio inter Clericos & laicos in N. T. ſenſu Pontificio nullibi fundata legitur. 100. 104. Patrum effata, quæ huc facere videntur, explicantur. ibid. quinam de diſcrimine Clericorum & laicorum ſcripſerint? 110.
Doctorum requiſita in Eccleſia. 190. 203. ſqq.
Donum Spiritus Sti Apoſtolis collatum, in quonam conſtiterit? 23.

E.

Eccleſia quid? 330. 355. a Chriſto eſt inſtituta. 353. ſq. ejusdem vera indoles. 36. ſq.
Eccleſia primitiva quomodo fuerit orta? 3. ſqq. ej. indoles. 36. Eccleſia prima fuit libera atque æqualis. 354. ſq. aliam vero ei formam induit Conſtantinus M. 355. unde quî hodienum dici poſſit æqualis, diſputatur. 361.
Eccleſia Orientalis an ſucceſſionem Canonicam ſibi vendicare poſſit? 251. an Anglicana? ib. ſqq. ſententiæ in utramque? 253. ſq.
Eccleſia an ſanguinem ſitire poſſit dici? 486. ſq. in quantum ſanguinem non ſitire videatur? 414. ſqq.
Eccleſia horret arma. 417.
Eccleſia Romana ſanguinem ſitit. 418. ſqq.
Eccleſia ſanctorum diſtinguenda eſt ab Eccleſia vocatorum. 364. alia eſt viſibilis, alia inviſibilis. ib. ſq. porro eſt vel univerſalis vel particularis. 365. ſq. diſtinguitur ratio-

Digitized by Google

ratione hierarchiæ. 366. Ecclesia synthetica quid? quid repræsentativa? 366. sq. varie porro distinguitur Ecclesia. 367. sq. Ecclesia pura quid? 368. Ecclesia suis gaudet juribus. 370. sq. Ecclesia Hierosolymitana reliquarum quasi mater, 35. & 72. sq. ej. prærogativæ. ibid.

Ecclesiæ Apostolorum Virorumque Apostolicorum operâ plantatæ, quarum in libris canonicis fit mentio. 74. sqq. Ecclesiarum communio mutua. 36. 76. Ecclesia Christi non ad formam Reipublicæ, quod Romanenses volunt, efficta fuit. 81. sqq. unde nec Monarchica nec Aristocratica, aut Democratica vocari potest, contra Romanenses & *Dav. Blondellum.* 86. sq. non ad formam templi Hierosolymitani, non synedrii Judaici, sed ad formam Synagogicam inflexa fuit. 82-96.

Ecclesiæ Anglicanæ erga Ecclesias A. C. addictas affectus. 298. sq.

Ecclesiæ Danicæ Reformator quis. 283.

Ecclesiæ Evangelicæ veritatem Theologi passim iverunt scriptis demonstratum. 237. sq.

Ecclesiæ, Episcopis & Clericis an militia fuerit adprobata? 402. sq.

Electio Episcoporum in prima Ecclesia quomodo peracta. 269. sq. quomodo sensim sensimque corrupta fuerit? 270.

Eleemosynæ erogatæ. 36. 76.

de Electione per sortem, quid sit statuendum? 484.

Episcopi non distincti sunt a Presbyteris jure divino. 47. quinam hac parte ex Romanensium castris dissentiant? 47. sqq. qui ex Theologis Anglicanis? 51. quinam ex Reformatis thesin stabiliant? 52. ex nostratibus quinam? 52. sq.

Episcopis an liceat judicia criminalia agere? & castra sequi? 418. sqq.

Episcopus an absens Episcopatum gerere queat? 327.

Erastus, *Th.* una cum Th. Hobbesio notatur. 178. sq.

Eucharistia non saltem est sacramentum confirmationis, sed & præparationis ad pœnitentiam 213. sq. 224. sq. an quoque impœnitentes sint admittendi? 213. 219. sq. 226. sq. num Judas ad sacramentum accesserit? 220. sq. an rejectio impœnitentium Ministris jure divino sit prohibita? 221. sq.

Eucharistia sec. II. & III. quomodo celebrata fuerit? 119. sq. 157. sq.

Excommunicatio major in primitiva Ecclesia locum habuit. 35. & 65. sqq. add. 122. sqq. Præcessit tamen eam admonitio & increpatio publica. 35. & 69. Ea solius est Magistratus. 207. competit ei nempe tum ut jus absolutum tum ut collegiale. 214. & 227. sq.

Excom-

Digitized by Google

Excommunicatio minor an Miniſtro Eccleſiæ competat? 221. ſqq. Titius hac parte notatur. 16. ſq.
Exercitii Religionis limites. 377.
Ἐξομολογησις quid? 124. ſqq. num omnis fuerit publica? 126. ſqq.

F.

de *Fontenelle Bernh.* litteræ ad Basnagium datæ, ubi, quid ſibi de ſucceſſione Epiſcopali videatur, exprimit. 262. ſqq.
Forma mixta plurimum obtinet in Eccleſiis. 182.
de Formulis precum quinam conferendi? 60. ſq.
Fratres Bohemi hierarchiam Eccleſiæ primævæ ſervarunt 369. utinam idem & noſtræ Eccleſiæ hodienum facerent. ibid.
Fratrum Bohemorum *Hierarchia.* 315. ſq.

G.

Gertichius Nic. Senioris munus detrectans a Comenio caſtigatur 323. ſq. quando obierit 323.
Gladii geſtatio in Academiis unde orta? 393. ſq. ejus moralitas 394. cur olim in Academiis minus uſitata? 392
Grabius, Jo. Ern. quomodo primum de ſuæ Eccleſiæ auberría ob defectum ſucceſſionis Epiſcopalis dubitaverit, poſtea autem dubiis iſtis fuerit ſolutus? 233. ſq.
Grotii ſententia de eo, an Magiſtratibus Chriſtianis liceat bellum gerere, & ſupplicia capitalia ferre? 403. ſqq.

H.

Hæretici an occidendi? 417. ſq.
Hæretificina quid? 205. ſq.
Hammondus Henr. quid in Controverſia de diſtinctione inter Presbyteros & Epiſcopos ad Argumenta noſtratium regerat? 51. ſq.
Hierarchia Anglicana. 173. 179. ſqq. Eccleſiaſtica, num a Chriſto fuerit inſtituta? 25. ſqq. quænam obtinuerit poſt aſcenſionem Chriſti? 33. ſqq.
- - Epiſcopalis, quid de ea ſentiant Libri ſymbolici? 285. ſqq.
Hierarchiæ primitivæ vera indoles. 34.
Hiſtoria de Iohanna Papiſſa in incerto relinquitur. 250. ſq.
Hoadly Benj. an Arianiſmum ſpiret? 471. ſq.
Homicidium pœna capitali puniendum olim negarunt veteris Eccleſiæ Doctores. 410. ſq.
Hymni. 119. 155.

I.

Jablonsky Petr. quis, & quando obierit? 324. E. Iablonsky in Poloniam vocatus dubitat, an Ordinatio legitime ab uno Epiſcopo poſſit fieri? & an Epiſcopatum

Digitized by Google

ſcopatum ſalva conſcientia abſens gerere poſſit? 325. cui reſpondet Grabius ibid. ſq.
Jacobitæ in Eccleſia Anglicana quinam? 254.
de Jejuniis Patrum effata. 144. ſqq.
Immuratio Monachorum an cum Inſtrum. Pacis conveniat? 444.
Imperans ad Eccleſiam accedens fit membrum, non Dominus Eccleſiæ. 344. ſq.
Impoſitio manuum an ſit neceſſaria in ordinandis Miniſtris? 21. ſq. a quibusnam peracta? 39. unde repetenda? 40. nunquam fuit neceſſaria. 40. ſq.
Independentes quinam? 182.
Innocentius XI. an ſalva irregularitate potuerit evadere in Papam? 390.
Inquiſitionis tribunal injuſte ſanguinem ſitit. 418. ſqq.
Inſtrumenti Pacis Oſnabrug. pretium 374. ſq. ej Art. V. §. 31. 32. illuſtratur 376. ſqq.
Irenæus Eccleſiæ Romanæ Primatum adſcribere videtur. 117. cujus effatum examinatur ibid. ſq.
Judæi an in captivitate detenti videantur? 475 ſq. negant Chriſtum eſſe regem, verumque Meſſiam, provocantes ad plurima S. ſcripturæ oracula. 450. ſq.
Jura collegii 192. ſqq. de eorum recta conformatione. 211. ſqq. quomodo adminiſtrari debeant? 211. ſq. 216.
Jura collegialia a Principibus merito adminiſtrantur, ſed caſu tyrannidis ſacræ retrahi jure poſſunt 177. ſq eadem ſubinde quoque paſſim in Eccleſiis exercent Presbyteri laici una cum Clero. 173. 178. ſqq. ratione circumſtantiarum ſunt varia. 173. ſunt vel abſoluta vel conventionalia 183. 189. ſqq. cuinam competant, in utramque diſputatur 161. ſqq. Auctores hic conſulendi. 199. ſqq. jura collegialia ubi vel a Clero vel a Magiſtratu adminiſtrantur, adminiſtrantur ex conſenſu vel præſumto vel tacito Eccleſiæ. 332. ſqq. cur ſummi Imperantes ejusmodi jura ſibi adminiſtranda ſumſerint? 334. ſq. cur id in primis in Germania factum? 335. ſq.
Jura ſacrorum collegialia originarie in Eccleſia reſident, nec ex ſuperioritate territoriali manant. 345. ſq. jura ſacrorum ex ſuperioritate territoriali fluentia negativa magis quam poſitiva ſunt. 190. quatenus conveniant Magiſtratui. ibid. ſqq. jurium collegialium exercitium tacito conſenſu ab Eccleſia in Imperantes translatum eſt. 359. ſq. Eccleſiæ quæ jura collegialia ipſæ adminiſtrant, a quibusdam felices prædicantur. 349. ſqq. diſtinctionis inter jura ſacrorum majeſtatica & colle-

Digitized by Google

collegialia utilitas 348. ſq.
de Jure ſacrorum variæ Auctorum ſententiæ. 328. ſqq.
Jurisdictio Eccleſiaſtica quid? 100. penes quem ſit? 111. Patrum hujus rei teſtimonia. 112. ſqq. interna qualis. 195. ſq. qualis externa? ib. ſq.
Jurisprudentia Eccleſiaſtica quid? 1. qua ratione cum fructu addiſcenda. 209. ſqq.
Jus circa Sacra an quoque Principum eſſe poſſit? 163. ſqq.
Jus eccleſiaſticum triplex. 159. ſq. quale obtinuerit ante aſcenſionem Chriſti. 31. ſqq. poſt aſcenſionem undenam hauriendum? 31. ſq.
Jus reformandi a jurisdictione Eccleſiaſtica diſtinguenda. 375. ſq.

L.

Laici an in jura reformandi involare poſſint? 372. ſq.
Lapſi quinam? 122.
Lintrupii Sev. Anglia lutheranizans recenſetur. 296. ſqq.
Lis quondam de jure Laicorum Sacerdotali. 107. ſqq.
Litterarum commercium Comenium inter atque Bythnerum de quæſtione: an ordinatio legitime ab uno Epiſcopo poſſit fieri? 318. ſqq.
circa Liturgias & cerimonias ſacrorum quid obſervandum? 384. ſq.
Loyola Ign. an Salva irregularitate potuerit fundare ordinem? 390.
Lutherus Mart. vindicat Eccleſiæ ac Principibus priſtinam libertatem. 172. ſq. ej. vocatio qualis 505.

M.

Magiſtratibus Chriſtianis an liceat bellum gerere, ſuppliciaque capitalia ferre? 403. ſqq.
Magiſtratui in Eccleſiam ceu Societatem ſuprema competit inſpectio. 171. ſqq.
Magiſtratus Catholici vel Reformati jura ſacrorum 379. ſq.
Matrimonialia pertinent ad Magiſtratus. 208. ſq. quid circa ea obſervandum. 215.
Matrimonium apud Veteres ex Patrum teſtimoniis illuſtratur. 155. ſqq.
Mennonitæ, quinam? 182.
Militia num a Veteribus fuerit damnata? 391. ſq. 394. ſq. 400. ſq.
Miniſterium Eccleſiaſticum, undenam ortum? 4. ſqq.
Miniſtri Eccleſiæ dona naturalia 489. ſpiritualia. ibid.
Miniſtrorum Eccleſiæ requiſita. 212. pauci ſunt, qui iis gaudent. 217. ſq.
Morinus Jo. quid de diſtinctione inter Presbyteros & Epiſcopos ſentiat. 49. ſq.
Mulierum non eſſe, in Eccleſia docere, non omni exceptione majus eſt. 73. ſq.

Digitized by Google

N.

Nuncii Pontificii cauſſas civiles in Germania ad ſuum forum devolverunt. 467. ſq.

Nundinatio officiorum Eccleſiaſticorum quid? 422. ſq. quis de ea fuerit commentatus. 421. ſq. an idem cum Simonia? 423. ſq. ejus turpitudo. 427. ſq. tum ex parte vocantium, tum vocandorum, tum Epiſcopi Confirmatoris, tum ex parte Ordinatoris. ibid. ſqq. excuſationes fictæ circa eam diluuntur. 430. ſqq. palliationes circa eam multiplices retunduntur. 438. ſqq. repagula, quibus ea arcetur. 441. pœnæ ei infligendæ. 442. ſqq.

O.

Ordinatio an legitime ab uno Epiſcopo poſſit fieri? 326. ſq.

Ordinatio Epiſcopalis, quomodo rite peragenda? 270. ſq.

Ordo Eccleſiaſticus, qui in Eccleſia Romana obtinet, in ſe non eſt damnabilis. 171. 173. ſq.

Ordo in primitiva Eccleſia quinam obſervatus. 3. ſqq.

Origines juris Eccleſiaſtici undenam addiſcendæ? 3.

Oſculum ſanctum? 119. 155.

P.

Pacta inter Principem & ſubditos facta, paci Weſtphalicæ adverſa, an valeant? 445. ſq. Pacta ante pacem Weſtphalicam facta an valeant? 446.

Pædobaptiſmus in prima Eccleſia adoptatus. 36. 77. ſq. expilantur eapropter *Jac. Thomaſii* ſcrinia. ibid. ſqq. Judæi non niſi infantes à parentibus ethnicis natos baptizarunt. 79. ſq. Jer. Taylorii cum *Henr. Hammondo* de Pædobaptiſmo controverſia. 80. Teſtimonia Patrum huc facientia. ibid. Generale Argumentum pro Pædobaptiſmo. 81.

Pallium Muſarum ab antiquiſſimis temporibus veſtimentum. 392. ſqq. ejus origo an Apoſtolica. 393. ſq.

Papocæſaria quid? 329.

Parckeri, *Matth.* legitima Ordinatio vindicatur à *Fr. Maſſono*. 278. ſqq.

Paſtor an Eccleſiæ obtrudendus 479. coll. 488. in vocando quid requiratur. 479. coll. 489. ſqq.

Paſtori viventi an legitime dari poſſit adjunctus? 498. num in locum illegitime depoſiti legitime quis poſſit ſuccedere? 499.

Patrono quid competat circa denominandos aut conſtituendos Eccleſiæ Miniſtros. 435. ſqq.

Pedilavium Sec. II. & III. uſitatum. 119. 154.

Petavius Dion. omnes nervos intendit, ut demonſtret diſtinctionem Presbyterorum ab Epiſcopis

Digitized by Google

pis jure divino esse fundatam. 48. sed solide refutatur. 49.
Petrus an reliquis Apostolis auctoritate præiverit? 27. sq.
Pfaffii Chr. Matth. hypotheses juris Ecclesiastici vindicatæ. 338. sqq. contra *Treueri* & *Keufelii* objecta. 342. itemque contra *Bæhmeri* monita. 343. sq.
Pœnitentes quinam? 119.
Pœnitentiæ gradus. 130. sqq.
Pontifex Romanus an jure possit vocari Æolus? 446. sq. an ipsi ceu Christi Vicario competat potestas in hunc mundum ejusque regna? 456. sqq.
Præsentia Corporis & sanguinis Christi in S. Cœna quænam? 300. sq.
Presbyteri in primitiva Ecclesia quinam. 44. eorum munus. ibid. sunt idem cum Episcopis. 45. 47. quomodo constituti fuerint. ib. & 35. quomodo ordinati. ibid. sq. ordinare & alios potuerunt. 46.
Princeps an in causis spiritualibus Clero subjectus sit? 197.
Princeps Ecclesiasticus & Politicus an quis simul esse possit? 468. sq.
Principi Catholico an jurisdictio in Ecclesias Protestantes competat? 352. sq.
Principi competit suprema in Ecclesiam inspectio. 354. sq. 371. sq.
Prophetæ in prima Ecclesia quinam? 63. Prophetam inter atque ἀδόκιμον quale discrimen. ibid.

Q.

Quackeri quinam? 182.

R.

Reformatio Ecclesiæ cuinam competat? 371. sq.
Reformationis necessitas unde pateat? 356. reformandi jus cui competat & unde fluat? 357.
Regiftrorum Ecclesiæ Anglicanæ *auctoritas* probat Massonus. 180. sq.
Regnum Cœlorum quid denotet? 448. sq.
- - millenarium an statuendum? 454. sqq.
Religioni diversæ addictis decedentibus num liceat suæ religioni addictos substituere. 444. sq.
Remissio peccatorum, quo sensu vice DEI fieri possit dici? 131. sq.
Remotio Ministri quotuplex? 509.
Renodautii sententia de distinctione Presbyterorum & Episcoporum 30. sq.
Reordinationes Episcopales an fieri possint. 302. sq.
Resignatio Ministerii quid? 513. sq. quomodo fieri debeat? ibid.

S.

Sabbati celebratio præter diem Dominicam 36. 73.
Sacramentorum efficacia an a qualitate Ministri dependeat? 481. coll. 508.
Satisfactionis vocabulum quid

significet sensu Ecclesiastico. 129. sq.
Simonia quid? 433. sq. 499. variæ dantrr Simoniæ species 426. unde nominetur? 499. quotuplex ibid. sq.
Simultaneum, quid de eo judicandum, 351. sq. num Instr. Pacis Westph. contrarium? 374.
שליח צבור quid olim? quid hodie? 53. sq.
Stationes precum quid? 119. 150 sq.
Stipendium Apostolis, Ministrisque Ecclesiæ datum. 36. 75. sq.
Subditis an jus circa sacra possidere liceat? 380.
Subditorum inter Catholicos Evangelicorum jura. 378. sqq.
Subscriptio Librorum symbolicorum positiva, an recte postuletur? 489.
Successio quotuplex. 239. Canonica quænam ibid. sq. localis nihil probat. 240. sqq. ut & minus canonica. ibid. & 242. pariter successio personalis, quæ successionem doctrinalem non conjunctam habet. 240. 242. sq. Effata Patrum hac parte examinantur. 242. sqq. Successio doctrinalis indubia veræ Ecclesiæ nota est. 240. 245. 258. 260. sq.
Successio personalis canonica tum quoad Electiones, tum quoad ordinationes in toto orbe Christiano defecit. 245. sqq. maxime in Ecclesia Romana 247. sqq. teste Baronio 248. sq. successionem canonicam quæ sibi potissimum Ecclesia vindicare possit? 251. sqq. cur successio Ecclesiastica apud Romanenses dubia reddatur? 257. sq. ראיות, quibus Romanensium sententia de successione sua nititur. 259. sqq. successionem Episcopalem inter primos Christianos in pretio fuisse, testantur Patres. 265. sqq. ejus præstantia apud Vereres tum in electione tum in ordinatione. 269. sqq. an Ecclesia Anglicana semper servaverit successionem Episcopalem 271. sq. tum ante Reformationem, fatentibus id quidem ipsis Romanensibus. 272. sq. tum post Reformationem, negantibus Pontificiis. 237. sq. veritatem hujus successionis in Ecclesia Anglicana sub Henr. VIII. Eduardo VI. & Elisabetha incorruptam testatur Massonus. 273. sqq. quid contra incorruptam Ecclesiæ Anglicanæ successionem Episcop. Romanenses causentur? 280. sqq. successio Episcopalis omnium Archiepiscoporum & Episcoporum Anglorum unde haurienda? 280. num successio Episcopalis fuerit servata in Ecclesia Danica? 282. sq. num in Ecclesia Suecica. 283. de successione Episcopali fratrum Bohemorum quid sentiendum? 283. sq. Errant Presbyteriani, Independentes & Quake-

Digitized by Google

Quackeri, qui ſucceſſionem Epiſcop. pro charactere Anti-Chriſtianiſmi habent. 284. ſq. quid olim Principes Evangelici de ſucceſſione Epiſcop. ſenſerint? 287. ſq. quomodo de ea ſentiat Spanhemius? 288. ſq. quomodo Theologi Reformati? 290. ſq. quomodo Clericus? 292. ſq. quomodo Spenerus? 293. ſq. Theologorum recentiorum in Eccleſia Evangelica hanc in rem effata. 293. ſqq. Remonſtrantes in Apologia ſua epiſcopaturiunt 291. ſq. Controverſia recentior inter Anglos Gallosque de ſucceſſione Epiſcopali. 304. ſqq. ſucceſſio epiſcop. in unitate fratrum Bohemorum ſervata. 313. ſqq. ſucceſſionis epiſcop. defectum ex probrant noſtræ Eccleſiæ Romanenſes. 231. ſq. ad iſtam ſucceſſionem provocarunt olim Patres. 232. ſqq.

Supplicia an a Chriſtianis exercenda? 407. ſqq.

Synagogarum apud Judæos conditio 86. ſqq. unde acerrima inter Viros eruditos ortalis fuit. 82. 93. ſq.

Ευηγγελ Apoſtolorum quinam? 41. ſubinde fuerunt & ipſi Evangeliſtæ. 41.

T.

Templa an fuſione ſanguinis profanentur? 416. ſq.

Tillotſonius, Jo. quis fuerit, & unde ortus. 279. ſq. an baptiſmo fuerit tinctus. ibid. ſq.

Timothei Cæſarini Baſilii politica Catholica ejusdemque Apologia, quæ ſub nomine Irenæi Hygiophili prodiit, refutatur. 338. ſqq.

Translatio & translocatio Miniſtri quo modo differant? 508. ſq.

Tyrannidis Papalis origo. 172.

Tyrannis ex Chriſtianorum ſacris exulare debet 214. ſq. coll. 229.

U

Unctio ægroti per Presbyteros adminiſtrata. 36. 76.

Unctio confirmatoria. 119. 136. fontes huc ſpectantes. ibid. ſq. cur eam in Eccleſ. Rom. improbemus. 137.

Unionis inter Eccleſiam Anglicanam & Lutheranam molimina. 295. ſqq.

Univerſitates Romano Catholicæ cur gladios ignorent? 392. ſq.

V.

Venetorum excommunicatio. 458.

Vinculum naturale quid, quid civile, quid ſpirituale? 486. ſq. an ejusmodi quoddam vocandum obliget? ibid. an naturale? 487. ſq. an Spiritualia? 488.

Vocatio Divina ad Miniſterium Eccleſiaſticum eſt vel mediata vel immediata. 479. vocationis deſcriptio. 482. cur dicatur divina? 482. ſq. ejus ad Miniſterium Eccleſiaſticum neceſſitas. 483.

Voca-

Digitized by Google

Vocatio mediata quid? quid immediata? 483. quid ad vocationem rite peragendam requiratur? 479. ſqp. Vocatio Miniſtri quando fiat? 481. cuinam comperat jus vocandi? 485. quomodo hoc ad Clerum vel Magiſtratum fuerit devolutum? 485. ſq. Vocatio interna quid notet? 490. ſq. an liceat vocationem concupiſcere? 491. ſq. an reniti? 492. ſq. in concurſu plurimum vocationum quid agendum? 479. 487. 507. ſq. coll. 493. ſqq. Diſtinguendum inter vocationem ratam & legitimam. 496. ſq.

Vocatio per ſaltum quid? 500. an legitima? ibid. ſq. viæ curvæ circa vocationem quænam? 501. num vocatio per nuptiarum adjectionem conditionata ſit legitima? 502. quando vocationem aliam accipere & priorem ſtationem relinquere liceat? 403. ſq. Extraordinaria vocatio quænam? 480. coll. 505. quid de Vocatione Lutheri ſentiendum? 505. vocatio a Laicis peracta an irrita? 506. In Eccleſia medii ævi quinam ordinari non potuerint? 506. ſq. aliter in antiquiori. ibid. quinam vocabiles ſint? ibid. ſq.

W.

Waldenſes hodierni ubi degant? 112. deſtituuntur Epiſcopis. ibid. ſuos habuerunt Epiſcopos. 309. ſqq. de quorum inauguratione, quæ referuntur, fabuloſa ſunt. 310. ſq.

Z.

Zügelius Ge. Fr. originem miniſterii Eccleſiaſtici male repeti ex ſynagogarum regimine exiſtimat. 347

E R R A T A.

Pag.	*Lin.*	*Leg.*	*Pag.*	*Lin.*	*Leg.*
25.	32.	inquiramus.	284.	4.	ſucceſſionemque.
42.	18.	Diaconiſſarum.	312.	17.	reliquiæ.
35.	27.	prima.	335.	13.	iſtum.
ibid.	28.	Hieroſol.	377.	1.	Conſiſtoriorum.
82.	17.	cum.	380.	3.	poteſt.
139.	5.	atque.	*ibid.*	7.	exercita.
143.	32.	Dominico.	411.	19.	immediate.
146.	25.	jejunium.	412.	15.	hoc.
173.	5.	presbyterialem.	414.	22.	quum.
			420.	16.	ſpecimen.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google